Epiſcopi miſerat, paratus erat probare eundem A. in reſtitutione expenſarum, quas R. Lexioñ. † Archidiaconus pro cauſa ipſa ad diem ipſum tũc veniendo † fecerat, condemnauit. Man. itaq. dis. v. atq. pręcipimus, quatenus, ſi præfatus Epiſcopus eundẽ A. iuxta mandatum noſtrum † a præſcripta ſententia nõ abſoluerit; vos rei veritate diligentius inquiſita, ſi conſtiterit vobis, quod prędictus Epiſcopus præfatum A. in reſtitutionẽ ipſarum expenſarum, pro alia nulla rationabili cauſa condemnauerit, niſi pro eo tantũ, quod termino conſtituto ad eius præſentiã non acceſsit infirmitate detentus; cum non poſsit quis cogi, niſi velit, in grauibus cauſis procuratorẽ conſtituere, & cum ipſe ad probandum infirmitatem ſuam presbyterum, & diaconẽ deſtinauerit, † auctoritate noſtra ſub. ap. re. ab eadem ſententia abſoluerę cũ minime differatis.

† Lexõ. † cõueniendo † al. veſtrũ † deſtinauit

*Clemens iij.* *Cap. 2.*

SI matrimonij cauſa poſsit per procuratorem expediri, nos tua duxit prudentia cõſulendos. Hic autẽ decernimus † diſtinguendum, quod ſi in ipſa † cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio ventilatur, † & ob eandẽ ab aduerſa parte criminaliter ſit agendum, non per interpoſitam perſonam, ſed per ipſam perſonam principalem, cauſam matrimonij terminari oportet; cum ſicut iura teſtantur, præſens præſentẽ accuſare debet, † & ſe talionis vinculo obligare. ſecus autem in cauſa matrimoniali, in qua non criminaliter agitur, credimus procedendum; ſecurius tamen ageretur, ſi cum haberi poſsit principalium pręſentia perſonarum, ipſis præſentibus in vtroq. ad diffinitionis calculum procedatur.

Non ponitur. † decreuimus † deeſt ipſa al. † al. uertebatur † al. debeat.

*Clemens iij.* *Cap. 3.*

EX inſinuatione dilecti filij I. † Archidiaconi Sang. † accepimus, quod cum inter ipſum, & magiſtrum W. de Sang ſuper quadam præbenda Lexoñ. eccleſiæ, quæ de Pomeria dicitur, controuerſia mota fuiſſet, eidem magiſtro propter hoc ad ſedem Ap. accedenti G. de Tortona procuratorem ipſius Archidiaconi ſe gerens ad illam cauſam conſtitutum cum quibuſdam litteris de rati habitione, prout dicebat, ſe oppoſuit. cũ autem aliquantulum in cauſæ cognitione proceſſum fuiſſet, licet prædicto G. ab eodẽ Archidiacono duobus clericis præſentibus, & aſsiſtentibus expreſſe fuiſſet inhibitum, ne cauſæ cognitionem ſuſciperet, & nẽ ad iudicium ſuſcipiendum in iure ſuis litteris vteretur; ipſe nihilominus in ipſa cauſa procedens ſententiam, ſicut dicitur, contrariam reportauit. Ceterũ quia alter de prædictis clericis dicitur obiſſe. Nos autem † attẽdentes, quod idem G. contra ipſius Archidiaconi prohibitionem in ſuſcipiendo iudicio ipſius cauſæ procedere non debuerit: dis. v. per A. s. mãdamus, quaten⁹, ſi ſicut ratio dictat, per ipſius Archid. & ſuperſtitis illius clerici iuramentum conſtiterit eundem Archidiaconũ expreſſe prohibuiſſe, ne dictus procurator illius controuerſiæ diffinitionem ſuſciperet, & ne in iure ad ſuſcipiendum iudicium ſuis litteris de rati habitione aliquatenus vteretur, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, iam dictæ præbendę poſſeſsionem cum fructib. inde perceptis, a quocumq. detineatur, eidem Archidiacono ſub. contr. & ap. ob. ſi eius reſtitutioni aliud canonicũ nõ obſiſtit, auctoritate noſtra reſtitui faciatis, reſtitutione vero facta ſi Archidiaconus ipſe ſuam inſtitutionem canonicam probare potuerit, ipſam ratam, & inuiolabilem permanere, ſicut iuſtum fuerit, ap. poſt. decernatis.

c. 3. e. † al. R. † al. Angñ. † al. tamen

## DE HIS, QVAE METVS CAVSA fiunt. † Tit. xix.

*Clemens iij.* *Cap. un.*

AD aures noſtras te ſignificante peruenit, quod electus quidã in plebanum eccleſiæ cuiuſdã, quæ ad tuam diſpoſitionem pertinet, ad terrorem laicorũ renuntiauit electioni, quæ fuerat a clericis, vno excepto, vnanimiter celebrata. Is autem, † qui diſſenſit, ante electionem ad ſedem Ap. appellationis vocem emiſit. Ideoq. conſulere voluiſti, ſi renuntiatio facta ad terrorem laicorum impediat, quo minus ad regimen prędictæ eccleſiæ, is, qui prius fuerat electus, aſſumi debeat, & ſi eius appellatio valeat, qui ſe non electurum iurauit, & ne alij eligerent, appellauit. Tuę igitur diſcretioni litteris pręſentibus innoteſcat, quod renuntiatio facta in manu laicorũ ad ipſorum terrorem, niſi forte iuramento, vel fide interpoſita ſit confirmata, non impedit, quo minus is, qui renuntiauit † eccleſiæ, ad cuius regimen prius electus fuerat, præficiatur; pro contradictione autẽ, vel appelltione eius, qui ſe nõ electurũ publice cõfeſſus eſt iuraſſe, non eſt electio ab alijs celebrata canonice irritanda.

† al. Quod vi metus ue cauſa factum eſt. De iis, q̃ vi. c. 3. † al. vero † renũtiauerit.

## DE ARBITRIS. Tit. xx.

*Alexander iij. Eboraceñ. Archiepõ.* Cap. 1.





De arb. c. 1.

NON ſine multa neceſsitate, & diſcrimine corporis ſui A. presbyter præſentium lator ad ſe. Ap. fatigatus multiplici nobis querela propoſuit, quod cum in eccleſia ſancti Alfidi de N. † per manum R. Archidiaconi, & canonici de Suelle perſonæ ipſius eccleſiæ capellanus inſtitutus fuiſſet, & eodem R. mortuo M. nepos eius, qui ſibi in iam dicta eccleſia ſucceſsit, eundẽ preſbyterum ad maiorem ſecuritatẽ capellanũ iterum ordinauit, quorum temporibus xxx. annis, & vltra capellaniam eius eccleſiæ pacifice ſe aſſerit tenuiſſe. tandem vero idem M. volens ab eadem eccleſia ipſum presbyterum remouere, in eum cœpit exactiones indebitas exercere, & quidam homo eius circa domum ſuam egreſſus, violentas manus in eum iniecit, & ipſe idem M. viſus eſt eum circumuenire, vt pro v. marchis argenti, quas idem M. ei promittebat, ſe annuatim nomine penſionis ſoluturum præſcriptæ capellaniæ † cedere nõ differret, præfato vero presbytero nolente eius exequi voluntatem, prędictus M. tantũ dicitur feciſſe, quod poſt multas iniurias, & grauamina ſibi illata, occupatis omnibus alijs rebus, ab officio, & beneficio eſt ſpoliatus. cum autem idem presbyter per te adhuc extra prouinciam tuam exulans de ſuo beneficio non poſſet iuſtitiã obtinere, tandemq. † ſicut aſſerit, multis neceſsitatibus artabatur, nec ſuam inopiam potuit vlterius ſuſtinere; per dolum, & fraudem ipſius M. ab eo ſacramentum eſt extortum, vt arbitrium clericorum tuorum exinde ſuſciperet, & ſeruaret. Idem vero clerici voluntatem eius aſſecuti, & iam dicto M. fauentes, eidem presbytero præceperunt, vt v. marchas ab eodem tantum ſuſciperet, & toti cederet quæſtioni. Quoniam igitur te non decet aliquatenus ſuſtinere, vt quod perperam arbitrati ſunt, debeat incorrectum relinqui: f. t. p A. s. m. quatenus præfatos clericos moneas ſtudioſius, & inducas, vt ſi cognouerint, ſe in hac parte tam nequiter arbitratos fuiſſe, iam dictum presbyterum ab obſeruantia iuramenti auctoritate noſtra prorſus abſoluas; aut ſi arbitrium ipſum iniuſtitia noueris, & veritate obnoxium, † vtramq. partem ap. re. ſtare arbitrio compellas.

† al. Aſifridi de N. † eccleſie † al. quia † al. ſubnixum

*Alexander iij. Exoñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

PERVENIT ad nos, quod cũ W. † clericus de Caleſtin in minori eſſet ætate cõſtitutus, G. † de Cal. ſororem eiuſdem W. † duxit in vxorem, & fidei interpoſitione firmauit: quod v. ſol. ſterlingorum ei annuatim donaret. Vnde cum poſtea ſuper eiſdem v. ſol. inter ipſum clericum, & iam dictum G. controuerſia mota fuiſſet, in quattuor perſonis compromiſerunt, quæ vtiq. inter ſe taliter arbitratæ ſunt, quod præfatus G. decimas proprias, & ruſticorum ſuorum, quas † in parochia de Cal. habere dignoſcitur, pro v. ſolidis prætaxatis ſingulis annis perciperet. Vnde quoniam huiuſmodi arbitrium eccleſiæ iam dicti loci poſſet in poſterum perniciosum exiſtere; nec memoratus W. † aut perſonæ illę, in quibus cõpromiſſum fuerat, id vllatenus in eccleſiæ damnum facere debuiſſent: f. t. per Ap. s. m. qua. rei veritatẽ diligenter inquiras, & ſi ita eſſe inueneris, prænominatum G. diligenter admoneas, & eccleſiaſtica diſtrictione compellas; vt eccleſię, cuius eſt parochianus, prælibatas decimas omni occaſione, & ap. re. liberas prorſus dimittat: nec ſibi aliquid vlterius vindicare prę ſumat. Clericum vero ſupradictum moneas, vt cum eodem G. amicabiliter, pacificeque ſtudeat conuenire.

c. 3. e. † al. G. † al. W † al. G. † al. quos † al. G.

# LIBER SECVNDVS.

## DE IVDICIIS. TIT. I.

*Clemens iij. clero Conſtantinopolitano.* Cap. 1.

De inſtit. c. 4.

AVCTORITATE Apoſtolicę ſedis, debitoq. officij noſtri compellimur, viros eccleſiaſticos oculo benigniori proſpicere, eiſq. ne grauētur moleſtijs, paſtorali ſollicitudine prouidere. hac itaq. ratione inducti auctoritate Ap. prohibemus, ne aliquis veſtrum a quocumq. in ciuili, vel criminali negotio impetatur, nec per ſæcularem perſonā carceri, aut vinculis, niſi ab Archiepiſcopo ſuo electus fuerit ex † ordine clericali, aliquatenus mancipetur, nec abſq. rationabili, & manifeſta cauſa in officio ſuo, vel iure ſuo grauamen ab aliquo patiatur. Prohibemus etiā, ne vicarius Regis, ſeu quæcumq. perſona vicem ſæcularis poteſtatis gerens vobis in domibus, aut alijs rebus veſtris iniuriam præſumat inferre; ſed tam in his, quam in alijs priuilegia vobis a Regib. vel Archiepiſcopis, pia conſideratione conceſſa, inuiolata volumus conſeruari. ſtatuimus inſuper, vt nullus in eccleſijs veſtris vltra, quā facultates earū eccleſiarū ſuſtineant, vobis inſtituatur inuitis.

† al. ab

*Alexander iij. Abbati de Eueſham.* † Cap. 2.

† al. Euſhā. De iudic. c. 9.

CAVSAM, quę vertitur inter fratres Dulmon. monaſterij, & monachos ſancti Albani ſuper eccleſia de N. audiatis, & ap. re. terminetis. Illud inter cetera ſpecialiter prouiſuri, vt fratres Dulmon. eccleſiæ cum auctoritate, & aſſenſu Epiſcopi cauſam aggrediantur, ne ſi fratres ſancti Albani obtineāt, Epiſcopus Dulmon. ſe Abbatem eccleſię proponens, litem ſopitam valeat ſuſcitare.

*Cæleſtinus iij.* Cap. 3.

c. 10. e.

CVM non ab homine & infra. A nobis itaq. fuit ex parte tua quæſitum, vtrū liceat Regi, vel alicui ſæculari perſonę iudicare clericos cuiuſcumq. ordinis, ſiue in furto, ſiue in homicidio, vel periurio, ſeu quibuſcumq. fuerint criminibus deprehenſi. in prima ergo cōſultatione taliter reſpondemus, quod ſi clericus in quocumq. ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, ſeu alio mortali crimine legitime fuerit deprehenſus, atq. conuictus, ab eccleſiaſtico iudice deponēdus eſt. qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excōmunicari debet; deinde cōtumacia creſcente, anathematis mucrone percuti; † poſtmodū vero ſi in profundum malorum veniens cōtempſerit: cū eccleſia non habeat vltra, quid faciat, & ne poſsit vltra eſſe perditio plurimorum, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem: ita quod ei deputetur exiliū, vel alia pœna legitima inferatur.

† al. ſeueri.

*Cæleſtinus iij. W. im. Epo. & Abbati S. Albani.* c. 4

c. 11. e.) † al. V.

QVIA W. † qui violenter dicebatur eccleſiam ingreſſus eſſe, defunctus eſt, vt accepimus, & R. eam eſt ingreſſus; pręcipimus, vt ſecundum formam litterarū inter ipſum R. & P. mediante ratione cauſa terminetur, ſicut inter eundem P. & præfatum W. † ſi viueret, iudicaretur.

† al. V.

## DE FORO COMPETENTI. Tit. ij.

*Alexander iij.* Cap. 1.

De teſtib. c. 23. † al. commorantes

LICET vniuerſis &c. Perlatū eſt ad audientiam noſtrā, quod Iudęi in ciuitate veſtra morātes † ad tantam deuenerint ſuperbiā, & elationem; quod ſi quando inter eos, & quemlibet clericum, ſeu inter vos, & ipſos cauſa emerſerit, vos ad ſęcularem iudicem trahunt, & corā quocumq. iudice vobiſcū litigant, & per ſimplicem chartā abſq. teſtib. vel per vnū qualemcūq. † Chriſtianū, vel † Iudæum, contra omnem iuſtitiam, & rationē, cauſam probare contendunt, & aduerſum ſe etiā magnorū, & probatorū virorum non recipiunt teſtimonium. Quia vero non eſt licitū alicui Chriſtiano, multo minus crucis Chriſti inimico, vt .s. eccleſiaſticos viros ad ſæcularem curiam trahant, & cauſæ ſuæ vnius tantum quamuis † legitimo teſtimonio, finem imponant. Diſcretioni v. m. qua. ſi inter vos, & quoſcumq. Chriſtianos, ſiue Iudęos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione

† quālibet. † al. ſiue

† al. quaſi



cation ad ſæcularem curiam, vt ibi de negotio tractetis, ad iudicem vllum accedere pręſumatis. ſed ſicut exigit iuſtitia, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxime clerici ad minus niſi teſtimoniū duorum, vel trium virorū, qui ſint probatæ vitę, & fidei, vel conuerſationis, non admittatis iuxta illud dominicum: in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum. Quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures, quam duos exigant teſtes, nulla eſt tamen, quę vnius teſtimonio tantum, quamuis legitimo terminetur.

*Alexander iij.* Cap. 2.

De foro cōp. c. 6. † al. V.

EX tranſmiſſa nobis inſinuatione G. B. W. † militū eccleſiæ intelleximus, quod cū R. de Caſuil. eos ſuper quadam poſſeſsione anteveñ. f. n. Treceñ. Epiſcopū traxit in cauſam, nobilis vir de Capis eorū dñs ſub debito fidelitatis eis inhibuit, ne in iudicio eccleſiaſtico de ſæculari feudo reſpōderent. Itaq. pręfatus Epiſcopus in eos velut in contumaces excōmunicationis ſententiam promulgauit, &c. & infra. Deinde † per dominū feudi cauſam iubeas terminari; & ſi ipſe aliquid malitioſe diſtulerit, tu ei ſub. ap. ob. debitum finem imponas.

† al. Demum

*Alexander iij.* Cap. 3.

c. 7. e.

VERVM quoniam de quibuſdam feudis aduerſus eundem Prępoſitum quęſtionē mouerunt, ſtatuimus, vt ex quo Epiſcopus fuerit in eadem eccleſia conſecratus, qui plenam auctoritatem habeat, & poteſtatem, de feudis ipſis ſi ad eccleſiaſticam cognitionem pertineant, ſuo ſub iudicio cognoſcantur. alioquin ipſa quæſtio ab imperiali beneplacito, ſicut iuſtum fuerit, terminetur.

*Lucius iij.* Cap. 4.

c. 8. e. † al. q̄

CVM ſit generale, vt † actor forum rei ſequatur; conueniens eſt, vt prius raptores apud iudices ſæculares conueniantur. ſed ſi iuſtitiam exhibere cōtempſerint, aut iudices ex quacumq. cauſa fuerint negligentes; quia ſacrilegi iudicandi ſunt ab eccleſia, de crimine illo cenſuram in eos poteris eccleſiaſticam exercere. Verum quoniam iudices ſæculares in exhibenda iuſtitia perſonis eccleſiaſticis ſæpe in iudicio ſunt remiſsi, iam per conſuetudinem eccleſiæ eſt fauore introductum, vt malefactores ſuos venerabilium locorum rectores poſsint, ſub quo maluerint, iudicio cōuenire.

*Cæleſtinus iij.* Cap. 5.

c. 9. e.

QVOD clericis &c. & infra. Nullus Epiſcoporum, vel clericorum ad iudicia ſæcularia eſt trahēdus. habent enim illi iudices ſuos, nec quidquam eſt eis publicis cōmune cum legibus. Bonifacius vero Papa, & Gelaſius, & alij plures anteceſſorum noſtrorū antiquioribus concilijs cōſonantes, ſicut bene patet viris vtriuſq. iuris peritis, id ipſum in ſacris conſtitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti per Ap. s. mandamus, quatenus, ſi quas cauſas ſæculares clerici Pariſius commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ap. re. iure canonico decidatis, nec permittatis iuri ſcripto conſuetudinē præualere.

## DE MVTVIS PETITIONIBVS. t. iij.

*Cæleſtinus iij. Rothom. Decano.* Cap. vn.

De mutu. per. c. 1.

PRVDENTIAM tuam debitam &c. Sane conſuluiſti nos, vtrum cum cauſa ap. re. committitur, & reus ſub eodem iudice actorem reconuenerit, vel eiſdē, quod quadam ex conſtitutione tā canonici, quam forenſis iuris licite fieri poteſt, & actor ſuper reconuentione appellationem interponit, an appellationi huiuſmodi ſit deferendū. Nos vero ita ſentimus, † quod cum in hoc caſu actoris, & rei eadem ſit condicio, vel cauſa, & † vno, eodemq. iure circa appellationis remedium vti debeat vterq. Vnde nec appellationi taliter interpoſitæ deferendum eſſe iudicamus. etenim ipſo Chriſto, qui eſt veritas, atteſtante didicimus, quod omnia, quæcumq. voluerint aliqui, vt faciant eis homines, eadem & ipſi facere debeant; nec ciuilis iuris peritus ab hac ſententia diſcrepat, quia præter authenticum, quod incipit, Et conſequenter, in quo id de facienda recōuentione expreſſe habetur, etiā † alibi ſtatuitur, quod eodē iure quis vtatur, quod duxerit ſtatuendum in alium: ideoque ſicut deſiderat, vt ſibi iuxta reſcriptum mandatoris iuſtitia fiat, ap. re. ita debet, & eadem ratione, ſe reconuenienti in ſua iuſtitia reſpondere.

† al. ſententiamus † al. deeſt ea.

† al. ea.

## DE DILATIONIBVS. Tit. iiij.

*Cæleſtinus iij.* *pars c. plerumq.* Cap. vn.

De dila. c. 2.

PRAETEREA in tuo petitorio adieciſti, quod cum cauſæ tibi a ſe. Ap. delegantur, & in litteris citatorijs reſcriptum Apoſtolicū inſeris, vt eo viſo deliberare valeat, qui ab altero conuenitur. cumq. nō ad primam, & ſecundā citationē canonicā, ſed ad tertiā tātūmodo perēptoriā veniat, actore ad oēs citationes veniente,

& ipſe intentionem ſuam in iure proponat, reus vexationi eius intendens, tunc primo deliberatorias requirit † inducias, cũ actor eidẽ authenticum offerat, vt conferat cum reſcripto, quod inprima citatione recepit, aſſerens, quod tam longo citationis ſpatio, ſi voluerit, † plene tempus deliberationis potuit habere. quia igitur, quid agendum ſit tibi in hoc caſu, deſideras edoceri, taliter reſpondemus, quod prædicto modo reo ad iudicium vocato, † ſi ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plene potuit inſtrui ſuper eo, de quo cõueniebatur, indutiæ deliberatoriæ ſibi non ſunt vlterius indulgendæ, ſed potius procedendum eſt ad examinationem cauſæ, & finem ei debitum imponendum.

† al. quærit

† al. voluit

† al. cõuocato

## DE FERIIS. Tit. v.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur.

SIGNIFICANTIBVS nobis viris religioſis fratrib. Ciſtrenſis ordinis accepimus, quod cum eorum famuli, & mercenarij in quibuſdam diebus, quos alij ſollemnes habent, laborant: Archid. Decani, presbyteri de quorũ parochijs ſunt, eis † ſententiã excomunicationis propter hoc intentare præſumunt. Quoniam igitur ſuper hoc non debent tanta pœna multari, f.t. per A.s.m. qua. omnib. Archidiaconis, Decanis, preſbyteris veſtrę iuriſdictionis artius prohibere curetis, ne in famulos, vel mercenarios prędictorum fratrũ, pro eo quod ipſi, & idem fratres diebus illis laborant, quos alij ſollemnes habent, vel excomunicationis, vel interdicti ſententiam ferre prçſumant. Si vero contra prohibitionem veſtrã venerint, & ſententiã eorum ap. re. denuntietis irritam, & inanem, & ipſos pro tranſgreſſione non differatis eccleſiaſtica ſeueritate punire.

† in eos

*Alexander iij. Terdoñ. Archiepõ.* *Cap. 2.*

De ferijs c. 2.

QVONIAM in parte &c. & infra. Veſtrã volumus prudentiã certa cognitione tenere, quoniã licet ſcriptũ ſit: de veſpere ad veſperam ſabbata veſtra celebrabitis: feſtorũ tamen principium, & finis iuxta eorum qualitatem, & iuxta diuerſarum regionum conſuetudinem conſiderari † debet, & ſicut magnitudo dierum exigit celebrari; ſic prius incipere, & tardius terminari, vera ratione videtur. & infra. Diebus autem dominicis, & alijs prçcipuis feſtiuitatib. ſiue inter paſcha, & Pẽtecoſtẽ genuũ flexio nequaquã debet fieri, niſi aliquis id ſecreto ex deuotione facere velit. In conſecrationibus autẽ Epiſcoporũ, & ordinationib. clericorũ, conſecrans, & conſecrandus tantum flectere genua poſſunt, ſecũdum quod cõſecrationis modus requirit. Prçterea feſtiuitas ſanctæ Trinitatis ſecundũ diuerſarũ cõſuetudines † regionũ a quibuſdã in octauis Pẽtecoſtes, ab alijs in dñica prima ante aduẽtũ dñi celebrari cõſueuit. Eccleſia ſi quidẽ Rom. in vſu nõ habet, vt in aliquo tẽpore huiuſmodi celebret ſpecialiter feſtiuitatẽ; cũ ſingulis dieb. gĩa patri, & filio, & ſp. ſ. & cetera cõſimilia dicãtur ad laudẽ pertinentia Trinitatis. Quare tibi frater Archiepiſcope de vſu pallij, eo die, quo ſanctæ Trinitatis feſtiuitas celebratur, certũ nequaquã potuimus dare reſponſum.

† al. cõſeruari

† cõſuetudinẽ

*Alexander iij. Triburiẽ. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.* *Cap. 3.*

c. 3. & & c. 6. de pænit.

LICET tam veteris, quam noui teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauit; & tam eum, quã alios dies maieſtati altiſsimi deputatos, nec nõ natalicia † ſanctorũ martyrũ eccleſia decernit obſeruanda, & in his ab omni opere ſeruili ceſſandum; nos tamẽ, quib. ab omniũ prouiſore eccleſiæ regimen eſt cõmiſſum; ſuper ijs, quæ neceſsitas exigit, Chriſti fidelib. tenemur cõmode prouidere, vt ſi quãdo eos non ſeruili operi .i. actioni peccati, ſed neceſſaria victui, & veſtitui quærendo forte intendere contingerit; volumus, vt eis Ap. ſe. prouidẽtia, miſericordia cõſueta ſubueniat. Inde ſi quidẽ eſt, quod (cũ regio veſtra † nõ multum frugib. abundet, † & mare, in quo populus maiorem habere conſueuit ſuſtẽtationẽ, ſterilius ſolito effectum fuiſſe, multorum relationib. cognoſcentes, auctoritate beati Petri, & noſtra indulgemus; vt liceat parochianis veſtris diebus dominicis, & alijs feſtis, prçter quam in maiorib. anni ſollemnitatibus, ſi alleccia terræ ſe inclinauerint, eorũ captioni congruenter intendere, ita tamen, quod poſt factam capturam eccleſijs circumpoſitis, & Chriſti pauperib. congruã faciant portionẽ. Si autẽ illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex iniuncta ſibi pçnitentia tenẽtur peragere, panem, quo veſcantur, non habent; leguminib. aut piſcib. aut † alijs cibarijs ſi neceſsitas exegerit, † reficiantur, moderata tamen diſcretione habita, quod his nõ ad delicias, ſed ad neceſſariam ſolummodo ſuſtentationem vtantur.

† al. natalia

† al. regionem veſtrã quod

† al. abũdare

† vel

† al. fuerit

*Clemens iij.* *Cap. 4.*

c. 4. &

CAPELLANVS tuus frater Epiſcope coram nobis ex parte tua propoſuit, quod cum canonica ſtatuta declarẽt, nuptias tribus



tribus hebdomadib. ante feſtum natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ minime celebrari debere; quidam hebdomadas illas abſq. interpollatione cõtinuandas intelligunt: alij vero inter feſtum, & ipſas facere interuallum volentes, illud dicunt ob reuerentiam feſtiuitatis Pentecoſtes, fuiſſe ſtatutum, quæ in ſeptimanis ipſis ſolet interuenire quandoq. & ſic inchoantes a tribus diebus rogationum ante aſcenſionem dñi vſq. ad octauum diem poſt Pentecoſtem illis hebdomadib. computatis, illo tantũ temporis ſpatio celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes. Quia igitur cõſulti fuimus, vtra iſtarum opinionum potior videatur; nobis, & fratribus noſtris apparuit, quod cum ea † ſit Romanç eccleſiæ conſuetudo a longis retro temporib. obſeruata; vt quocumq. matrimoniũ cõtrahatur † tẽpore, conſenſu interueniẽtè de præſenti legitimo; tamen a ſeptuageſima vſq. ad ſeptẽ dies poſt Pentecoſtem celebrari nuptiæ non ſinãtur, & poſtea etiam tribus, vel pluribus ſeptimanis ante feſtiuitatem ſancti Ioannis ſine differentia celebrentur; poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori ratione fouetur. & ſiue ſecundũ canones a ſeptuageſima vſq. poſt octauas paſchæ, ſiue iuxta conſuetudinem eccleſiæ Romanç vſq. poſt ſeptimum diem † feſti pentecoſtes, qui † caret octauis, nuptiæ ſuſpendantur, in dominica, quæ ſequitur, & deinceps indiſtincte valeant celebrari.

† al. eadem

† al. cõtrahitur

† al. vij. dies

† al. quod

## DE CAVSA PROPRIETATIS, ET poſſeſsionis. Tit. vj.

*Celeſtinus iij.* *pars c. bona memoriæ. Cap. vn.*

De cau. poſ. c. 2.

AD vltimum interrogati fuimus, ſi iudices deputati, vt de poſſeſsione, & proprietate agnoſcant, grauib. partium ſumptib. parcere cupientes, de vtraq. commixtim audire poſſunt, † allegationes pariter, & teſtes admittant, deinde prius audiãt atteſtationes de poſſeſsione, & pronuntient ſecundum tenorẽ illarũ, vtrum licite hoc agatur. Nos autẽ cũ hoc ſit in iure ciuili expreſſum, quod licite poſsit fieri, reſpondemus.

† al. poſſint

## DE RESTITVTIONE SPOLIAtorum. Tit. vij.

*Alexander iij. Cantuarien. Archiepiſcopo.* *c. 1.*

De reſt. ſp. c. 7.

CONQVERENTE nobis R. clerico latore præſentium accepimus, quod cum vacaret eccleſiaſticis diſciplinis, ipſum eccleſia de Durefort † ſine iudicio ſpoliaſti. Quia vero iam non decet honeſtatem tuam clericos tuç iuriſdictionis, ſine manifeſta cauſa, & rationabili ſuis beneficijs ſpoliare, quibus teneris paterna prouiſione conſulere: f. tuæ per A. s. præ. m. qua. ſi ita eſt, prædicto clerico præfatam eccleſiam cum redditibus inde perceptis reſtituas, & in pace eã poſsidere permittas. Reſtitutione autẽ facta, ſi quid aduerſus eum ſuper prçſcripta eccleſia proponere voluiſti, coram venerabili f. n. Exonieñ. Epõ per te, vel per ſufficientem reſponſalem tuũ cum eodem R. ordine iudiciario experiaris, & quod exinde ſtatuerit, ſuſcipias firmiter, & obſerues; nos enim eidem Epiſcopo cauſam commiſimus terminandam.

† al. Dũfort

*Alexander iij. Pariſieñ. Epiſcopo, & Abbati S. Remigij, & Decano Meldenſi.* *Cap. 2.*

Non ponitur.

CONQVESTVS eſt nobis R. quod cũ eccleſia de Alde † canonice adeptus fuiſſet, & aliquamdiu pacifice poſſediſſet, & eã poſtea per oppreſsionẽ H. de Clineãt iniuſte amiſit. Vnde diſ. v. per A. s. m, quatenus, ſi vobis conſtiterit prædictum R. in prælibata eccleſia fuiſſe canonice inſtitutum, & iniuſte ſpoliatũ, niſi eam poſtea ſpontanee abiuraſſe altera pars legitime probauerit, eam cum fructibus inde perceptis reſtitui faciatis.

† al. Alteñ.

*Alexander iij. Abieñ. & Beluaceñ. Epĩs.* *c. 3.*

c. 8. &

EX tranſmiſſa nobis &c. & infra. Quia nobis de rei veritate liquere non potuit, cauſam experientiæ veſtræ duximus cõmittendam. f. v. per A. s. m. qua. ſi vobis conſtiterit, quod prçfata mulier prædicto militi legitime deſpõſata fuiſſet, & ab eo cognita, ipſam ei reſtitui faciatis, recepta ſufficiẽti cautione, quod illi non debeat malum inferre. Si autẽ capitali odio, ita mulierem vir proſequitur, quod merito de ipſo diffidat, & eum habeat ſuſpectum; alicui probç, & honeſtæ mulieri, vſque ad cauſæ cognitionem, ſeu deciſionẽ committatur, ſtudioſius cuſtodienda in loco, vbi vir, vel parẽtes eius, aut mulieris nullam poſsint violentiam † exercere.

† al. moleſtiam

*Alexander iij. Exoneñ. Epiſcopo, & Abbati de Reſordeñ. †* *Cap. 4.*

† Herefort.

c. 9. e.

† al. G.

CVM veniſſet ad nos dil. fi. n. S. † canonicus ſanctę Trinitatis de Barleñ. a ſuo Priore, & capitulo deſtinatus, in audientia noſtra propoſuit, quod cũ veñ. frater noſter Eboraceñ. Archiepiſcopus eccleſiam d. N. eis conceſsiſſet, ita quod poſt deceſſum G. de Pontino clerici, qui præfatã eccleſiã tunc tẽporis

 tenebat

tenebat, vſibus eorum omnibus modis proficeret, & interim de auctoritate ipſius Archiepiſcopi, idem G. ipſis canonicis annuã ſolueret penſionem. Nos poſtmodum eandem conceſsionem ſcripto ipſius Archiepiſcopi inſpecto diligenter, auctoritate Apoſtolica duximus confirmandã. Mortuo autem prǽfato clerico iam dicti canonici, licet per ipſum Archiepiſcopum non fuiſſent in prædictæ eccleſiæ poſſeſsionem inducti, tamen de conceſsione, & confirmatione noſtra plurimũ confidentes, eccleſiam ipſam, ne a quodam clerico turbaretur, qui eos ſuper eadem eccleſia nitebatur fatigare, ingreſsi ſunt, & tã contra ipſum Archiepiſcopum, a quo grauari timebant, quam contra præfatum clericũ ad noſtram audientiam appellarunt; ipſis vero per duos de fratribus ſuis, appellationem factam proſequentibus, ſæpe dictus Archiepiſcopus bladum, & omnia bona eccleſiæ, quę prǽfatus G. clericus ſuus moriẽs ibidẽ reliquit, fecit, quod vix credere poſſumus, inuitis prædictis canonicis aſportari. & infra. Magiſter vero M. & A. clerici, & nuntij eiuſdem Archiepiſcopi, qui præſentes aderant, ipſum ſuper his conſtanter excuſauerunt, & adiecerunt coram † iam dicto Archiepiſcopo per præfatos canonicos grauem iniuriam irrogatam, quia etſi ab ipſo litteras conceſsionis habuiſſent, ipſius poſtmodum auctoritate contempta, per ſe ipſos in poſſeſsionem ingredi non deberent. Nos itaq. attendentes, quod ſi præfati canonici, pro iam dicta eccleſia de auctoritate ipſius Archiepiſcopi, viuente clerico perceperunt, annuam penſionem, eo mortuo, quamuis auctoritate eiuſdẽ Archiepiſcopi non quæſierunt, † vitioſe tamen in poſſeſsionem non ſunt ingreſsi, cum ſicut in ſæcularium legibus principum cautum eſt, is poſsideat, cuius nomine poſsidetur; cauſam ipſam vobis, de quorum prudentia, & honeſtate confidimus, committimus f.t. per A.s.p̃.m. qua. ante præſentiam veſtrã partibus conuocatis, ſi de ipſorum aſſertione conſtiterit, bladum, & omnia bona eccleſiæ poſt appellationem de mandato ipſius Archiepiſcopi aſportata ante ingreſſum principalis cauſæ, auctoritate noſtra ſub. ap. ob. reſtitui faciatis: deinde Archiepiſcopum attentius moneatis, vt conceſsionem ſuam ratam habeat, & præfatos canonicos amodo deſinat ſuper præfata eccleſia fatigare. Si vero commonitioni veſtræ acquieſcere noluerit, ſuper eccleſia cauſam diligentius audiatis, & ſine perſonarum acceptione ſub. ap. diffugio terminetis.

† al. de eſt corã

† al. quæſierint

*Celeſtinus iij.* *Cap. 5.*

c. 11. e.

GRAVIS nos querela &c. & infra. Ideo f.v.p A.s.m. firmiterq. pręcipimus, qua. partib. conuocatis, ſi vobis conſtiterit de pręmiſsis, prædictum Archiepiſcopum ablata pręnominati monaſterij fratribus cum integritate reſtituere, & damna plenarie reſarcire, & de illatis iniurijs ſatisfacere competenter, omni gratia, timore, & amore poſtpoſitis; dilatione, & contradictione, & ap. ceſſante per diffinitionem † eccleſiaſticã noſtra freti auctoritate cogatis, prouiſuri attẽtius, vt nõ tantum fructus, quos noui, & violenti poſſeſſores interim perceperunt, ſed quos ſi eis poſſidere fuiſſet licitum, poſſeſſores veteres percepiſſent, eis reddi per ſupradictam ſentẽtiã ſub. cuiuſlibet appellationis obſtaculo compellatis. pręterea ſi qui, quominus ſecundum mandatum noſtrum memoratis fratribus reſtituantur ablata, ſe duxerint opponendos, vos auctoritate noſtra ſuffulti eos † non obſtante appellatione anathematis ſententia percellatis. Si præfatus vero Archiepiſcopus ad citationem † commonitionis veſtrę, forte non venerit, vel mandato veſtro parere noluerit, vos Dolenẽ. † monaſterij teſtibus receptis ſecundum formam prædictam in toto negotio procedentes, ſecundum quod diximus, ap. ceſſante exequi procuretis, omnimoda ſollicitudine prouidẽtes, ne libertates præfato monaſterio veſtro a pręd ceſſoribus noſtris, nobiſq. cõceſſas, a quoquam ſuſtineatis minui, vel infringi.

† al. diſtrictionem

† al. hos

† al. cõcitationem

† al. Dolenẽ.

## DE EO, QVI MITTITVR IN POSſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. Tit. viij.

*Alexander iij. Albẽ.* † *Epiſcopo.* *Cap. 1.*

† al. Abiẽ.

Non ponitur.

PRIOR & monachi Siluæ maioris ſuam ad nos querimoniã tranſmiſerunt de O. qui paludes, & ſtagna, quæ prędeceſſores eius contulerant, ab eiſdem fratrib. per violentiam abſtulit, quæ cum ab eo repeterent, idem O. ad proximum purificationis feſtũ pręteritũ appellauit. Ideoq. f.t. mandamus, qua. cauſam audias, & ap. re. debito fine decidas. Si vero idem O. vel vxor eius, aut heredes eius, ſi quos habet, ſi idem O. profectus eſt Hieroſolymam, ad præſentiam tuam accedere, vel iudicio tuo parere contempſerint, prædictos fratres in eorũ poſſeſsionem, de quibus quæſtio vertitur, ap. re. inducas. Si autẽ nuntius pręd ctorũ fratrum diẽ pręuenit appellationis, nolumus per iſtas litteras alteri parti præiudicari, vel nullum † optinere vigorem.



† ullum forte

*Clemens iij. Epiſcopo, & Archidiacono Abruic. & Priori de Luc.* *Cap. 2.*

De eo, q mit. c. 1.

CVM ſicut accepimus, inter dil. fil. P. ſubdiaconẽ † Baionẽ, & dilectas in Chr̃o filias Abbatiſſam, & conuentũ ſanctæ Trinitatis, de Cadonio ſuper eccleſia de Capith † corã dilectis filijs Tauricẽ, † & Corchẽ. † Abbatibus, & H. Chiechicẽ. † Archid. ex delegatione ſe. Ap. quæſtio verteretur, pręd ctus ſubdecanus, die partib. aſsignata in perſona propria, ad præſentiam iudicum non valens accedere, reſponſalem ad eos cũ proprijs litteris deſtinauit. Verum ideo dicitur eius procuratio reprobata, quod nomen ſubdecani, quem diximus, ſigilli deſcriptum inpreſsio non habebat. Vnde iudices occaſionem ex ſuo ſenſu ſatis inualidam aſſumentes, moniales rei ſeruandæ cauſa in poſſeſsionem rei petitæ miſerunt, quod in perſonas contumaciũ iuris videtur conſtitutio decreuiſſe. Vnde cũ hoc ad ſubdecani notitiã perueniſſet, ad Archid. ſupradictũ acceſsit, & offerens ei ſiſtẽdi iudicio cautionẽ, quoniã Abbas de Corinth. profectus in Angliam, & Abbas Taur. † viã fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus, poſſeſsionẽ infra annum ſibi de iuris ordine reſignari cũ inſtantia poſtulauit, ſed nõ potuit optinere. Proceſſu vero temporis moniales, quas diximus, ad venẽ. f. n. W. Rothomagẽ. Archiepiſcopũ, & dilectos filios Abbates ſanctę Catharinæ, & I. de Venẽ. ponte Archid. Rothomag. litteras alias impetrarũt, quorũ iudiciũ ideo ſubdecanus, ſicut aſſerunt, † ſubire recuſat, quod prædictũ Archiepiſcopũ habet certa ratione ſuſpectum, & metuit, ne coniudices ad partem quamlibet, eius auctoritate de facili trahantur. Quia vero nemo inuitus ſuſpectorũ iudicum compellatur † iudicio ſubiacere; diſ. v. per A.s.m. quatenus, ſi certã ſuſpicionis cauſam contra Archiepiſcopum oſtendit † ſubdecanus, audiatis negotium, & ap. re. mediante iuſtitia terminetis. In primis tamen ab eodem ſiſtendi iudicio cautione recepta, ſi pręmiſſa narratio veritate nitatur, ei poſſeſsionem reſtitui faciatis. Nec obſtare volumus, quod annus elapſus eſſe proponitur, ſi per eum non ſteterit, quominus infra illũ, & poſſeſsionem receperit, & dederit cautionem. ſi quid autem per prædictas litteras, ex quo ſuſpectos iudices recuſauit, aduerſus eum ſuper hoc noueritis contra iuſtitiam innouatum, in ſtatum debitũ reducatis, in his omnibus ſine appellationis obſtaculo proceſſuri.

† al. ſubdecanũ

† al. Capich.

† Taurien.

† al. Cherocẽn.

† al. chiecien.

† Taurin.

† al. aſſerit

† cõpellitur

† oſtenderit

## VT LITE PENDENTE NIL INnouetur. Tit. ix.

*Alexander iij. Eboracẽ. Archiepõ.* *Cap. 1.*

Vt lite pen. c. 1.

A MEMORIA noſtra non excedit, qualiter in primo anno noſtræ promotionis tranſcriptũ litterarũ felicis memoriæ prędeceſſoris noſtri Honorij nobis feceris præſentari, in quo cõtinebatur anteceſſorib. tuis Ap. benignitate † eſſe indultum, vt tam eis † quam ſucceſſoribus ſuis † liberum eſſet per totam Angliam ante ſe crucem deferre. Nos vero anteceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes tibi ſubſcripti noſtri munimine cõfirmamus, quod anteceſſorib. tuis fuerat a prędeceſſore noſtro clementer indultum. Poſtmodum vero ſanctę, & venerandę memorię T. quondam Cãtuar. Archiepiſcopus exiſtimans hoc in præiudicium ſui iuris, & ſuæ dignitatis redundare; exinde cœpit quæſtionẽ mouere. Vnde propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellauit, affirmans, ſi bene meminimus, quod tibi, & prædeceſſoribus tuis id nullatenus licuiſſet; ſicq. factũ eſt, quod per nr̃a nos tibi ſcripta prohibuimus, ne in prouincia Cant. eccleſiæ, donec de ipſa cauſa cognoſceretur, ante te crucẽ deferre aliqua ratione auderes. Quia ergo per dil. f. noſtros I. & A. clericos tuos grauem coram nobis querimoniam depoſuiſti, aſſerens, quod de poſſeſsione huius rei, quã tu, & anteceſſores tui habuiſtis, ante cognitionem iudicij ſpoliaſſemus. Nos volentes tibi, tamquam venerabili fratri noſtro deferre, & iura tua integra, & illibata ſeruare; pręſentibus litteris ſtatuimus, quod litteræ prohibitionis noſtræ nullũ tibi præiudicum faciant, quo minus tibi, & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodum vobis eſt beneficio priuilegiorũ Ap. ſedis indultum, & tu, & prædeceſſores tui id facere conſueuiſtis, † ante vos per totam Angliã deferre crucẽ, quouſq. diffinitiua ſententia decernatur, an eccleſia tua debeat de iure hoc habere.

† al. anctoritate

† al. tibi

† al. tuis

† al. cõſueuiſſetis

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 2.*

c. 2. e.

LAVDABILEM &c. & infra. Quęritis item, † quando † matrimoniũ accuſari contingit, an ſtatim ſit carnale cõmercium ſuſpendendũ, aut quamdiu diſsimulari poſsit, vel

† iterũ

† al. cũ

vel potius ſuſtineri. Ad quod breuiter reſpondemus; quod cum Alexander iij. aperte prohibeat, ne ad inuicem, donec cauſæ iuſtæ fiat examinatio, ſeparentur, & Symmachi Papę contineat inſtitutum; vt prælatus aliquis accuſatus, ante, quam ea, quæ obijciuntur, luce † clareſcant, relinqui non debeat a ſubiectis; in præſenti articulo coniugum alteruter accuſatus, ante probatam accuſationem, iure quod habet in altero, priuari non poteſt. †

† al. in luce

† al. poſſit

## DE PROBATIONIBVS. Tit. x.

*Alexander iij.* Cap. 1.

Deprob c. 2.

SICVT conſuetudo laudabilis nulla debet nouitate diuelli, † ſic quod noſcitur contra ius morib. introductum, obuia † ratione debet diſſolui. Sane apud vos conſuetum eſſe didicimus; vt cum aliquis intentionem ſuam fundauerit inſtrumentis, aut teſtibus introductis, ei ſacramentum nihilominus deferatur. quod ſi ſubire noluerit, fides probationibus exhibitis non habetur. Quod cum nulla ſit ratione ſubnixum, ſed manifeſte legibus aduerſetur, quæ tunc demum ad huiuſmodi ſuffragium decurrendum eſſe decreuerunt, cum alia legitime non ſuppetant; talem conſuetudinem reprobamus, nec vllam habere firmitatem deinceps ſancimus.

† al. cõuelli

† al. obuiare

*Gregorius viij. Præpoſito Sancti Cataldi, † & Archiepiſcopo * Caſæ maioris.* Cap. 2.

† al. Cotaldi.

c. 4. e.

PROPOSVISTI nobis dilecte fili Pręposite, quod cauſa matrimonij, quę inter dil. fi. n. O. de Caſanoua, & S. filiam O. † de Piſco † nobilis mulieris vertitur, vobis fuerit de mandato Apoſtolico delegata. Cumque partes eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, mulier propoſuit, ſe nec a viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci; quod tam iuramento, quã teſtimonio ſeptem mulierum probauit, quæ per experientiã aſſeuerant, mulierem adhuc virginem eſſe, viro autem per iuramentum ſuum contrariũ aſſerente, vos in negotio procedere minime voluiſtis, donec de hoc noſtrum cõſilium haberetis. Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ, & teſtimonijs illarum vij. mulierum, quæ ipſam per experientiam virginem aſſeuerant, eſt fides potius adhibenda.

† al. C.

† Pizo

*Clemens iij.* *pars c. bonæ memoriæ.* Cap. 3.

c. 5. e.

TERTIO quippe a nobis loco fuit ita quæſitum. Ecce quod quidam regularis ſigillum capituli commune ſuſcipiens, † quoddã inſtrumentum cuidam amico ſuo ſignauit, quo alienatio rerum eccleſiæ immobilium, tamquam ei facta continebatur, ſuper qua dum lis conteſtaretur, procurator vniuerſitatis illud inſtrumentũ aſſerebat de aſſenſu cõuentus non fuiſſe collatum, & ſic vel adulterinum, vel furtiuum eſſe dicebat. † Cumq. volens falſitatem ciuiliter reuelare, fratres regulares ad perhibendum teſtimonium produxiſſet, iurati dicebant, quod eo tempore, quo aduerſarius allegabat idem inſtrumẽtũ ſibi fuiſſe collatum; quotiens de re ipſa † inter fratres aliqua mentio erat, conſiliũ totius conuentus, & vox fuit vnanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, ſed res domus ſuæ fore integras, & cõſeruari volebãt. ſed quoniam aduerſarius teſtes aliquos minime producebat; ea eſt forma conſultationis, quid iudex hic ſtatuere debeat, an .s. inſtrumẽto, an teſtib. fides ſit potius adhibẽda. Reſpõdemus autem ſecundum aſſertionem teſtium dumtaxat cenſendum eſſe.

† al. accipiens

† dicebatur

† al. iſta

*Clemens iij. Aquilmari † Epiſcopo.* Cap. 4.

† al. Aquilonati

c. 6. e.

IVRAVIT quidam, vt aſſeris, ſe quãdam in vxorem legitimam accepturum, & cum vellet eam traducere, quidam iuramentis ſecundum morem exhibitis, legitime probauerunt illos in v. gradu ſibi inuicem attinere. Quia vero requiſiſti a nobis, quid agendum ſit, cũ quidam alius ſit, qui velit eos probare contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, nullo ſe conſanguinitatis gradu contingere: ſ. t. in præſenti articulo reſpondemus, quod ſtandum eſt primę probationi, nec de vnius teſtimonio tantum curandum eſt. Illud etiam, vt matrimonium remaneat, nõ ſuadet, quod ſponſus, & ſpõſa cõſtanti aſſertione proponunt, ſe carnaliter cognouiſſe, cum cõmercium carnale inter nõ legitimas perſonas matrimonium de iure facere non poſsit.

## DE EXCEPTIONIBVS. Tit. xj.

*Cæleſtinus iij.* *pars c. laudabilem.* *Cap. vn.*

De excep. c. 1.

DENIQVE quod in dicta, & perſonas teſtium, quib. ante iuramentũ, vel depoſitiones nihil obiectum fuit, poſt atteſtationes publicatas poſsit opponi, hoc in Romana eccleſia de longa cõſuetudine obtinuiſſe cognoſcas: vt ante iuramentũ, vel depoſitiones, & poſt in dicta, & † perſonas teſtiũ legitima exceptio poſsit opponi; & ſi crimina teſtib. obijciuntur, de quib. nõ fuerant hactenus accuſati, ſed tantũ ad ſolã exceptionẽ a quolibet opponuntur; probatio vtiq. illorũ criminũ

† al. vel



criminum exhibenda eſt, ante quam cauſa per ſententiam terminetur, cum ſicut canonica ſtatuta † declarant, teſtes abſq. vlla infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula in ferendo teſtimonio requirãtur. Quod ſi ſola crimina, de quibus alio tẽpore conuicti, vel confeſsi fuerint, † teſtibus obiciuntur, a teſtimonio repelli poſſunt. Quia ſicut Stephanus Papa, & alij Pontifices multi Romani teſtãtur, non eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, niſi prius ſe probauerint innocentes. Ceterum ſi de criminib. ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint, ſiue confeſsi; pœna ordinaria multari nõ debent; cum accuſatio in ipſos ſecundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo, ſi a perhibendo teſtimonio repellantur. Præſertim vbi crimen, quod eis obicitur, cauſam, de qua agitur, contingere non videtur.

† al. cõſtituta

† al. fuerunt

## DE TESTIBVS. Tit. xij.

*Ex concilio Maticeñ.* Cap. 1.

De teſtibus, & atteſt. c. 1.

PLACVIT ſancto conuentui, vt teſtes ad teſtimonium pretio non conducãtur, & vt quicumq. optimi, & fideliores ad † teſtimonium aſſumantur, vt is, contra quem teſtimonium ferre debẽt, nullam eis poſsit inferre calumniam; & vt nullus teſtimonium dicat, niſi iejunus.

† al. in

*Alexander iij. Marco Cardinali.* Cap. 2.

c. 22. e.

SVPER eo, quod a nobis tua deuotio poſtulauit, vtrum viro negante, ſe mulierem affidaſſe, ipſius mater mulieris, & altera mulier poſsint ad teſtimonium recipi. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod quia mater filiæ videtur incrementum diligere, & honorem; vbi vir ſuperior eſt diuitijs, potentia, vel honore, aut nobilitate; teſtimoniũ eius omnino ſuſpectum videtur, ideo nõ eſt aliquatenus admittendũ. ſuper illa vero quęſtione, quam feciſti; an filia coniungenda nõ ſit viro, eo quod ſola mater alterutrius † eos eſſe conſanguineos confitetur, Dis. t. ta, reſpõdemus: quod ſi matrimonium inter eos nõ eſt conſumatum, † matre aſſeuerante ipſos eſſe conſanguineos, nõ debent cõiungi. quia pręſumptio eſt non modica, quod ſe linea cõſanguinitatis attingant, cum mater id † cõfitetur; ſi vero matrimonium ratum † eſt, & confirmatum, ſine iuramento plurium non debet diſſolui. †

† al. alterius

† al. cõfirmatum

† al. idẽ

† iuratũ

† al. abſolui

*Clemens iij. c. 3.*

c. 26. e.

SERIES tui reſcripti nobis aperuit, quod cum nuper intet filios, & filias quorũdam nobilium tuæ ciuitatis coniugalis quæſtio tractaretur, quia diſtrahebaris ad alia vrgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quæſtionis quibuſdam viris prudentibus cõmiſiſti, ante quos pars illa, quæ matrimoniũ accuſabat, teſtes produxit legitimos, qui conſanguinitatẽ inter prædictos eſſe firmiter aſſerebãt in quinto gradu. Ex aduerſo † quoq. pars altera non ſic eſſe conſtanter aiebat. Nam cum ipſi teſtes in primo gradu poſuiſſent duas perſonas B. videl. & I. dicentes illos eſſe fratrem, atq. ſororem, pars oppoſita falſum eſſe dicebat, B. ſcilicet eſſe ſororẽ I. & ad corroborandam etiam aſſertionem ſuam, tam teſtes volebant, quam publicum inſtrumentũ proferre. Vnde quia pars accuſantium illos teſtes non recipiendos eſſe clamabat; & tu nõ eſſe conſuetudinem eccleſiæ tuę affirmas, vt poſt receptos teſtes, qui conſanguinitatem ſecundum formam canonũ cõputant, alij ex oppoſito admittãtur. ſuper quo, tam in præſenti negotio, quam in ſimilibus poſtulas edoceri, pręſenti pagina reſpõdemus: quod ſi non eſt aliud canonicũ, quod obſiſtat, non obſtante illa cõſuetudine, vtpote iuri contraria, teſtes ap. ceſſ. recipere non omittas.

† al. de aduerſo

*Cæleſtinus iij. pars c. laudabilis.* c. 4.

c. 27. e.

PRAETEREA, cũ quis accuſatur aliquã cognouiſſe, an ſint teſtes interrogãdi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat, vel ſi iuratis teſtib. ſit credendum, qui ſe illius copulæ conſcios eſſe fatentur, ſed de viſu nihil affirmant †; nos interea conſulere voluiſti. Ad hoc itaq. reſpondemus: quod ſi teſtimoniũ conueniens de viſu reddatur, vel auditu, & præſumptionem violentam fama conſentiens ſubminiſtret, & adminicula legitima ad hoc inpertiantur, eidem ſtandum eſt teſtimonio iuratorũ. Etenim circunſpectus iudex, atq. diſcretus iuxta illud, quod in iure ciuili cautum exiſtit, motũ animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe cõpererit, † confirmabit.

† affirmatur

† al. cõperit

*Alexander iij. Firmano Epiſcopo.* Cap. 5.

c. 24. e.

IN litteris &c. & infra. Quidã nobilis tui Epiſcopatus quandã ſibi legitime copulans, cũ eã in domo ſua fere per ſeptenniũ tenuiſſet, conſobrinã patris eius, antequã eã † duceret, ſe aſſerit cognouiſſe. ad quod probãdũ teſtes de familia ſua tres produxit. Reſpõdemus igitur, vt ſi res ita ſe habet, pro illorũ teſtimonio ipſum ab vxore nulla ratione patiaris diuidi, nec cõtra ipſos aliquos audias, niſi probatæ eſſent vitę, & opinionis, de quibus veriſimile non eſſet, quod deberent pro aliquo deierare.

† al. ipſam

DE

## DE TESTIBVS COGENDIS. T. xiij.

† al. Segocien. *Clemens iij. Segon̄.† Epiſcopo.* Cap. 1.
De teſti. cog c. 5.
† al. quod

PERVENIT ad nos, quod in
Epiſcopatu tuo cõtingit, vt† a laico
enormis, & intolerabilis iniuria cle-
rico multis aſtantibus, & videntibus infera-
tur; & ob hoc iniuriãtes in cauſam tracti ne-
gant ſe tantum facinus cõmiſiſſe, & cũ læſus
illatam ſibi iniuriam eorum teſtimonio, qui
præſentes extiterant, & viderant, probare de
ſiderat; ipſi tamen licet veritatem cognoue-
rint, contemnunt veritati teſtimonium per-
hibere. ſicq. fit, quod eccleſiaſtica iuſtitia de-
perit, & ordo clericalis vileſcit. & infra. Quia
ſuper his nos duxit tua fraternitas conſulen-
dos, conſultationi tuæ taliter reſpondemus:
quod ij, qui de rebus eccleſiaſticis nolunt te-
ſtimonium perhibere, ſi aliter veritas nequi-
uerit elici, & ad illud ſunt per cenſuram eccle
ſiaſticam compellendi, & ſi forte clerici paſsi
iniuriam veritatem aliquorũ teſtimonio pro
† al. nequeunt bare nequiuerint, † licet iuxta rigorem cano
num, vnius teſtimonio non ſit ſtandũ; iuxta
conſuetudinẽ tamen Romanę eccleſiæ pro-
pter reuerentiam ordinis clericalis, ipſorum
iuramento fidem volumus adhiberi.

*Clemens iij. pars c. ſignificauit.* Cap. 2.

c. 6. e. CETERVM, quod ſuper conſan-
guinitate cogendus ſit teſtis teſtimoniũ per-
perhibere veritati, non dubitatur a nobis; cũ
id tam ius ſcriptum approbet, quam conſue
tudo actibus vtentiũ approbata, vt ſi ipſum
conſtiterit, odio, vel gratia, ſeu timore, verita
tem ſupprimere, cogendus ſit, vt quod verũ
eſt, penitus fateatur.

*Caleſtinus iij. pars c. ſignificauit.* Cap. 3.

c. 7. e. PRAETEREA, ſi teſtes publici,
† al. nominat quos tua ciuitas nũcupat † ſynodales, ſuper
cauſa matrimonij coram te, vel tuo capitulo
ſemel teſtimonium reddiderint, non debent
iterato compelli, vt in præſentia alicuius de-
legati iudicis ſuper eadem cauſa præbeant
iuramentum, dũmodo aliter fides fiat iudici
delegato, niſi forte articulus nouæ quæſtio-
nis emergat. huiuſmodi vero teſtes publici
iure poſſunt propter infamiam a perhibẽdo
teſtimonio remoueri, ſi eam, poſtquam in cõ
muni recepti fuerint, contigerit publice con
traxiſſe; quorum teſtimonium, ſi quandoq.
non tamen ſtudioſe, ſed in ipſo proferendo
errauerint, & ſe incontinenti correxerint, re-
probari non debet, ſecus autem erit, ſi corre
ctioni ſuæ interpoſuerint interuallum.

## DE FIDE INSTRVMENTORUM. Tit. xiiij.

*Alexander iij.* Cap. 1.

EX litteris, quas nobis veſtra fra- De fide inſtr. c. 3
ternitas deſtinauit, euidenter ac- † al. quod
cepimus, quod in † cauſa, quę in cum
ter magiſtrum Alanũ de Carde- † al. Ardeia
ia, † & R. de Alta Ripa, ſuper ca
pella de Ambitoria vertitur, de mandato no
ſtro ſuſcepiſtis † terminandam, & cum no- † al. ſuſcepiſſetis
ſtras litteras in cõmuni audientia perlegi fe-
ciſſetis, præfatus R. earum ſibi copiam fieri
poſtulauit. qui ſi quidẽ litteris illis inſpectis,
cum eas argueret falſitatis, ea cauſa, quod in
narratione facti abraſæ ſunt, vbi ſcriptũ eſt
iura parochialia &c. & infra. Nos autem in- † al. veſtras
ſpicientes litteras noſtras †, dicimus, quod
propter abraſionem illam non poſſunt iudi-
cari falſæ, nec etiam ſuſpectæ haberi, præſer-
tim cum & priuilegia in poſſeſsionib. abra-
dantur, & litteræ in narratione de facto, ſi er
ratum eſt, poſſunt abradi incunctanter.

*Alexander iij. Eboracen̄. Archiepiſc.* Cap. 2. c. 4. e.

ACCEPIMVS litteras, quas dile-
ctus filius noſter R. Abbas Sancti Auguſti-
ni contra v. f. n. Ca. Archiepiſcopum Ap. ſe.
Le. miſit &c. & infra. Nos igitur attendentes
tempus ad proſequendam ap. pręſcriptã nul
latenus expectandũ, cum priuilegia non in-
ſpecta nõ valeant argui falſitatis; & difficile
ſit, & periculoſum, ea apud Apoſtolicam ſe.
exhiberi: præcipimus, vt vel exhibeãtur pri-
uilegia, quæ Archiepiſcopus dixerit † argu- † al. duxerit
enda, in clauſtro prædictorum fratrũ, vel in
alio loco ipſis † ſecuro, & illi congruo ad ar † al. eis
bitrium veſtrum, vſq. ad proximam natiuita
tem beati Ioannis Baptiſtę; ſi vero nec vene-
rit, nec ſufficientem reſponſalem miſerit; ei
ſuiſq. ſucceſſoribus perpetuum ſilentium in
ponatis, ipſa vlterius arguendi. Interim autẽ
nolumus priuilegia illa vacillare, ſed præci-
pimus, ſententiam, quæ ſuper ſtatu monaſte-
rij lata eſt, inuiolabiliter obſeruari. & infra.
Iubemus etiam, vt Archiepiſcopum in ſuſce
ptione † priuilegiorum xij. hominum nume † al. inſpectione.
rum excedere non ſinatis; ſed cum xij. inter
clericos, & monachos faciatis eſſe contentũ.
ſententiam quoq. ſi quam in clericos, & ec-
cleſias monaſterij poſt appellationem inter-
poſitam pronuntiatam eſſe inueneritis, nul-
lius appellatione obſtante denuntietis pu-
blice non tenere.

*Celeſtinus iij. Abbati Sancti Facundi.* Cap. 3.

Contingit †



c. 5. e. CONTINGIT † interdum, vt dici-
† al. cõtigit. tis, quod quandoq. litem cũ aliquo in cau-
ſis habetis, & priuilegium veſtrum aduerſæ
parti cogimini plenius exhibere, vnde acci-
dit, quod forte occaſione vnius capituli, ſu-
† al plurimum per quo conuenimini, plurium † litigia ſu-
ſcitantur; & ſic æmuli multarum cauilla-
tionum argumenta recipiunt, quib. pacem,
& tranquillitatem veſtrã impugnant. Quia
igitur noſtra intereſt iurgijs obuiare ſuſci-
tandis, & ſuſcitata decidere: conſultationi
veſtræ, quam ſuper hoc propoſuiſtis, taliter
reſpondemus, & volumus; quod † quãdo-
† vt cumq. fueritis requiſiti, priuilegium veſtrũ,
ſeu quamcũq. indulgentiam exhibere, vel
quodcũq. inſtrumẽtum veſtrũ, aut pręſente
iudice, aut aliquibus prudentibus viris de-
putatis ab ipſo iudice, audiente parte con-
traria tantummodo recitetur, ita quod pri-
uilegium ad tranſcribendum, nullo modo
tradatur. Verum ſi ſuper vno tantum pri-
uilegij capitulo quæſtio fuerit, dumtaxat
illud capitulũ reſcribatur; & aduerſæ parti
eius copia fiat.

## DE PRAESVMPTIONIB. Tit. xv.

*Alexander iij.* Cap. 1.

PERVENIT ad audiẽtiam
De teſtibus cog. c. 4. noſtrã, quod cum I. Prior ſan-
cti Laurentij coram te fuiſſet
de ſimonię, & adulterij crimine
accuſatus, quendam, qui cõtra
eum erat ducendus in teſtimonium, indu-
xit, & iuramento aſtrinxit, vt cõtra ipſum
teſtimonium nequaquã perhiberet. Ideoq.
dubitas, qualiter aduerſus reum ſit proce-
dendum, vel ſi teſtis ſupradictus eſt cogen-
† al. debeat. dus ad veritatis aſſertionem. Nos igitur at-
tendentes, quod nemo debet † aduerſario
inſtrumẽta, quorum appellatione teſtes cõ-
tinentur, ſubtrahere; & quod tam ille, qui
ſurripit inſtrumenta, quam qui aduerſario
parem aduocationis, ſeu defenſionis copiã
ſubtrahit, iniquam oſtendit a ſe litem fo-
ueri, & experiri debeat in ſe iudicis aucto-
ritatem diluſam. præſentiũ auctoritate tibi
taliter reſpondemus, quatenus ſi res ita ſe
habet, aduerſus prædictum reum ita pro-
† fueras cedas, quemadmodum eras † proceſſurus,
ſi teſtis pręfatus fuiſſet in cauſa productus,
& ad detegendum quoq. tantæ fraudis, &
calliditatis cõmercium, ipſum teſtem ad per
hibendam rei veritatem omni ap. re. noſtra
fretus auctoritate compellas. his quoque
† al. ſeu ceſſantibus ſiue de adulterij crimine, ſiue †
ſimonia accuſatum reum eſſe euidenti ra-
tione conſtiterit, diſtrictionem in eum ca-
nonicam exerceas omni ap. remota.

*Alexander iij.* Cap. 2. De pręſum. c. 2

LITTERIS tuæ fraternitatis rece-
ptis, ex tenore illarũ nobis innotuit, quod
cum Petrus parochianus tuus ab A. mulie-
re, quam in vxorem acceperat, tuo vellet iu
dicio ſeparari; accuſatores matrimonij pro-
duxerunt teſtes firmiter aſſerentes, quod
poſtquam prædicta mulier cum prædicto
viro contraxerat matrimonium, conſan-
guineum viri, ſolum cum ſola, nudum cum
nuda in eodem lecto iacentem, ea, vt crede-
bant, intentione, vt eam cognoſceret car-
naliter, viderunt; ſed & in multis ſecretis,
& latebris ad hoc cõmodis & electis, tam
horis, quam locis ſe præſentibus eis conti-
giſſe dixerunt, & publica fama conſentit;
quod poſt contractum matrimonium ſe
miſcuerunt adinuicem; quod in præſentia
tua publice, vt aſſeris, ſunt confeſsi; quam-
uis id ſe ante † contractum matrimonium † al. poſt
feciſſe negarant. † Dicitur quoq. de muliere † negarent
prædicta, quod de marito ſe ſe ſimulans cõ-
cepiſſe, alienum partum iam baptizatum,
vt fertur, † ſe mentita eſt peperiſſe, & reba- † al. ferunt
ptizari faciens, virum ſuum decepit. Proce
dente vero tẽpore, cum fama alieni empti
partus fraudem detegeret, parẽtibus autẽ † † al. de eſt autẽ
a quibus eum emerat, occulte reſtituit: poſt
ea veneficum poculũ, & alias vitæ inſidias
viro paraſſe eadẽ mulier perhibetur. Quia
ergo nos tua duxit fraternitas cõſulendos,
ſi ad ſoluendum matrimonium, iam dictæ
probationes ſufficiant: præſentium ſigni-
ficatione † tibi iniungimus, quod tum ex † al. auctoritate
confeſsione, tum ex violenta, & certa ſu-
ſpicione fornicationis, præſertim, ſi quod
de partu, & machinatione mortis, vt dictũ
eſt, probari valet; non immerito poteſt ſen-
tentia diuortij promulgari; ita quidem, vt
vir licentiam habeat mortua illa ducendi
aliam, mulier vero ſine ſpe cõiugij maneat.

*Alexander iij. F. Decano, & magiſtro R. canonico Remenſibus.* Cap. 3.

CVM cauſam, quę vertitur inter P. ciuẽ Non põnitur.
Remenſem &c. & infra. Si vobis conſtite-
rit, quod litteræ, quas prædictus P. nobis
portauit, & nos ſub ſigillo noſtro vobis trãſ
miſsimus, de cõſcientia Ambian̄. Epiſcopi
non fuiſſent compoſitæ, quæ omnino vi-
dentur ſuſpectæ, pro eo quod in eiſdem vi-
tium grammaticæ artis continetur; in ex-

R penſis,

penſis, quas idem presbyter ad nos veniẽdo fecit, ſæpe dictum P. condemnetis.

## DE IVRE IVRANDO. Tit. xvj.

*Alexander iij. Nouiceñ. Epiſcopo. pars c. conſuluit.* Cap. 1.

De exceſ. prę. c. 6.

ILLVD etiam de vicarijs, qui perſonis fide, & ſacramẽto obligati ſunt, duximus ſtatuendũ, quod ſi fidei, & ſacramenti religione contempta perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iure vel confeſsi, vel conuicti fuerint, de cetero in eodem Epiſcopatu ad officij ſui executionem non admittantur.

*Lucius iij. Noruiceñ. Epiſcopo.* Cap. 2.

De iure. c. 11. † al. Tua † ſolito

QVIA tua † nos duxit fraternitas cõſulendos, cui ſtandum ſit iuramento, cum clericos quoſdam religioſi viri iuriſiurandi religione conſtringunt ad maiorem ſolita† penſionem ſoluendam, vel præſtandum aliquid beneficij præter ſolitam penſionem: cum autem inſtituuntur ab Epiſcopis, iurant, quod antiquam penſionem, & ſolitam non augebunt. Tuæ igitur conſultationi breuiter reſpondemus; quod, cum poſterius iuramentum ratione, & Lateraneñ. cõcilij auctoritate iuuetur, primo præiudicat, quod de cupiditate proceſsit. Iuſtum eſt autẽ, vt clerici pro periurio, (quod vitare† non poſſunt, ab eccleſijs perpetuo excludantur.

† qui iurare

*Vrbanus iij.* Cap. 3.

c. 13. e. t.

SICVT ex litteris tuæ diſcretionis cognouimus, R. Prior monaſterij tui lator præſentium, iracundię calore ſuccenſus pręcipitato mentis inſtinctu, temerario iuramẽto firmauerit, quod in clauſtro eiuſdem monaſterij, quo ſe vinculo profeſsionis aſtrinxit, non eſſet vlterius cum Guidone monacho moraturus. Quærenti ergo tibi, quid ſuper hoc circa eundem monachum ſit agendum, reſpondemus, quod cum beatus Benedictus in regula ſua, quam fere omnes monachi profitẽtur, iurare omnino prohibeat, non licuit † monacho ſupradicto temerarium iuramentum facere, maxime cum fidem profeſsionis frangeret, & ſtabilitatis ſuę propoſitũ vacuaret. † Ideoq. circa eum tua ſollicitudo prouideat, quod talis ei pænitentia iniũgatur; per quã omnipotenti Deo de ſuſcepto in vacuum eius nomine ſatisfaciat, vt † alius quilibet exemplo eius deterritus † ſimile aliquid pertimeſcat; ipſe vero in clauſtro, quod licite abiurare non potuit; † cum ſtabilitate perpetua ſuam pænitentiã exequatur; ita tamen, ne ex eo, quod ad præſentiam noſtram acceſsit, ſolita regularis beneficij portione priuetur.

† al. licebat
† al. euacuaret
† & † al. perterritus
† al. poterat

*Gregorius ( iij. vniuerſis † Chriſtianis.* Cap. 4.

† al. viij omnib.
c. 1. e.

EX adminiſtrationis &c. Quoniam igitur creditores ad vſuras ſibi ſoluendas in manifeſtum periculum animarum iuramento debitores aſtringunt; nos eorum ſaluti volentes iuxta debitum officij noſtri proſpicere, & iniquum grauamen a debitoribus remouere, & illis præcipue, qui ſe, vel auxilium dederint ad ſuccurſum terræ Hieroſolymitanæ præſtandum. vni. v. mãdamus, qua. creditores ipſos ad iuramenta ſuper vſuris ſoluendis præſtita relaxanda, ſublato contradictionis, & ap. ob. diſtrictionis eccleſiaſticæ ſeueritate cogatis.

*Clemens iij. W. Regi Siciliæ.* Cap. 5.

c. 14. e.

VERITATIS amica ſimplicitas nullis verborum fallacijs, nullis appetit ambiguitatum inuolucris obfuſcari &c. Ea propter, Kariſsime in domino fili, audito, quod in magnitudinis tuæ præſentia quæſtio mota fuerit, vtrum ex tenore noſtri reſcripti colligeretur, quod ſinguli heredum tuorum ſingulis noſtris ſucceſſoribus fidelitatis præſtare debent, † & hominij iuramentum: intellecta igitur etiam expoſitione dilectorum filiorum noſtrorum A. tt. ſanctę crucis in Hieruſalem, † & P. tt. ſancti Laurentij in Damaſo presbyterorum Car. ſe. Ap. Legatorum, quę ad nos fuit ſub ſigillorum ſuorum teſtificatione trãſmiſſa, a ſano intellectu eorum nolentes † aliquatenus diſſentire, ſerenitati Regiæ duximus intimandum, quod cum intentio noſtra ſit nil intolerabile tibi, tuiſq. heredibus inponere, taliter in hoc articulo tibi duximus reſpondendum; vt heredes tui, qui nobis, vel alicui ſucceſſorum noſtrorum iurauerint, alij iurare minime compellantur. catholicis tamen ſucceſſoribus noſtris, qui pro tempore fuerint, & hominij, & fidelitatis puritatem nihilominus, ac ſi iuraſſent, omni

† al. debeant
† al. Bethleẽ
† al. nolumus



tempore teneantur abſq. tergiuerſatione aliqua fideliter obſeruare; niſi forte alicui eorum, ſicut perſonæ tuæ fuerit hominium de benignitate ſedis Ap. relaxatum. quæ tamen non credat propterea a fidelitatis ſuę obſeruatione ſe immunem eſſe.

† Clemens † Brundieñ. Archiẽpo. c. 15. e

*Cæleſtinus † iij. Brunduſieñ. Epiſcopo † pars c. cum non ab homine.* Cap. 6.

VERVM in ea quęſtione, quę propter hoc quinto loco proponitur, an. ſ. ſacramẽti vinculo abſoluãtur, qui illud inuiti pro vita, & rebus ſeruandis fecerũt, ſecundũ morẽ noſtrę eccleſiæ proſequentes, nihil aliud arbitramur, quam quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices Zacharias, Gelaſius, Gregorius vij. & Vrbanus ij. atq. alij arbitrati fuiſſe noſcuntur; qui tales a iuramenti nexibus abſoluerunt. Ceterum, vt agatur conſultius, & ab eis auferatur materia peierandi, non eis ita expreſſe dicatur, vt iuramenta non ſeruent, ſed ſi non attenderint ea, non ob hoc ſunt, tamquam pro mortali crimine puniendi.

*Cæleſtinus iij. pars c. ſignificauit.* Cap. 7.

Non ponitur.

ITEM ſi quis iurauerit, vt acciperet aliquam in vxorem, & ipſum poſtea pænituerit iuraſſe; per cenſuram eccleſiaſticam compellendus eſt, vt ſi aliud canonicum non obſtat, † ipſam accipiat, quam iurauerit, niſi forte poſtea legitime cum alia per verba de præſenti contraxerit. tunc enim de fide mentita, & iuramẽto violato pęnitentiam agat, & cum ſecunda manebit.

† al obſiſtat

*Cæleſtinus iij. Linconieñ. † Epiſcopo, & de Thanie, † & de Labrire † Abbatibus.* Cap. 8.

† al Lincolieñ. † al. T ani. † al. Labrieñ. Non ponitur.

CONSTITVTVS in præſentia noſtra &c. & infra. Quo circa dis. v. p A. ſ. m. pr. qua. inquiratis ſuper his diligentius veritatem; & ſi vobis conſtiterit de præmiſsis, a ſupra dicto presbytero, prout iuramento tenetur, faciatis memoratam eccleſiam reſignari, facta vero reſignatione pręfatum G. Bochis† per eccleſiaſticã diſtrictionem ap. poſt p. cõpellatis, vt eccleſiam eandem † ſibi ipſi reſtituat, cum congrua recompenſatione fructuum perceptorum, ipſum pro tantæ præſumptionis audacia taliter punientes, quod pœna docente ſuum recognoſcat exceſſum, & alij, qui audierint, perpetrare † ſimilia pertimeſcant.

† al. Bocl.
† al. ipſam
† al. attemptare

## DE PRAESCRIPTIONIBVS. tit. xvij.

*Alexander iij. pars cap. cum ſint homines.* Cap. 1.

De præſcr. c. 8.

ILLVD autem te ſcire volumus, & firmiter tenere, quod aduerſus eccleſias minorem præſcriptionem, quã xl. annorum Romana eccleſia non admittit, licet quidã canones comprobent tricennalem, & eccleſia ſe poteſt aduerſus alteram quadragenaria temporis præſcriptione tueri. De re illa, quã inconcuſſe xl. annis noſcitur poſſediſſe. Verum ſi de præſcriptione, & interruptione inter partes fuerit quæſtio mota, de vtraq. parte teſtes recipi debent, & ſi probata fuerit interruptio, præſcriptio non tenebit.

*Alexander iij. Syracuſano Epiſcopo.* Cap. 2.

c. 9. e. † al. iudicãte

QVIA indicante † Abbate Cæſarieñ. monaſterij ſancti Petri comperimus inter eum, & Vrbanum Abbatem monaſterij ſanctæ Luciæ grauem eſſe exortam de finibus quæſtionem, & ne ipſa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorum agrimen ſoris diffinitione perſpeximus finienda. hortamur igitur, vt cum eo ad loca, de quibus eſt contentio, debeatis accedere, & loca, quæ in lite ſunt, in veſtra faciatis pręſentia terminari quadraginta tantum annorum præſcriptione vtriq. parti ſeruata.

*Lucius iij.* Cap. 3.

Non ponitur. † al. Cotoſmor.

SIGNIFICAVIT nobis W. clericus de Cothoſinori, † quod, cum eccleſiam ipſam canonice ſit adeptus, & per xxx. annos, & amplius in pace poſſederit, S. clericus, qui pluribus beneficijs eccleſiaſticis dicitur habundare, ipſum obtentu quarundam litterarum, quas a ſanctæ recordationis Alex. Papa prædeceſſore noſtro dicitur impetraſſe, cum ea occaſione, quod filius ſit illius, qui proxime in eadem eccleſia miniſtrauit, trahens in cauſam multipliciter inquietare pręſumit. Quia igitur iniuſtum eſt, & abſonum rationi, vt idem W. eadem eccleſia, ex quo in ea per tot tempora dicitur fuiſſe, debeat tali occaſione priuari: dis. v. per A. s. m. qua. ſi quæ præmiſimus, veritate noueritis ſubnixa,

ipſum a memorato clerico, talis occaſionis obtentu non dimittatis ſuper eccleſia ipſa aliquatenus moleſtari, ſed faciatis eum ſicut iuſtum (videritis, eam † pacifice poſsidere.

† al. fuerit, eandē

## DE SENTENTIIS, ET RE IVDICATA. Tit. xviij.

*Alexander iij. Abbati Leyceſtriæ.* † *Cap.* 1.

† al. Laiceſtra

DILECTI filij noſtri Abbas, & fratres monaſterij ſancti Ebrulfi† transſmiſſa nobis inſinuatione mōſtrauerunt, quod cum A. clericus ſuper eccleſia de Aletoñ. † quæ ad prædictū monaſterium dicitur. pertinere eis quæſtionem mouiſſet, tacita veritate, nón contra eos, ſed contra quendam vicariū, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad ve. f. n. Epiſcopum Wigor. litteras inpetrauit; cum autem idem Epiſcopus prædictum vicariū vna cum eodem A. ante ſuam præſentiam conuocaſſet, vicarius ipſe, ac Prior prędicti monaſterij, qui caſu ad partes illas acceſſerat, memorato Epiſcopo dixerunt, quod idem vicarius ſuper prædicta eccleſia conueniendus non erat; cum eam non ſuo, ſed Abbatis nomine poſsideret. quia † ipſe exinde abſente Abbate, & ignorante reſpondere nullatenus tenebatur. Vnde ad noſtram appellauit pręſentiam, ſed prædictus Epiſcopus, quod vix credere poſſumus, appellationi nō deferens, Abbate abſente, & ignorante, & ad reſpondendum non citato, eccleſiam ipſam prædicto V. † adiudicauit, in quo facto prædictus Abbas, & fratres aſſerunt ſe grauatos eſſe. † Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit viris eccleſiaſticis, & pręcipue religioni deditis, & honeſtati, ſua iura integra ſeruare, † & id, quod inter alios fit, alijs non pręiudicare, nec nocere debet: † dis. v. per A. s. m. qua. partib. ante præſentiam veſtram conuocatis, ſi vobis cōſtiterit ita eſſe, prædicto Abbati, & fratrib. prædictam eccleſiam cū fructibus iam † perceptis, amoto eo, qui in eadem eccleſia intruſus eſt, noſtra freti auctoritate, & oc. & ap. ceſſante reſtitui faciatis, reſtitutione autem facta, ſi de proprietate forte agere voluerint, cauſam audiatis, & eā ſub. ap. re. terminetis.

Non ponitur. † al. Eſſrul as † al. Allet. Poſt cō. Lat. par. 42. c. 2. † quare forte † al. A. † al. deeſt eſſe † al. cōſeruare † al. debeat † al. inde

*Alexander iij. Eborac. Archiepō. & Exonieñ. Abbati de Herfort. Cap.* 2.

Non ponitur. † al. Prigilen.

QVONIAM quidam pridem canonicus de Prigileuen. † in noſtra pręſentia cōſtitutus aduerſus Priorem ſuum incontinentię vitium, & quod eius electio canonica non fuerit, in audientia noſtra proponeret, † nos cauſam v. f. n. Epiſcopo de P. & dil. f. Abbati de Fontibus cognoſcendam commiſimus, & terminandam &c. & infra. Horum omnium experientiæ veſtrę cognitionem cōmittimus, & per A. s. m. vobis præcipientes, quatenus poſt harum ſuſceptionem litterarum, vtranq. partem ante præſentiā veſtram conuocetis, aut ad locum illum pariter accedentes, qualiter ſupradicti iudices in eadem cauſa proceſſerunt, † & veritatem inquirere ſtudeatis; & ſi vobis conſtiterit eos a prædictis fratribus iuramentū, quod prædiximus, ſuſcepiſſe, † & antequam eos audirent, ſupra dictum † Priorem abſoluiſſe, vos ſupradicto Wło expenſas, quas ad nos veniendo, & a nobis redeundo feciſſe dignoſcitur, integre de ſupradicta eccleſia reſtitui faciatis, nihilominus cauſam ipſam ſuper his omnib. quæ ſupradiximus, audientes per fratres iuratos, veritate plenius cognita, quod iuſtum vobis viſum fuerit, exinde contradict. & ap. ces. iudicetis. Verum ſi prædictos iudices inueneritis iuramentum præſcriptum a præfatis fratribus recepiſſe, & poſt eorundem iuratorum depoſitiones præfatū Priorem abſoluiſſe, nolumus hoc ſuſcitari, ſed abſolutionem eius ratam, & firmam habentes, prędictum W. vel aliquem eorum, qui tunc ſtabant cōtra Priorem, ſuper illis, vel alijs capitulis nullatenus audiatis. Si vero in aliquem eorundem fratrū, poſtquam eos prædictus W. protectioni Rom. ecc. ac noſtræ ſuppoſuit, & ad noſtrā audientiam appellauit, aliquam ſententiam eund. Priorem conſtiterit protuliſſe, eam decernatis auctoritate Ap. non tenere, niſi idem Prior, ſicut prędicti iudices ſignificauerunt, ab eis abſolutus quemquam ipſorum alicui ſententiæ pro correctione ſubiecerit.

† al. propoſuit † al. proceſſerit † al. recepiſſe † al. prædictum

*Alexander iij. Conuenteñ. Epiſcopo, & Priori de Theuilla. Cap.* 3.

Non ponitur. † al. B. † al. Burg. † al. Eirasañ. † al. Cluil. † al. laicalem

CAVSAM, quæ vertitur inter P. † clericum, & R. presbyterum ſuper eccleſia ſanctæ Mildeburgæ † de Milleſañ, & Abbati de Veſañ. † & tibi fili Prior de Chimille † commiſimus audiendam, & fine debito terminandam eo tenore, ſicut meminimus, vt ſi vobis conſtiterit prædictum clericum a prædicta eccleſia per manum laicam † fuiſſe violenter eiectum, & presbyterum prænominatum



minatum in eadem fuiſſe intruſum, amoto intruſo eidem clerico eccleſia ipſa cū fructib. inde perceptis reſtitueretur. Cum autē vtraq. partium ante præſentiam veſtram conſtituta fuiſſet, prædictus clericus, ſicut ex litteris veſtris percepimus, inſtitutionem ſuam canonicam, & violentam per manum laicam † eiectionem, & partis aduerſę intruſionem multorum tam laicorum, quam clericorum iuramento pręſtito probauit †: ecōtra prędictus presbyter dicebat ſe in eadem eccleſia fuiſſe inſtitutum canonice, adiciens, quod iam dictus clericus filius eſſet ſacerdotis, eius, † qui in eadem eccleſia proximo miniſtrauit, vnde eam ſibi adiudicauimus exiſtimantes eū proxime patri ſuo ſucceſsiſſe; cum indignum ſit, & ſacris canonib. obuium, vt filius patri ſuccedat in eccleſiaſtico beneficio, in quo pater proximo noſcitur miniſtraſſe. Poſt latā vero ſententiam eodem clerico inſtantius nobis ſupplicante, quamuis ſententia contra eum tacita veritate lata fuiſſet: nos tamen de ſolita ſedis Ap. clementia miſericorditer agentes; dis. v. per A. ſ. m. qua. rei veritatem diligētius inquiratis, & ſi vobis conſtiterit aliquam perſonam medio tempore memoratā eccleſiam, vt prælibatum eſt, tenuiſſe, & † eundem clericum ſuam poſſeſsionem, & violentam per manum laicam † eiectionem, & partis aduerſæ intruſionem probaſſe, ſibi omni oc. & ap. ces. eccleſiam ipſam cum fructibus inde perceptis eidem reſtituatis.

† al. laicalem † al. cōprobauit † al. illius † al. deeſt & † al. laicalem

*Lucius iij. Vig. Epiſcopo. pars cap. ex litteris. Cap.* 4.

De crimin. falſi, c. 2.

SVPER eo autem, quod ſententiam auctoritate falſarū litterarum latam noluiſti executioni mandare, tuam plurimum prudentiam commendamus, mandantes, vt quotiens aliqua ſcripta, ſub noſtro nomine impetrata † redarguenda videris falſitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipſas mandatum fuerit, non obſerues, ſed eum, qui pręſentauerit, retineri facias diligenter.

† deſtinata

*Clemens iij. Cap.* 5.

De ſent. & re iu. c. 10.

TENOR litterarum tuarū nobis tranſmiſſus oſtendit, quod cum in Archipresbiteratu ſancti Germani inter R. & M. mulierem quæſtio matrimonij verteretur, ipſa teſtes pro matrimonio producēte vir ad ſedem Ap. appellauit, cumq. ve. f. n. Theloſino † Epiſcopo cauſa commiſſa fuiſſet, quia terra illā tunc pro Regis morte turbata fuerat, mulier ſibi euidenti periculo viarum præcauens non poterat ſe iudici, a quo iam tertio citata fuerat, præſentare, licet autem ad eum nuntium cum excuſatione tranſmiſerit; Epiſcopus tamen eundem R. poſtmodum muliere abſente ab impetitione ipſius abſoluit. Ceterum eadem mulier ad noſtram præſentiam veniens, a nobis litteras ad te impetrauit, vt de cauſa cognoſceres, & eam fine debito terminares. quoniam quidem coram memorato Epiſcopo pro cōmotione terræ non poterat diffiniri. dictus vero R. a te conuocatus ad cauſam, infirmitate prætenta non adfuit, ſed quia nocte ſequente aliam ſibi copulare pręſumpſit, in eum excommunicationis ſententiam promulgaſti, a qua poſtmodum abſolutus, cum ante te in propria perſona veniens, oſtendit litteras Epiſcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipſius, † ob hoc abſolutum fuiſſe patebat, quod mulier ad pręſentiam Epiſcopi non acceſsit. Quia igitur ſicut proponis, mulier eadem cotidie cum lacrimis clamat poſt te ſuos teſtes offerens ad probandum; quod idem R. eam deſponſationis anulo publice ſubarraſſet; tu quid ſuper his agere debeas, humiliter poſtulas edoceri. Igitur † inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus; quod nō obſtante tali illicita abſolutione, quam Epiſcopus fecit, in cauſa ſub. app. impedimento procedas, & eam debito fine decidas, eidem R. ſub pœna excommunicationis artius interdicens, ne ad eam, quam ſuper induxit, accedat, priuſquam fuerit cauſa deciſa. teſtes autem nō reſpuas, quos de parentela ſua, vel alios, dummodo idonei ſint, prænominata M. duxerit producendos, cum conſanguinei ſuæ carnis, † tum teſtibus, tam ex recitationibus † maiorum, vel argumentis alijs melius, quam extranei ſuam conſueuerunt cognoſcere parentelam.

† Theatino Greg. 9 forte Teleſino † al. ſua † al. deeſt igitur † al. tū chartis † al. renuntiationib.

*Clemens iij. Cap.* 6.

c. 11. e.

CONSANGVINEI E. latricis pręſentium, ſicut nobis tuis litteris intimaſti, productis rite † ſub examine tuo teſtib. compaternitatem inter ipſam, & virum ſuum legitime probauerunt. ita quod inter eos ſententiam diuortij protuliſti. prædicta vero E. cum ſit tibi poſtmodum confeſſa, quod eius con-

† al. in iure

conmater in veritate ante ſententiam non fuiſſet, poſt ſeparationem compaternitatem cum eo contraxit, cum tandem ad ſecundas nuptias conuolauit. Quia igitur reatũ ſuum, nunc cognoſcens, conſilium noſtrum † ſuper hoc expectat; tu etiam a nobis in hoc poſtulaſti reſponſum. f. t. præſentium pagina reſpondemus, quod propter ſolam confeſſionem mulieris non eſt recedendum a ſententia per iudicium eccleſiæ rationabiliter promulgata, niſi forte in cõtrarium legitime probaretur. Ad vltimum vero eidem mulieri delictum ſuum tibi confeſſę pęnitentiam illã iniungas, quam iuxta qualitatem perſonę, & quantitatẽ exceſſus ei videris imponendam.

† al. tuũ

## DE APPELLATIONIBVS. Tit. xix.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

De app. c. 29. & infra de Iudæ. c. 1. hac collectione

CONSVLVIT nos tua f. vtrum ſit appellationibus deferendum a Kariſsimo in Chriſto filio noſtro I. Rege Francorum pro Iudęis interpoſitis, vt mancipia detineant Chriſtiana; & vtrum ſuſtinere debeas, quod de nouo cõſtruant ſynagogas, vbi eas nullatenus habuerunt &c. & infra. Vnde non conuenit, vt pro huiuſmodi appellationibus ab obſeruatione decreti debeas abſtinere.

*Alexander iij. Ianueñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

c. 30. e. † Ad hoc

AD hæc, † ſicut aſſeris, quandoq. ſuper cauſa, quæ iudici ap. re. committitur, altera pars appellat, aſſerens ſe pro eadem cauſa nũtium ſuum ad ſe. Ap. deſtinaſſe. ad quod taliter reſpondemus, quod iudex, ſi conſtiterit ei ipſum appellantem, antequam partes citatę eſſent, vel delegatio cauſę perueniſſet ad ipſum, qui appellationis interponit obſtaculum, nuntium deſtinaſſe, factæ debet appellationi deferre. ſed ſi poſt citationem fuerit deſtinatus, ſatis poteſt exequi, quod mandatur.

*Alexander iij.* *Cap. 3.*

c. 31. e.

DE Priore, qui non deferens protectioni noſtræ, & appellationi ad ſe. Ap. factæ, quendam canonicum ſuum veſtibus fecit omnib. vſq. ad camiſiam ſpoliari, & eũ accuſationi, & appellationi renũtiare coegit; quia de ſuis, & quorundam fratrum enormitatibus murmurauit: id tuæ ſollicitudini duximus inſinuandum; vt rei veritate diligẽter inquiſita, ſi inueneris, quod pro euitanda diſciplina prędictus canonicus appellauit, eidem Priori propterea † nullam pœnam infligere debes, quoniam ſacroſancta Romana eccleſia huiuſmodi appellationem admittere non conſueuit, ne monachis, vel canonicis regularib. præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus Priorem propter ſuam† enormitatem manifeſtam, † quæ ipſum notabilem reddunt, † ad ſe. Ap. appellauit; ſi ipſe tali appellationi deferre contempſerit, eũ cum litteris tuis veritatem continentibus de tanto exceſſu ſatisfacturum, ad ſe. Ap. venire compellas. ſuis autem in hac malitia complicibus talem pęnitentiam † infligas, quod ceteri audientes, ſimilia non audeant perpetrare.

† al. pro pter hoc

† ſuas † enormitates manifeſtas † reddit

† al. pœnam

*Alexander iij.* *Cap. 4.*

SVPER eo, quod a nobis tua frater. requiſiuit, vtrum appellationi, quam quis metu litterarum, quas ab aduerſario ſuo a ſede noſtra audierit impetratas, interpoſuit, omnino ſit deferendum; & an nullæ partes ſint iudicis, ad quem per aduerſarium eius, qui appellauit, tales litteræ fuerunt † a nobis impetratæ. Tuæ reſpondemus diſcretioni, tali nullatenus fore deferendum appellationi, eam nãque fruſtatorię dilationis cauſa, veriſimile eſt interpoſitam fuiſſe.

Non ponitur.

† al. fuerint

*Alexander iij. Vniuerſis † Abbatibus.* *Cap. 5.*

† al. omnibus c. 32. e.

QVIA nos elegit dominus in hereditatem ſibi, & a longe de alto proſpexit: paci, & tranquillitati veſtræ, quantum diuina gratia concedit, proſpicere cupientes, Ap. vobis auctoritate concedimus, & indulgemus, vt Abbates veſtri ordinis, qui de aliqua publica infamia reſperſi, aut conuicti publice ſunt, ab Abbatibus, & deinde in communi capitulo commoniti ſponte ſuæ prælationi cedere noluerint, ad ſe. Ap. appellandi facultatem non habeant, ſuum reatum per appellationem † defendendo.

† al. ap. diffugium.

*Alexander iij.* *Cap. 6.*

c. 33. e. † &

AD aures noſtras te ſignificante peruenit; quod, cum interdum tibi, vel † alijs cauſas ſub. ap. re. delegamus, altera partium, vt



examẽ valeat declinare iudicis delegati, quęſtiones incidentes opponit, & cum in principali cauſa appellatio ſit remota, in appellationis tamen vocem prorumpit, appellationi ſuæ terminum non præfigens; ſicq. partem aliam ſine proſecutione appellationis facit manere ſuſpẽſam. Poſtulas igitur tibi, & alijs iudicibus indulgeri, vbi cauſæ ſine appellationis remedio committuntur, poſſe vos incidentes quæſtiones ſine debito poſt. app. terminare liceat. † Ceterum cum incidentes ſæpius prę iudiciales non immerito iudicentur; petitioni tuæ in hac parte non duximus annuendum; ſed ne qua pars fruſtratorijs diutius inducijs affligatur, appellanti ad proſecutionem appellationis, terminus congruus præfigatur, ita quod ſi appellationẽ non fuerit proſecutus, ex tunc, tam ſuper incidentib. quæſtionibus, quam ſuper cauſa principali ſtare iudicio delegati iudicis ap. poſt. compellatur; & ita nec vni cõmune remedium ſubtrahetur, nec erit alter fruſtatorijs dilationibus fatigatus. †

† al. deeſt liceat

† al. impeditus

*Alexander iij. Abuleñ. Epiſcopo.* *Cap. 7.*

c. 34. e. † al. W

AD audientiam noſtram perueniſſe noueris, quod cum Zamorenſis Epiſcopus G. † presbyterum eccleſiæ ſancti Iacobi Zamor. quæ eſt propria Cõpoſtellanæ eccleſię, multipliciter moleſtaret, tãdem idem presbyter, pro eius † grauaminibus euitandis, ſe, & eccleſiam, ac parochianos ſuos noſtræ, ac Romanæ eccleſiæ protectioni ſubiecit. Sed pręfatus Epiſcopus pro eo forte, quod expreſſim non appellauit; in eum poſt inuocatum ſedis Ap. patrocinium, contra etiam priuilegium Compoſtellanæ eccleſiæ indultum, excommuncationis ſententiam promulgauit. Licet autem præfatus presbyter ex ſimplicitate forte appellationis verbum non expreſſit, quia tamen poſtquam ſe, & ſua noſtræ protectioni ſubiecerat, non debuit, ſine cauſę cognitione aliqua ſententia condemnari. f. t. per A. ſ. m. qua. ſuper hoc inquiras diligentius veritatem; & ſi ita tibi conſtiterit, ſententiam, quam præfatus Epiſcopus in eundem presbyterum tulit, contrad. & ap. ces. denunties non tenere. Poſt modum vero, ſi præfatus Epiſcopus aduerſus presbyterum forte agere voluerit, cauſam audias, & ſine debito decidas. Eundem quoq. Epiſcopum ſtudioſius moneas, & inducas, vt a moleſtijs, & grauaminibus Compoſtellanę eccleſiæ omnino deſiſtat, & ſic iure ſuo ſit cõtentus; vt ea, quę ad prędictam eccleſiam ſpectant, ſibi nequaquam præſumat † vſurpare.

† al. huiuſmodi

† al. permittat

*Lucius iij. Barch. † Epiſcopo, & Abbati de Abandeñ. † & Priori Sanctæ Fridæ.* *Cap. 8.*

† al. Barcho. † al. Abenden.

EX conqueſtione B. clerici & infra. Quoniam igitur ea, quæ ſunt contra eccleſiæ diſciplinam, ratio poſtulat emendari: diſ. v. per A. ſ. m. qua. ſi quod aſſeritur, noueritis ratione ſubniti, præfatum R. a prædicta eccleſia ſub. ap. ob. faciatis amoueri; & eandem B. præfato, † ſi idoneus fuerit, aſsignari; non obſtantib. litteris noſtris pendente ap. a ſede Ap. impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum nõ oſtenderit, quia non ſit appellationem interpoſitam proſecutus, eum in expenſas neceſſarias ap. re. alteri parti condemnetis.

Non ponitur.

† prædicto B.

*Clemens iij.* *Cap. 9.*

SIGNIFICAVIT nobis tua frater. quod quidam in prouincia tua vocati aliquando ad iudicium venire contemnunt, & pro contumacia ſua per te, vel per aliquem ſuffraganeorum tuorum vinculo anathematis innodantur. tandem vero ad ſe redeuntes, offerunt ſe ad iuſtitiam; & quod iuri pareant, iuris iurandi volunt religione firmare. Sed ne ante deciſionem cauſæ a ſententia poſsint excommunicationis abſolui; pars aduerſa appellationis ob. interponit. ſunt inſuper † alij, qui excommunicati ſe iuramento præſtito iuſtitiæ ſtare promittunt, ſed poſt abſolutionem ſuam diffugiunt, & appellant. Super his igitur f. t. duximus reſpondendũ, quod abſolutio prædictorum, qui pro eo, quod cum venire noluerint ad cauſam, excõmunicationis ſententiam receperunt, prohibitione, ſeu appellatione aduerſæ partis impediri non poteſt, dum modo parendi iuri ſufficientem pręſtent, & idoneam cautionem. Illi vero qui iure iurando promittunt

Non ponitur.

† al. etiã

ſe iuſtitiæ parituros; & per appellatiõnis obſtaculum ſubterfugiunt, niſi infra conuenientem terminum appellationem fuerint proſecuti, a te cogi poſſunt, & debent, vt ſicut iurauerint, ap.re.iuris pareant æquitati.

*Clemens iij.* *Cap.* 10.

Non ponitur. † *vt* † *al.proprio* † *al.credit* † *al.ſupradictus* † *al.nõ*

TENOR litterarum tuarum Apoſtolatum noſtrum edocuit, (quod cum † nobilis quidam C. de tuo Epiſcopatu recepto a prędeceſſore tuo primario lapide, oratorium in ſtadio ſuo † conſtruxit, & cum ad inſtantiam eius paratus eſſes cõſecrationis munere illud inſignire; ab alio nobili fuit, ne procederes, in eius, vt credis, † odium appellatum. Tu autem volens appellationi pro vt fraternitatem tuam decuit, cum humilitate deferre, & a conſecratione abſtinuiſti, & terminum ei, infra quem debeat proſequi appellationem, præfixiſti. cumq. appellationem ſit ille nulla tenus proſecutus, & annus ſit a die appellationis elapſus: fundator prædictus † conſecrationem dicti oratorij a te cum inſtantia petere nõ omittit. Quia vero præſumendum videtur, eum vere † propter grauamen, vel oppreſsionem aliquam in ſui iuris diſpendiũ appellaſſe, cum voluntatem non habuerit infra præfixum ſibi terminum ſuper appellationis cauſa procedere, pręſertim cum de iure communi anni ſpatium appellantibus ſit indultum, intra quod ſecundum ſe, communiterue litem excerceant: f. t. per A.ſ.m.qua. ſi ita proceſſum cognoueris, ſicut ipſarum habuit continentia litterarum, cum exinde fueris requiſitus, pręſcriptum oratorium ap.ces. reddas munere conſecrationis inſigne.

*Clemens iij.* *Cap.* 11.

c.38.e. † *al. Lingoñ* † *al.cõqueſtione* † *Gallandenan.*

CVM in eccleſia &c. & infra. Accepimus a ven. f. n. Lincoñ. † Epiſcopo tranſmiſſa nobis inſinuatione † querelam, quod quidam clerici de Valando non † grauaminis neceſsitate non compulſi, & nullius opreſſionis mole grauati, ſed ſolo prętextu excutiendi a ſe iugum eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt poſsint liberius in ſui erroris, & iniqui propoſiti libertate bacchari, ab audiẽtia ſua vocẽ appellationis emittunt; & occaſione iudicij tui, quod velle obſeruare ſe iactant, eiuſdem iudicis ordinarij ſine cauſa rationabili cognitionem euitant. Vnde diſ.t.per A.s.m.qua. ſi quando contigerit aliquem de prædictis clericis a præfato Epiſcopo ad tuam audientiam appellare, non ante audientiam ſibi prębeas, nec eius appellationem admittas, quam tibi cõſtiterit appellationem ipſius, vel a grauamine, vel iniuſta cõdemnatione porrectã. alioquin ipſum ad præfati Epĩ auditorium † re.ap.remittas, in ſuę diſcuſsionis examine iuſto eius iudicio pariturum. Sic etenim contumacia refrenabitur improborum, & honor coëpiſcopis debitus per fraternæ † viciſsitudinis obſeruantiam in ſua libertate conſiſtet.

† *al. audientiã* † *ſuperna*

*Clemens iij.* *Cap.* 12.

Non ponitur. † *pertrahuntur* † *al.eodem* † *al.obiecta fuerit, et oſtẽſa*

LICET appellationis remedium ad leuamen inuentum fuerit oppreſſorum: non nulli tamen clerici tuæ fraternitati ſubiecti, ſicut accepimus, ad appellationis diffugium malitioſe recurrunt, & dum examen tui iudicij temere ſubterfugiunt, contingit ſæpius, vt non ſolum ipſi, ſed etiã alij, qui ab huiuſmodi culpa ſint penitus inmunes, ad ſęculare iudicium protrahuntur, † vnde fit, vt pro calumnioſis a laicis innocentes prolixius moleſtentur. Nos igitur tantæ incommoditati clericorum volentes paſtorali ſollicitudine prouidere, & laicis ipſis auferre materiam ſuggillandi clericos, vel eos ſub eorũ † iudicio coërcendi, tibi nos ſuper hoc conſulere curanti, taliter duximus reſpondendum. vt ſi cuiuſlibet clerici tibi ſubiecti quæſtio fuerit ad tuã fraternitatem delata, & quod in quæſtione vertitur, xl. ſolidorum valentiam non attingat, clerico, qui ex hoc ad ſe. duxerit Apoſtolicam appellandum, neceſsitatem tibi non imponimus deferendi: quo minus ſi malueris, cauſam ipſam ſine ap.ob. valeas terminare, niſi manifeſta contra te ſuſpicionis cauſa fuerit oſtenſa. †

*Clemens iij.* *Cap.* 13.

c. 39.e. † *al.intimarũt al.deſtinarunt* † *al.nec al. vel* † *al. poteris* † *al. de eſt quod*

DIRECTAE nobis tuæ litteræ declararunt, † quod cum in præſentia tua cauſa cuiuſdam matrimonij tractaretur, in qua pars viri conſanguinitatis vinculum opponebat, & pars mulieris ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, nec appellationem ſuam pręfixo termino ad proſecutionẽ ipſius, & † ad recipiendos Apoſtolos fuiſſet adueniente termino proſecuta; poſtmodum accedẽte parte mulieris eiuſdẽ, & renuntiante appellationi, quam



quã fecerat in cauſæ cognitione procedens, de parentela teſtes, & dicta teſtium recipiſti. Verum quia mulieris pars iterũ appellauit, & a nobis poſtulas edoceri, vtrum ad calculum ſententiæ procedere valeas, præſenti pagina reſpondemus, quod licet iuxta decretũ Lateraneñ.con. poſtquam in termino proſequendæ appellationi ſtatuto appellans ſuam appellationẽ proſecutus non fuerit, auctoritate tua libere vti poſsis, † tamen quia iterum appellauit, cum ſecundum iura ei licuerit in eadem cauſa appellare ſecundo, a iuriſdictione tua ſe fecit exemptam, præſertim, cum hic ad ſeparationem matrimonij, quod eſt res fauorabilis, intentio viri procedat, nihilq. agendũ ſit, niſi quod ſuſpicione careat, quod † & irreprehenſibile cenſeatur. Alius vero iudex poterit eandem cauſam iuxta dicta teſtium, qui poſt renuntiationem primæ appellationis rite adimiſsi fuerint, & alia, ſi qua adhuc poterunt in eadem cauſa produci, ſecundum deum, & ſancita canonum terminare.

*Cæleſtinus iij. pars c. a nobis fuit.* *Cap.* 14.

c.40.e. † *al.xx* † *al.ſtatutum* † *al.ſatiſfecit* † *al.alligetur* † *al.aut*

PRAETEREA requiſiti fuimus, ſi quis iudex ita protulerit ſentẽtiam, niſi Semproniano infra.x. † dies ſatisfeceris, te excõmunicatum, vel ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas. & ille, in quem fertur ſententia, medio tempore appellans, ad diem ſtatutam † minime ſatisfecerit: † vtrum ille tali ſententia ligetur, † an † interpoſitione appellationis tutus exiſtat. Videtur autem nobis, quod huiuſmodi ſententiam, obſtaculũ appellationis debeat inpedire.

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* 15.

Non ponitur. † *al.cõtrad.* † *al. expreſſe*

QVIA requiſiſti a nobis fili Prępoſite, quid agendum ſit, quando præbendam in eccleſia vacare contigerit, cum plures ex ijs, qui nominati ſunt ibi, in vocem appellationis erumpant, interdicentes † expreſsi, † ne ad electionem cuiuſlibet procedatur: conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſi appellationem, quã interponunt infra xl. dies proſecuti non fuerint, procedendũ eſt poſt modum appellatione nullius obſtante ad canonicam electionem perſonæ miniſterio eccleſiæ competentis.

† *Cæleſtin.*

*Clemens † iij. pars c. Prudentiam.* *Cap.* 16.

c. 41. e. † *al quo* † *al.deſeruiãt* † *al.noſtra mẽtis* † *al. qua* † *al. de eſt &* † *vel* † *alias* † *al. vtiq.* † *al. compr.* † *al. quod*

SECVNDO requiris, cum pluribus articulis in vna commiſsione poſitis, in vno tantum contingit appellationem expreſſe vetari, vtrum appellatio teneat, ſi ſuper alijs fuerit appellatum; in hoc † taliter reſpondemus; quod cum ſecundum beatum Gregorium, verba intentioni deſeruiunt, † & hæc ſit noſtra † intentio, vt de omnibus articulis, qui † in commiſsione noſtra ponuntur, iuſtitia nõ obſtante ap. ſuum conſequatur effectum: in omnibus appellatio intelligitur interdicta, nihil enim intereſt, vtrum primo, an ſecundo, medio, an in fine appellatio inhibeatur. cum ſicut nos docent vtriuſq. iuris argumenta expreſſa, & † ea, quæ in principio reſcriptorũ ponuntur, ad medium, & ad finem: illa vero, quæ in medio ad finem, atq. principium ſępe referri contingat. Tertio poſtulas edoceri, cũ aliquis iudicem tamquã ſuſpectum recuſat, an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & cauſam, niſi manifeſta ſit, coram eodem iudice probare teneatur, vtrum etiam iudex poſsit in ipſo iudicio, & negotio procedere, ſi ille, qui ſuſpicionem obicit, cauſam eius non velit, aut † non poſsit in iure probare. in hoc nimirum duximus dandum tale conſultationi tuæ reſponſum: quod cum aliquis iudicem ſuſpectum ſe habere proponit; ſuſpicionis cauſam coram eodem iudice allegare tenetur, ne poſsit alius † quilibet pro ſuæ voluntatis arbitrio quodlibet iudicium fruſtratorie declinare, ſed partes, vt in aliquem iudicem, vel aliquos non valde remotos conueniant, per eundem tamen iudicem, qui nominatur ſuſpectus, debent cogi: coram quo, vel quibus, ſi cauſa ſuſpicionis infra terminũ competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate ſua vtetur. Quod ſi coram ipſis, in quos conuenitur, eiusdem fuerit cauſa ſuſpicionis probata, iudex recuſatus a cauſæ cognitione ſuper ſedere tenebitur. Ipſa namq. † ratio dictat, & plurimis probatur † exemplis, quia † ſuſpecti, & inimici iudices eſſe non debent, cum in decretis ſit conſtitutum, nil gratius, vel amabilius dare quis magis valet, inimico, quem ſi ad inpetendum commiſerit, quam lædere, & damnificare intendit. Illam vero præterea quæſtionem, quarto loco proponis, vtrum iudex poſsit de officio ſuo cognoſcere, an fruſtratorie ſit, an cauſa rationabili ſit appellatum, & ſi appellans rationabilẽ appellationis cauſam nõ oppoſuerit, aut nõ probauerit, quã opponit, an iudex

iudex huius appellationis obtentu teneatur a cauſæ cognitione ceſſare. hic autem non placet aliter diffinire, quam ab anteceſſorib. noſtris, & vtriuſq. iuris peritis fuit diffinitũ. Cautũ eſt enim in lege, quod ap. interpoſita, ſiue ea recepta ſit, ſiue non, tempore medio nihil innouari oportet; & canonica nihilominus tenent inſtituta, vt qui vult, † vel, quibus neceſſe fuerit, ad Romanam eccleſiam, quaſi ad caput ſuum confugere; poſsint, † & ſine impedimento quolibet appellare; ad quã nimirum ſine vlla calumnia, vel cuſtodia, vel excõmunicatione, vel excuſatione, vel damnatione, vel ſpoliatione ire libere cõcedatur, quæ ſecundum ſanctorum canonũ ſanctiones paſsim appellare permittit. Ideo iudex cũ ante ſe cauſam tractauerit, quam ſic per appellationem ſuſpenſam eſſe cognouerit, a cognitione cauſæ, quamcitius abſtineat.

† *al. volunt* † *poſsint*

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* 17.

c. 41. e.

AN ſit deferendum appellationi illius, quem aduerſarius de exſpoliatione poſt ap. legitime interpoſitam ſibi facta paratus eſt conuincere in continenti. Nos duxiſti per nũtios tuos conſulendos; reſpondemus itaq. quod cũ in eo puniendus ſit, in quo deliquit, ſe beneficio reddidit appellationis indignũ, qui appellationi deferre neglexit; vnde nec ei appellanti eſſe deferendum cenſemus.

*Celeſtinus iij. H. Cant. Archiepo.* *Cap.* 18.

Non ponitur.

APPELLATIONIS inhibitio, ſecundum quod exiſtimas, irrita eſſe videtur, ſi cum incidens quæſtio quælibet a cõuento in iure per exceptionem opponatur, † ei nihilominus liceat appellare. Nos vero ita ſentimus, quod ſi talis fuerit † quęſtio incidens, ſine qua principale negotium terminari non poſsit, † niſi forte in ea remedium appellationis expreſſe vetetur, ſuperſedendum eſt a cognitione principalis negotij, nec in cauſa principali ſub. ap. ob. vſq. quaq. vacuum eſſe dignoſcitur; cum ſi non acceſſerit incidens quęſtio, ſuum abſq. inpedimento cauſa proſequatur effectum.

† *al. opponitur* † *fuit* † *al. poterit*

*Celeſtinus iij. Senogalleñ. Epiſcopo.* *Cap.* 19.

Non ponitur.

LICET ſit appellantibus deferẽdum, vt ſanctorum canonum approbãt inſtituta; non tamen vſq. adeo eſt appellantibus effrenata licentia relinquẽda, metus † iudicis euadendi, quod ea, quæ correctione indigent, in aliorum non † appellantium detrimenta, incorrecta remaneant, vel alterius ius eſſe oporteat diutius in ſuſpẽſo, vel ei debeat aliquod pręiudicium generari. Quo circa veñ. in Chriſto fr. Epiſcope, felicis recordationis C. PP. prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes, caritati tuæ † præſentibus litteris auctoritate Ap. duximus indulgendum; vt cum a tuis ſubditis ad ſe. Ap. fuerit appellatum, licitum tibi ſit eccleſiaſtica cenſura cogere appellantem, vt infra. xx. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripiat ad ſe. Ap. veniendi. quod ſi forte facere noluerit, extunc in ipſo negotio procedendi appellatione non obſtante, niſi appellans impedimento canonico fuerit impeditus, liberam habeas facultatem.

† *al. motum* † *al. &* † *veſtræ*

DE PEREGRINANTIBVS. tit. xx.

*Cæleſtinus iij. Abieñ. Epiſcopo.* *Cap. vn.*

De cler peregr. c. vn.

CONQVERENTE I. presbytero intelleximus, quod, poſtquam iter arripuit ad nos veniendi, quidam res eius diripere præſumpſerũt; licet autem idem presbyter res ſuas, & eccleſiæ, & ſe in † protectione noſtra nõ poſuerit, cum ad nos acceſſit; quia tamen propter hoc non debuit rebus ſuis ſpoliari, cum ij, qui accedunt ad præſentiam noſtram, & res eorum ſub Apoſtolica debeant protectione eſſe ſecuri; f. t. m. qua. quidquid eidem presbytero poſt iter arreptũ ad nos veniendi ſubtractum eſt, vel ablatum ſibi omni ap. re. reſtitui faciatis † incunctanter.

† *al ſub* † *al. facias*

DE CONFIRMA IONE VTILI, vel inutili. tit. xxj.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. vn.*

De cõf. vt. c. 3.

BONAE memorię Alanus quõdam canonicus veſter, qui apud ſedem Ap. diem concluſit extremum, ſuper quibusdam nos conſulere ſtuduit, quæ ſecũdum tenorem veſtrę † reſponſionis vobis neceſſario duximus intimanda. propoſuit autem ſentẽtiam per falſa inſtrumenta a delegatis iudicibus fuiſſe prolatam, quę nimirum vera eſſe credebantur. Intra decimum quoq. diem ille, contra quem ſententiatum erat, † falſitatem inſtrumentorum aduertens, ab illa ſententia in vocem appellationis prorupit. Iudices tamen nihilominus, executioni ſententiam mãdauerunt. Ceterum appellans, itinere ſtatim ad Ap. ſe. arrepto, litteras de retractanda ſententia impetrauit. aduerſarius autem ipſum caute præueniens confirmationis promulgatę ſententiæ reſcriptũ iam fuerat aſſecutus; tamen in quo nulla (factę appellationis † mentio habebatur. Ad hoc † itaq. requiſiſti, quæ quibus litteris præ-

† *al. noſtræ* † *fuerat* † *at de facta ap.* † *al. Adhæc*



pręiudiciũ faciant. Reſpõdemus, quod poſteriores debent pręiudicare priorib. ab hac ſiquidẽ prima cõſultatione, quęſtio quaſi † ſuborta exhibita eſt in auditorio nr̃o ſecũda, quęita ſe habet. Si in eiſdẽ videlicet poſteriorib. litteris hęc clauſula poneretur, nõ obſtantibus aliquib. litteris cõfirmationis latæ ſententiæ audiatur cauſa, & ea ſine debito terminetur, vtrum ſic primę reuocari deberent. ad hoc dicimus, quod per vltimas primæ forent penitus reuocandę. Verum ſi dicatur, † ſicut frequentius in litteris Ap. conſueuerunt † apponi, nullis litteris veritati, & iuſtitiæ præiudicantibus, vel ſub alia forma verborum, dum modo non diceretur de litteris cõfirmationis expreſſe. Dicimus, quod primę tam diu vigorem ſuũ habere debent, † donec de iniqua, & falſa ſententia, cognitio plenior haberetur.

† *al. deeſt quaſi* *al. deeſt quæſtio.* † *al. dicetur* † *al. cõſueuit* † *al. habent*

# LIBER TERTIVS

## DE VITA, ET HONESTATE

## Clericorum, & cohabitatione mulierum. † Tit. 1.

† *al. De cohabitatione clericorũ & mulierum.*

De cohab. cle. c. 7.

*Lucius iij. Ex conc. Maguntino.* *Cap.* 1.

VESTRA duxit deuotio inquirendum, vt conſulamus fratribus veſtris parochiales eccleſias adeuntibus, quarum clerici cõcubinas habere credũtur. † De hoc enim diuerſæ videntur ſacrorum canonum ſententiæ emanaſſe. Alicubi enim dicitur: nullus audiat miſſam † ſacerdotis, quẽ ſcit cõcubinam habere indubitanter. Alibi vero legitur: non poteſt aliquis, quantumcumq. pollutus, diuina ſacra polluere, quæ purgatoria primitiarũ cunctarum cõtagionum † exiſtũt. qualiſcumq. enim ſacerdos ſit, quę ſancta ſunt, coinquinari nõ poſſunt. ſumite ergo ab omni ſacerdote intrepide Chriſti myſteria, quia omnia in Chriſti fide purgãtur. Ceterum aliud eſt crimen notorium, aliud occultum; notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur: aliud eſt occultum, quod ab eccleſia adhuc toleratur. Ceterum aliud eſt, quando crimen notorium nõ diffitetur presbyter, vel de ipſo eſt canonice condemnatus; aliud eſt pæne occultum, vel † ab eccleſia toleratum. † Itẽ aliud eſt a talium officijs abſtinere, vt peccandi licentia ceteris auferatur, & huiuſmodi ad pęnitentiæ fructum trahantur; atq. aliud, ſi tamquã iacentium in fornicatione myſteria reſpuãtur. Sine dubitatione itaq. teneatis, quod a clericis, & presbyteris tam quam † fornicarijs, quamdiu ab eccleſia tolerantur, nec habeant operis euidentiam, licite audiantur diuina officia, & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta.

† *al. dicuntur* † *al. miſſas* † *al. cogitationis* † *al. quod* † *al. toleratur* † *al. quamquam*

DE CLERICIS CONIVGATIS. t. ij.

*Alexander iij.* *pars c. cauſam.* *Cap.* 1.

De cler. coni. c. 4.

SANE ſacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, ſed contubernia ſunt potius nuncupanda, poſt longam pęnitentiam, & vitam laudabilem continentes officio ſuo reſtitui poterunt, & eius executionem ex indulgentia ſui Epiſcopi habere.

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* 2.

EA

Non ponitur.

EA eſt ſedis Apoſtolicæ præminentia, vt ad ipſam ab eccleſiarum prælatis,& etiã alijs miniſtris eccleſiarum in dubijs recurratur,& id ſuper his inuiolabiliter obſeruetur,quod eius fuerit arbitrio diffinitũ. Ex tua quidem nobis eſt parte propoſitum, quod cum B. clericus puellam quandam per verba de præſenti legitime deſponſaſſet, ante quam eam cognouiſſet carnaliter, contra ſtatutum Romanæ eccleſiæ legatorum de non recipiendis vxoratis (eccleſiæ tuæ † canonicis eſt promulgatum a bonæ memorię prędeceſſore † tuo,ignorantem† illum coniugali vinculo copulatum in eccleſiæ tuæ canonicũ eſt promotus, qui prębendam ipſius eccleſię detinere contendẽs, mulierem ipſam traducere prætermittit; qua de cauſa puella illa cum inſtantia magna requirit, vt vel ei vir ſuus reddatur,vel ei nubendi alij ſine alicuius cõtradictione† licentia tribuatur. Super quo f. t. duximus reſpondendum;vt,ſi res ita ſe habet,memoratum clericum, qui fraudulenter eccleſiæ tuæ prębendæ beneficium adeptus eſt, eodem beneficio priues, & ad vxorem ſuam, a qua taliter ſeparari non potuit,redire cõpellas. Super alio etiam articulo reſponderi tibi a ſedis † Ap.oraculo poſtulaſti,quod † videlicet,cum ab eccleſiæ Rom.legatis fuerit inſtitutum, vt vxorati non deberent de cetero ad ſacros ordines promoueri, quidã clerici poſt promulgationem cõſtitutionis illius ſacros recipere ordines præſumpſerunt, & vxores ſuas detinere contendunt, de quibus tuę f.conſulimus,& mandamus; vt eis executionem ordinum interdicas, & beneficia etiam eccleſiaſtica ſubtrahere nõ omittas. Debent enim pro meritis pœnam reportare,quia ſcienter contra ſtatuta legatorum Ap.ſe.auſu temerario venire pręſumunt.

*† al. in eccleſia tua — † al. anteceſſore — † ignorante — † al. cõtradictionis ob. — † al. ſede — † al. de eſt quod*

## DE CLERICIS NON RESIdentibus in eccleſia p̃. † Tit. iij.

*Alexander iij. Eboracẽ. Archiepõ. Cap. I.*

*† al. p̃bendaria eccleſia* — De cleri non res. c. 5. — *† al. aliam — † al. trãſierint*

FRATERNITATI tuæ duximus indulgẽdum,vt ſi clerici, qui in eccleſijs tuæ iuriſdictionis beneficium ſunt adepti, ad aliquam† diœceſim abſq. licentia, & aſſenſu tuo morandi cauſa tranſierunt;† liceat,eos tibi beneficijs, quæ a te habent,ſpoliare;niſi forte ſcholaſticis diſciplinis inuigilauerint, aut rationabilem cauſam tibi oſtenderint,quare reuerti non debeant. Præterea clericum alterius diœceſis abſq. commendaticijs litteris ſui Epiſcopi, niſi pro eo preces,aut mandatum ſedis Ap. receperis,non debes recipere.

*Alexander iij. Lingoñ. Epiſcopo. Cap. 2.* — c. 6. e. t.

CONQVERENTE nobis R. preſbytero accepimus, quod G. ab eo pro eccleſia ſua,de qua,ſicut dicitur,vitæ neceſſaria vix percipere poteſt, annuatim viginti ſol.extorquere conatur, aſſerens beneficiũ illud in eadem eccleſia ſibi fuiſſe collatum, quamquã eidem eccleſiæ, ſicut accepimus, non deſeruiat, & alia beneficia ſibi ſufficientia habeat,& poſsideat. Quoniam igitur indecens eſt, & nõ conſentaneũ rationi, vt idem,cũ alia eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficiẽtia habeat,& poſsideat,ab eccleſia,cui nõ deſeruit, † beneficiũ quęrat:f.t.per A.ſ.m.qua.ſi tibi cõſtiterit, quod vel G. habeat eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia; vel quod eidẽ eccleſię nõ deſeruiat; ſibi ſuper pręſcripto beneficio ſilẽtiũ imponas ap·re.

*† al. deſeruiat*

*Cæleſtinus iij. Cap. 3.* — c. 8. e.

EX parte veſtra noſtro Apoſtolatui fuit reſeratum,quod licet dilectus filius N. Cenomañ. Archidiaconus ſit eccleſiæ veſtræ Decanus, tamen quod in partibus Gallicanis ſibi potius habitationem elegit, iam per annorum decem ſpatium,veſtra eccleſia ipſius præſentiã habere nequiuit. Quia igitur nolumus, vt eadem eccleſia Decani officio defraudetur;vniuerſitati veſtræ per A.s.m. qua. Archidiacono memorato ſcribatis, vt eccleſiam veſtram viſitare dignetur,& ſuum ibidem, vt Decanus, officium debeat exercere. † Quod ſi forte vocatus venire noluerit;eligendi Decanum,qui pręeſſe veſtræ eccleſiæ valeat,& prodeſſe, extunc vobis concedimus liberam facultatẽ.

*† al. officiũ exerceat*

## DE PRAEBENDIS. Tit. iiij.

*Alexander iij. Ianueñ. Epiſcopo. Cap. I.* — De pręb c. 15. — *† al. debeat*

CVM non ignores, quod vna eccleſia vnius debet † eſſe ſacerdotis;mirabile gerimus,& indignum; ſi vni perſonæ locum in pluribus eccleſijs velis concedere,& in Epiſcopatu tuo inducere conſuetudinem Gallicanæ eccleſiæ;quę cũ vnum ad plura recipiat beneficia, contra ſacrorũ canonum inſtituta,nõ cõprobatur a nobis, licet non poſsit pręmultitudine delinquẽtium emendari. Cum † igitur nuntius illius presbyteri, qui in duabus eccleſijs locum habere conatur, & quidam clerici eccleſiæ ſancti G.de Raballo,in qua locum ſe habere dicebant,ad præſentiam noſtram acceſſerũt; nos attendentes non eſſe conueniens, vel honeſtum, vt idem presbyter locum in duabus eccleſijs habeat;volumus,& m.qua.illo beneficio,quod habet,faciatis † eum manere contentũ.quod † ſi forte Archipresbyter,& clerici alterius eccleſiæ in eum conſenſerint, eis nunc diſsidentibus, cum ipſorum ſcandalo non debet locum in ipſa eccleſia, vel quęrere,vel habere.

*† al. Quoniã — † al. faciās — † al. quia*



*Alexander iij. Elieñ. Epiſcopo. pars capituli Veniens. Cap. 2.*

Non ponitur. — *† poſſet*

CETERVM ſi memoratus P. clericus in alijs eccleſijs,vicarias habet, & etiã eccleſiaſticos redditus,de quibus poſsit † commode ſuſtentari,eum a vicaria præſcriptæ eccleſiæ de tali loco, confirmationis noſtrę litteris non obſtantibus ap.ceſſante remoueas, & eandem eccleſiam eidem P.reſtituere non poſtponas:dummodo velit,& debeat in preſbyterum ordinari, & per ſemet ipſum in eadem eccleſia ſeruire domino.†

*† al. domino deſeruire*

*Cæleſtinus iij. Cap. 3.*

Non ponitur. — *† al. peruerſa*

AD audientiam noſtram perueniſſe cognoſcas, quod cũ in tua prouincia, & in alijs etiam Teutonicæ terræ conſuetudo nimium praua † conualuit, quod videl. prępoſiti, & alij,quibus ſecundum morem terræ noſcitur attributa poteſtas,in loco decedentium perſonarum perſonis aliquibus aſsignandi præbendas quandoq. proprios filios, quos in ſacris ordinibus conſtituti genuerunt,ſubſtituunt decedentibus. per quod ſæpe contingit, vno, eodemq. tempore patrem, & filium in eadem eccleſia miniſtrare,& prouentus accipere præbendarum. Præterea commutationes prębendarum,& dignitatum,quidam clerici contra Turonenſis ſtatuta concilij,temeritate propria non verentur facere. Nolentes igitur hæc incorrecta relinqui, mandamus quatenus per totam prouinciã tibi ſubiectã auctoritate noſtra, & tua prohibeas, ne talia vlterius attemptentur. Quod ſi poſt inhibitionem tuam fuerit attemptatum,† corrigendi liberam habeas facultatem. Studeas etiã, quæ præſumpta ſunt ſupraſcripta, iuxta formam canonicam, prout melius poteris, emendare.

*† fuerint attemptata*

## DE CLERICO AEGROTANTE. t.v.

*Clemens iij. Rauẽñ. Archiepiſcopo. Cap. I.* — De corp. uit. c. 4. — *† al. Lõgaz.*

SIGNIFICAVIT nobis R. Archipresbyter ſancti Stephani de Longaico,† quod R. presbyter credens ſe obſequium pręſtare Deo, ſibi fecit virilia amputari;ſed cum idem Archipresbyter ſit ſenectute grauatus, nec relinquere valeat presbyterum memoratum:nobis humiliter ſupplicauit, vt ei concedere debeamus,ea,quæ præter miſſam ad ſacerdotem pertinent, miniſtrare. Quo circa mandamus,qua.inquiras diligenter † veritatem, & ſi iam dictũ presbyterum alias dignũ inueneris, ei ſacerdotale miniſterium abſque omni altaris miniſterio auctoritate noſtra fretus,& tua, prout videris expedire, concedas.

*† al. diligẽtius*

*Clemens iij. Cap. 2.* — De cler. ægr. c. 4

TVA nos duxit fraternitas conſulendos &c. & infra. De ſacerdote vero, qui diuino iudicio lepræ morbo reſperſus in parochiali eccleſia prælationis officio fungitur,tibi duximus intimandũ,quod pro ſcãdalo,vel abominatione populi debet ab adminiſtrationis officio remoueri;ita quidem,quod iuxta facultates eccleſię,ſibi neceſſaria,quamdiu vixerit,miniſtrentur.

## DE INSTITVTIONIBVS. Tit.vj.

*Ex concilio Arelatenſi. Cap. I.* — De inſti. c. I. — *† al. ſeu — † niſi.*

NON amplius ſuſcipiãtur in monaſterio monachorum,aut † clericorum, ſeu etiam puellarum, quam † quot ſe regere de bonis eccleſiæ abſque penuria eccleſiæ poſsint.

*Aug. iij. † Cap. 2.* — *† al. Eugenius* I.

IN congregandis clericis modus diſcretionis teneatur, videl. ne plures admittantur, quam facultas eccleſiæ eis canonice attributa ſufferre † poſsit.

Non ponitur. — *† al. ſufficere*

*Aug. † Cap. 3.* — *† al. Eug.* I. c. 2. e.

IN eccleſia veſtra certum numerum canonicorum, ſicut nobis innotuit, communiter inſtituere curauiſtis,& inſtitutionem veſtram religione firmare iuramenti. Vnde quia numero illo ſucceſſu temporum deminuto, in dubitationem deducitis,vtrum ipſum numerum de inſtitutione canonicorum ſupplere poſsitis,cum laicis computatis,qui in eccleſia veſtra canonicorum titulo nominantur, & ſtatutus numerus ſit impletus,ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis. Vt autẽ hæc ambiguitas a vr̃is cordib.auferatur:nobis videtur, quod laici nõ debeãt in canonicorũ numero

computari, nec vos debeatis differre, quominus ſtatutum numerum iuramento præſtito roboratum de alijs clericorum perſonis idoneis canonicos ſuppleatis; nec enim alia veſtra intentio fuiſſe putatur, quam quod tales ad ſupplendum numerũ, cum neceſſe fuerit,† curaretis vnanimiter inuenire; per quos Deo in diuinis officijs per eccleſiaſticos ordines cõgrue ſeruiretur. ad hæc vero diſtrictius prohibemus, ne de cetero laicos in canonicos admittatis.

† al. ſoret

† al. Eng.

*Auguſtinus.*† *Cap.* 4.

Non ponitur.

EA noſcitur & infra. Ad audientiam noſtram ſiquidem te ſignificãte peruenit, quod quædam eccleſiæ infra tuam diœceſim, & ad tuam iuriſdictionem ſpectantes, cum in eis fuerint prius clerici ſæculares, ad regularem obſeruantiam ſint † tranſlatæ. verum, in qua aliquãdo xx. clerici ſoliti honeſte fuerant ſuſtentati, vix modo vij. in ea, vel viij. monachi commorantur, & vbi decem fuerant clerici, nunc quattuor, vel tres monachi ſunt ſtatuti, cum poſſeſsiones non ſint modo deminutæ, nec aliqua alia, ex quibus clericis ſubſidia ſolebant prouenire. quapropter ſuper his, quid tibi ſit amodo faciendum, noſtris petiſti litteris edoceri. Ne igitur eccleſijs illis ex mutatione huiuſmodi Dei obſequiũ diutius maneat imminutum; fraternitati tuæ præſentis ſcripti pagina duximus indulgendum, vt ſi prælati, ad quos eccleſiæ iſtæ pertinent, ad commonitionem tuam in eis tantum religioſorum numerũ inſtituere † prætermiſerint, quantus ex earum prouentu honeſte valeant ſuſtentari; liberum tibi ſit in eis tot religioſas perſonas eiuſdem ordinis contradictione, & ap. ceſ. ſtatuere, quot earum † redditus ſuffecerint ad neceſſaria prouidẽda. (liceat quoq. tibi † per diſtrictionem eccleſiaſticam, quos contradictores inueneris, & ap. ceſſ. cogere ad obſeruantiam eorum, quæ ſuper his duxeris ſtatuenda.

† al. ſint

† al. reſtituere

† al. eorum

† al. licitũ tibi ſit quoque

*Lucius iij. Abbati de Rameſſaia,* † *& Archidiacono Exonieñ.* † *Cap.* 5.

† al. Rameſcia

† al. Oxom.

Non ponitur

† al. res al. eam

VENIENS ad Apoſtolicã ſedem, &c. & infra. Interim autem R. clericus, qui eccleſiam † alieno nomine poſsidebat, furto eſt irretitus, & exinde quia crimen eius notorium fuit, rebus furtiuis in arca ſua repertis, grauiter puniri metuens, eo quod ad regias aures ſcelus eius peruenerat, habitum religionis ſumpſit, † quem infra annum abiciens, ſedem Apoſtolicam adijt, & ſcriptum Apoſtolici culminis inpetrauit, in quo continebatur, quod ſi monſtrare poſſet, quod timore mortis clauſtrum intraſſet, a religionis voto abſolueretur a vobis, tacito quod timor ille ex praua conſcientia perpetrati ſceleris prouenieba t. † & infra. Diſcretioni veſtræ† per A. s. mandamus, qua, cum exinde requiſiti fueritis, in vnum pariter conuenientes, vtramq. partem ante præſentiam veſtram cõuocetis, & inquiſita horum veritate, quæ dicta ſunt, & plenius cognita, cauſam ipſam ap. re. fine canonico terminetis. ita quod ſi vobis conſtiterit, quod crimen notorium fuerit; & timore illo ſæpe dictus R. religionem ſuſcepit, & quod idem V. per Archiepiſcopum fuerit canonice inſtitutus, ei eccleſiam ipſam ap. & oc. ceſ. faciatis reſtitui, & libere, pacificeq. dimitti, non obſtantibus litteris noſtris, ſi taliter † fuerint, pro vt diximus, impetratæ.

† al. aſſumpſit

† al. prouenisſet

† al. ina

† al. aliter

DE CONCESSIONE PRAEbendarum. Tit. vij.

*Alexander iij. Wigor.*† *Epiſcopo.* Cap. 1.

† al. Wigornien.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 37. c. 1.

EX transmiſſa conqueſtione † R. clerici innotuit, quod cum eccleſia de V. † a monachis de N. ad quos ius illius eccleſiæ ſpectare dignoſcitur, ei conceſſa fuiſſet, tunc temporis, cum V. clericus, qui lepra tactus fuiſſe perhibetur, eam poſsideret, timens, ne ſuper eandem conceſsionem aliqua innouatio fieret, ad ſe. Ap. appellauit, & ad nos ſuum nuntium deſtinauit. Quoniam igitur vniuerſis Dei fidelibus, & ijs maxime, qui clericali dediti ſunt officio, in ſuis iuſtitijs adeſſe teneamur; dis. v. per A. s. m. quatenus, ſi vobis conſtiterit, prædictam eccleſiam prædicto † R. taliter fuiſſe conceſſam, & poſt ap. ſuper ipſa eccleſia ad nos factam, in ea inueneritis alium inſtitutum, eo inde amoto eccleſiam ipſam nullius ap. & contra. ob. iamdicto R. faciatis dilatione poſtpoſita aſsignari, non obſtante eo, quod eadem conceſsio facta fuit tempore prædicti W. † ſi ipſum prænominato morbo manifeſtum fuerit laboraſſe. Teſtes autem, quos idem R. nominauerit, moneatis, & inducere curetis, vt amore iuſtitiæ teſtimonium perhibeant veritati.

† al. nobis queſtione

† al. N.

† præfato

† al. V.

*Lucius iij.* *Cap.* 2.





Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 47. c. 10.

† al. cõceſ.

AD aures noſtras E. clerico inſinuante peruenit, quod G. presbyter in eccleſia beatæ Mariæ ante portam de Glodeſtria monachorum perpetuam vicariam optinuit, qui cum ceſsiſſet † in fata, Abbas, & monachi illius loci diuino intuitu præſcriptam ei eccleſiam conceſſerunt. Cum autem per præfatũ Abbatem, & capitulũ ad eam vicariam præfatus E. diœceſano Epiſcopo fuiſſet repræſentatus; quidam Conſtantius nomine inſtitutionem eius quarũdam litterarum intuitu continentiũ, quod idem Abbas ei eccleſiam, quæ primo vacaret, conceſſerat, inpediuit. Inde eſt, quod dis. v. per A. s. m. qua. ſi pręfatus I. † a vobis ſuper hoc requiſitus, aliam cauſam rationabilem non prætenderit, † niſi cõceſsionem eccleſiæ, quę primo ita vacaret, pro eius contradictione, vel appellatione nullatenus omittatis, quin auctoritate noſtra diœceſano Epiſcopo mandetis, vt ad repræſentationem prædicti Abbatis, & monachorũ, ſupraſcriptum E. ad vicariam præſcriptam recipiat, & ei curam animarum cõmittat, ſicut moris, & iuris eſt, ſi aliud nõ eſt, quod eius inſtitutionem debeat impedire.

† al. C.

† al. prætendat

*Clemens iij.* *Cap.* 3.

Non ponitur.

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſi quidẽ nobis eſt parte propoſitum, quod dubiũ tibi exiſtat, vtrum illorum ſit appellationibus deferendum, qui occaſione promiſsionis ſibi factæ ſuper eccleſijs non vacantibus, cum eis prætermiſsis vacantes poſtmodum eccleſias intelligunt alijs conferendas; in vocem appellationis erunpũt. Super quo. f. t. duximus reſpondendum; quod cum promiſsiones huiuſmodi in concilio Lateraneñ. ſint prohibitæ, niſi ſe. Ap. auctoritas interuenerit, vel aliud quid rationabile obuiauerit, pro huiuſmodi appellationibus non debet vacantium eccleſiarum inſtitutio prorogari, vel aliquatenus impediri.

*Clemens iij. Remenſi Archiepiſcopo.* *Cap.* 4.

Non ponitur.

† al. Louegines

INSINVAVIT nobis dilectus filius noſter C. nepos, & acolytus noſter, quod cũ I. olim Abbas ſancti Vedaſti Atrebateñ. cõceſsiſſet ei in præſentia pluriũ eccleſiam primo vacantem, voluntate poſtmodum commutata cuidã alij eccleſiam de Louegenes, † quæ primo vacauit, cuidam alij, ipſo C. ignorante contulit, & conceſsit. verum cum poſt obitum ipſius Abbatis hoc ad eiuſdem C. notitiam perueniſſet, & ſuam depoſuiſſet in pręſentia tua querellam; tu ſucceſſori eiuſdem Abbatis ſcribere curauiſti, vt ita cum prædicto C. de eccleſia illa, & beneficio, ei a prędeceſſore ſuo collato componeret; quod nos ex inde ſibi placabiles redderet potius, quam offenſos: dilectus quoq. filius noſter M. tituli ſanctorum Ioannis & Pauli presbyter Card. quondam Ap. ſe. Le. ſuper hoc ipſo veñ. f. n. Siluañ. Epiſcopo ſua ſcripta direxit, iniungẽs eidẽ Abbati; vt ita ſupradicto C. ſatisfacere in prædictis, & reſpondere curaret; quod ob hanc cauſam querella non deberet ad ſe. Ap. iterum deſtinari. Abbas vero non ſolum memoratum Cardinalem audire contempſit, verum etiam litteras noſtras, hac de cauſa ſibi tranſmiſſas, nedum exaudire, ſed etiam nec voluit receptare. Vnde quoniam idem C. ſuper tanto contemptu, & detentione quorundam denariorum, quos ei debebat, Abbatem ipſum ad noſtram audientiam appellauit, & ipſe non curauit proſequi appellationẽ, nec pro ſe dirigere reſponſalem. f. t. per A. s. m. & firmiter præcipimus, qua. prænominatũ Abbatem, & capitulum attente moneas, & inducas, vt in redditibus ęquiualentibus eccleſiæ cum eiuſdem perſonatu, quæ ipſi C. promiſſa, & poſtmodum fuit alij aſsignata, omni occaſione, & appellatione re. ſatagat prouidere; alioquin tu auctoritate noſtra ſuffultus, præceptum noſtrum ſine † dilatione, & ap. poſtpoſita exequaris, illos eccleſiaſtica cenſura percellens, quicumq. his duxerint temere reſiſtendum.

† al. deeſt ſine

DE IIS, QVAE FIVNT A PRAElatis ſine conſenſu capituli. Tit. viij.

*Celeſtinus iij.* *Cap. vn.*

De ijs, quæ fiũt a præl. c. 6.

† al. deeſt cum

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſiquidem nobis eſt parte propoſitum, quod cum † in prouincia tua ſæpe contingit, vt ad eccleſias, in quibus collegia ius repręſentandi noſcuntur habere, eorum Abbates, aut per ſe, aut per litteras ſuas, perſonas idoneas diœceſanis Epiſcopis repræſentent; quibus repręſentatis poſtmodum, & receptis, aliquando ante inſtitutionẽ, aliquãdo poſtea cõtradicũt monachi, ſeu alterius ordinis collegia, & reclamãt. Super quib. aperto quęris certificari reſpõſo, vtrũ inſtitutio iã facta, vel ad-

huc facienda propter huiuſmodi debeat impediri. Ad quæ tibi duximus hoc modo reſpondendum, quod videlicet in præſentationibus talium prælatorũ intelligi debet, quod de collegiorũ ſuorum fiant aſſenſu, ſine quo firmitatem nõ valent aliquatenus obtinere. Vnde cum conſtiterit conuentus, vel maioris, vel ſanioris partis nõ adfuiſſe conſenſum; inſtitutiones huiuſmodi conuenit euacuari, niſi ex antiqua, & approbata conſuetudine, vel conceſſa libertate aliquis eorum probauerit, commiſsi ſibi collegij non debere in eccleſiarum, ſeu beneficiorum collationibus requiri conſenſum.

## DE IIS, QVAE FIVNT A MAIORE parte capituli. Tit. ix.

*Clemens iij. Andegauẽ. Epõ.* *Cap. I.*

Non ponitur.

FRATERNITATIS tuæ prudentiam &c. & infra. Secũdæ quæſtionis nodũ auctoritate duximus Lateraneñ. concilij reſoluendum; vt niſi videlicet de aliquo, vel de † aliquibus, † vel inferioribus, inrationabile † aliquid obici, & probari contigerit; prçualeat ſemper & optineat debitum re. ap. ob. firmamentum, quod a maioris, & ſanioris partç conſilij fuerit conſtitutum; niſi antiqua conſuetudo eccleſiæ hactenus obſeruata, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate confirmata aliud ſuaſerit obſeruãdum. Sic enim & audacia dante domino refrenabitur improborum, & eccleſiarum vtilitas latius per eius miſericordiam extendetur.

† al. ab
† al. potiorib.
† al. tamen vel minus rationabile

*Cæleſtinus iij. Gileberto Claremontano Epõ.* *c. 2.*

De ijs, quæ fiũt a ma. c. 2.

QVAESIVIT a nobis tuç diligentia probitatis, quid obſeruare debeas, & Apoſtolicæ reſponſionis auctoritate ſtatuere, ſuper eo, quod eccleſiam tuam quidam ex canonicis, vel etiam minimus quilibet † occaſione aſſumpta, vel quia penſio eccleſiæ debita, ſicut ſolitum eſt, non redditur, vel quia nonnunquam clericus aliquis vel parochianus deliquit, † ſine tuo, & aliorum canonicorum aſſenſu, interdicto ſupponit, per quod ipſius eccleſiæ ſeruitium deperit, & in populo ſcandalum non modicum generatur. Super hoc autem tuæ f. ſic duximus reſpondendum, ſicut in ſimilibus † conſultationibus nos recolimus reſpondiſſe; vt videlicet interdictum in aliqua eccleſia per aliquem, vel † aliquos ex canonicis ſine tuo, & aliorum tuorum fratrum aſſenſu poſitum nullatenus debeas obſeruare; niſi talis exceſſus, & tam grauis extiterit, propter quod merito ecçleſia ſilere † debeat, nec ſuſtineas, vt prætextu occaſionis † huiuſmodi ab alijs interdictum obſeruetur, niſi tuus, & aliorum cõſenſus canonicorum acceſſerit. ſed ſi quis occaſionem dederit, vel deliquerit, ſiue canonem debitum non ſoluerit, vel alia commiſerit, propter quæ irregulariter hactenus eccleſia ipſa interdicto ſupponebatur, eccleſiaſticç coertioni ſubiaceat; cum peccata ſuos actores † tenere debeant; nec pœna ſit vlterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.

† al. qualibet
† al. delinquit
† al. cõ ſimilib.
† al. ſuper al. vel per † ſimile
† al. aut occaſione
† auctores

## DE REBVS ECCLESIAE ALIEnandis, vel non. Tit. x.

*Cæleſtinus iij. Rauennati Archiepiſcopo. Cap. I.*

De reb. eccl. c. 2.

VT ſuper aliqua repoſitç quçſtionis dubietas Ap. ſe. prouidentia enodetur; Romana eccleſia cui licet immeriti prçſidemus, ſingulorum conſueuit conſultationibus reſpondere. ſane quæſiuiſti a nobis, ſi poſſeſsiones, ſeu redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis prouenientes, quos prædeceſſor tuus bonæ memoriæ quo vſq. diem clauſit extremum, ad manus ſuas tenuit, & in proprium vſum excepit, nec alijs infeudauit, de menſa ſua † ſint Archiepiſcopi intelligendi, & de eis cum ex ſacramento fidelitatis teneatur (ab Apoſtolica ſede, † nihilominus cauſa ſubiectionis contractus poſsit alienationis cuiuſlibet interuenire, tuæ igitur inquiſitioni prçſenti pagina duximus reſpondendum; quod ſiue intelligantur de menſa, ſiue non, vt non alienentur conſultius æſtimamus. poſſeſsiones vero, quæ minus vtiles eccleſiæ tuæ exiſtunt, pro illis, quæ ipſi eccleſiæ ſunt vtiliores, de fratrum tuorũ conſilio, & aſſenſu ſanioris partis capituli alienandi, ſeu commutandi tibi liberam concedimus facultatem.

† al. de eſt ſua
† al. Apoſtolica ſedi

*Cæleſtinus iij. Exoneñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

c. 9. e.

AD audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod quidam de canonicis Exoneñ. eccleſiæ, quædam prçdia eiuſdem eccleſiç incõſultis alijs fratribus, in damnum eccleſiæ, & detrimentum eorum, accepta inde pecunia in perpetuum locauerunt. vnde quoniam id indignum penitus noſcitur, & iniquum: f. t. † per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, locationes illas legitime reuocare curetis, † ita quidem, quod ſi locata prædia non aliter reuocare poterint; † eos, quos noueris harũ locationũ auctores, ſuſceptã inde pecuniã refundere conductorib. cõpellas; † ne ſi huiuſmodi locationes in ſua contigerit ſtabilitate perſiſtere; inde grauis eidem eccleſiæ poſsit incõmoditas peruenire.

† al. v.
† al. procures
† al. potuerint
† al. cõpellatis



## DE EMPTIONE, ET VENDItione. Tit. xj.

*Alexander iij.* *Cap. I.*

Non ponitur.
† al. O.

CONSTITVTVS in præſentia noſtra G. † clericus multimoda nobis conqueſtione monſtrauit; quod cum dimidias vnius anni decimas, & oblationes eccleſiæ de Bleſebia † de † perſona ipſius emiſſet W. † Truſeboth patronus iã dictæ eccleſiæ, ei prædictas decimas, & oblationes abſtulit, & ipſam eccleſiam G. fratri ſuo ſubtraxit, & cuidam G. eidem † capellano Regis conceſſit, qui eam in manibus canonicorũ de Tornetoñ. † commiſit. Vnde licet non videatur honeſtũ, decimas, & oblationes vendere; quia tamen non prohibitum eſt, nec illicitum redditus decimarum, & oblationum, quæ vno anno proueniunt, emere: per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet, detentores ipſarum decimarum, & oblationum commoneatis, & auctoritate noſtra contradictione, & ap. ceſ. eccleſiaſtica diſtrictione cogatis, vt G. clerico decimas ipſas, & oblationes poſtpoſita occaſione reſtituant, & de illatis iniurijs condignam ſatisfactionem exhibeant.

† al. Bleſcbeia
† al. a
† al. V.
† al. Tud. al. quondã
† al. Corteuen.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 2.*

De emp. & vend. c. 4.

PERVENIT ad nos ex inſinuatione tua, quod olim Petrus miles A. vxori ſuæ quandam domum in donatione propter nuptias aſsignatã muliere ipſa expreſsim dante conſenſum B. mulieri pro certa vendidit pecuniæ quantitate, quam ex eadem venditione B. matrimonio ſupradicto conſtante xxx. annis libere, pacificeq. poſſedit; ſed prænominato milite iter vniuerſæ carnis ingreſſo relicta † eius contra venditionem de ſuo conſenſu ſollemniter celebratam venire præſumit, allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias ſibi conceſſam alienari non poſſe, licet eius conſenſus noſcatur ipſi contractui acceſsiſſe. prçfata vero B. mulier ex eo nititur ſe tueri, quod bona fide, tituloq. iuſto poſſedit; & quia in communes vſus viri, & vxoris illius pretium eſt conuerſum; & quia etiam factæ venditionis tempore, vnde ſibi vtiliter conſulere potuiſſet, in viri facultatib. conſiſtebat. Vnde quia ſuper his nos conſulere curaſti: tuæ ſollicitudini † reſpondemus; prædictam emptricem, ſi vera ſunt, quæ prçmiſimus, domum ipſam debere pacifice poſſidere, nec enim credimus, illam præſcriptis occaſionibus ſuper ipſa domo poſſe vlterius fatigari.

† al. vxor
† al. cõſultationi

## DE LOCATIONE ET CONductione. Tit. xij.

*Clemens iij.* *Cap. vn.*

De loc. & cond. c. 1.
† al. in ciuitate
† al. V.

EX reſcripto litterarum piæ recordationis P. quondam Tuſculañ. Epiſcopi nobis innotuit, quod cum ciuitatem † Boñ. tempore ſuç legationis intraſſet, inuenit fuiſſe ibi abo. me. W. † quondam Portueñ. Epiſcopo conſtitutum, & ſub excommunicatione prohibitum, ne aliqui ſcholares hoſpitia maioris mercedis promiſsione cõducerent; vt ea ſibi, vel maioris gloriæ ſtudio quaſi potentiores in expenſis apparere volentes, vel priuatæ vtilitatis commodo vindicarent. Vnde ipſe ſollicita prouiſione conſiderans, quod huiuſmodi conductionis improbitas, & diſcordiæ fomitem, & impedimenta non modica pareret ſtudiorum: prçdictam conſtitutionem legatione, qua fungebatur ſedis Ap. confirmauit perpetuis temporibus, ſub pœna decernens anathematis obſeruandam. * vt nullus magiſtrorum, ſiue ſcholarium ſuper conducendis aliorum hoſpitijs in læſionem, vel prçiudicium habitantium, audeat hoſpitem cõuenire, niſi prius conſtiterit tempus conductionis elapſum, vel inquilini in hoc ſuum præſtiterint fauorem, & conſenſum. Quo circa nos, qui deteſtabiles verſutias bonæ fidei contractibus inimicas, non ſolum in clericis, ſed etiam in quibuſlibet mercatorib. cõdemnamus, prædictam cõſtitutionem a prçfato Portueñ. Epiſcopo factam, & demum a iam dicto Epiſcopo Tuſculano confirmatã, ratã eſſe decreuimus, & eam auctoritate Ap. confirmamus, ſtatuentes, vt a te frater Epiſcope, & tuo quolibet ſucceſſore ſingulis annis in cõmuni audiẽtia magiſtrorũ, atq. ſcholarium præſens pagina recitetur, & prçtaxata prauæ conductionis improbitas, innouata excõmunicationis ſentẽtia reprimatur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam noſtræ confirmationis infringere. &c.

* al. add videlicet

## DE RER. PERMVTATIONE. t. xiij.

*Vrbanus iij.* *Cap. I.*

De rer. perm. c. 5.

QVAESITVM eſt ex parte tua: ſi cõmutationes fieri valeãt præbendarũ, cũ cõmutatio dignitatũ in Turoneñ. fuerit cõcilio interdicta. Sunt. n. quidã, qui prçbẽdç ſuæ cedunt, & iuri renuntiant, vt maiorem

prębendã optineant, vel ex hoc certam ſummam pecuniæ conſequantur: quod quidem eſt honeſtati cõtrarium,& ſimoniacam proculdubio continet prauitatem. Generaliter itaq. teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa,quæ circa ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ. Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit de vno loco ad † alium transferre perſonas, vt quæ (in vno † loco minus vtiles ſunt,alibi ſe valeant vtilius exercere.

† al. in † al. vni

*Clemens iij.* *Cap. 2.*

c. 6. c.

A D quæſtiones ſoluendas &c. & infra. Intelleximus itaq. ex litteris tuis, quod duæ conuentuales eccleſiæ ſunt in tua diœceſi cõſtitutæ,quarũ vtraq. parochialem eccleſiam habet,cum poſſeſsionibus magis alteri,quam ſibi vicinam; illis autem eas deſiderantibus permutare,cum illarum altera reſpectu meliorum prouentuum plus in poſſeſsionib. habundet: ſuæ eccleſiæ ſibi poſtulat adici certã ſummam pecuniæ numeratæ; vt ſic ad æqualitatem permutationis valeant † peruenire, vtrum poſsit id licite fieri, cœpit ab aliquib. dubitari. Quam ob cauſam ſedem Ap. conſuluiſti. Licet itaq. tuæ diſcretionis induſtriã ignorare minime putemus, quid ſuper eodẽ articulo ſit agendum; nihilominus tuæ diligentiæ † reſpondemus,quod cum de iam dictis parochialibus eccleſijs per ſe queat † cõmutatio celebrari,& in permutatione † poſſeſsionum,per ſe nõ ſit inhibitum, ſi † altera poſſeſsionum alteri præponderet,pecuniam poſſe refundi; de ipſarũ quoq. poſſeſsionib. adinuicẽ,prout viſum fuerit expedire,refuſa certæ pecunię quantitate,poterit contractus permutationis iniri,ſic tamen,quod contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur. †

† va-leat

† al. indulgentiæ. al. indiligentiæ † al. nequeat † al. permutationib. † al. vt al. vbi † al. admiſc.

## DE TESTAMENTIS. Tit. xiiij.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur.

A D audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod cum † V. de Cedoñ. A. R. G. clericis fructus reddituũ ſuorum de primo anno poſt obitum eius,quos in eccleſia de Laced. habuit, ſicut inſtitutio, & conſuetudo tam illius,quam aliarum parochialiũ † eccleſiarum Anglicarum continet; vt ſcilicet poſt obitum canonici † proximi ſequentis anni redditus decedens poſsit attribuere, † in teſtamẽto reliquit. Quia quidẽ hæc, & alia, quæ in teſtamento ipſius cõtinebantur, diœceſanus Epiſcopus ante obitũ ipſius,& poſt rata habuit: f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habeat, detentorem reddituum conſtanter admoneas,& ap. ces. diſtrictione eccleſiaſtica cõpellas; vt prędictis clericis fructus † reddituũ ſecundum diſpoſitionem defuncti non differat aſsignare.

† al. de eſt cũ † al. pluriũ † al. canonicus † al. diſtribuere † al. fructum

*Alexander iij. electo,& capitulo Caſſañ. Cap. 2.*

De teſtamen. c. 12.

RELATVM eſt auribus noſtris,quod quia ſtatuimus in concilio Laterañ. vt bona per eccleſiam acquiſita ad eam in clericorũ obitu deuoluãtur; dubitatis, an hoc ſit de immobilibus tantum,vel de mobilibus ſentiendũ. reſponſo quoq. noſtro quæritis edoceri,ſi præſcripta bona in vſus Epiſcopi, vel eius, qui clerico decedenti ſucceſſerit,de iure tranſeant,vel communi eccleſiæ vtilitati debeant applicari. His itaq. breuiter reſpondemus: quod generaliter bona quælibet per eccleſiã acquiſita ei debeãt poſt acquirentis obitum remanere. Nomine autem eccleſiæ nõ ſolũ † Epiſcopus intelligitur, vel ſucceſſor clerici morientis, vbi eſt collegium clericorum, ſed communis congregatio, quæ rerum illarum debet † canonicam diſtributionem,aut curã habere. Vbi autem in loco decedẽtis tantum vnus eſt ordinandus, is ea bona, ſicut & alia ipſius eccleſiæ in timore domini diſpenſet. Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita vt diximus, de iure in alios prodecedentis arbitrio transferri non poſsint, † cõſuetudinis eſt tamen non improbandę, vt de his pauperibus, religioſis locis, & illis,qui viuenti ſeruierunt, † ſiue conſanguinei fuerint,ſiue alij, iuxta ſeruitij meritum conferatur. Ceterum quæ hereditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt, pro decedentis arbitrio diuidantur. Quia vero nonnulli in diuerſis eccleſijs beneficia poſsident, ita diſtinguimus, vt quæ habuerint, per æſtimationem cõgruam diuidantur.

† al. de eſt ſolũ † al. deberet † al. poſſint † al. ſeruierãt

## DE SEPVLTVRIS. Tit. xv.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

De ſepult. c. 5.

E X parte canonicorum Eburgenſis eccleſiæ nobis eſt intimatum, quod Prior de Inſula quendam parochianum eorum poſt appellationem ad nos factam in eccleſia ſua ſepeliuit. Vnde quoniam hoc eccleſiaſticæ diſciplinę † contrarium eſſe dinoſcitur, & a rationis tramite penitus alienum, vt quis falcem mittat in alienam meſſem: f. t. per A. ſ. m. vt † præfatum Priorem moneas, & diſtricte compellas, quatenus memoratis canonicis

† inſtitutioni † al. quatenus



nicis prædicti parochiani ſui corpus reſtituat,& exinde pacifice, & amicabiliter cũ illis conueniat, aut in pręſentia noſtra ſe non differat exhibere.

*Alexander iij. F. Decano, & magiſtro M. Remen.* *Cap. 2.*

c. 6. c.

C V M liberum ſit de vniuerſis conſtitutionibus ſanctorum patrum apud religioſa loca in vltima voluntate ſibi ſepulturam eligere, canonicæ proculdubio obuiat rationi, qui deuotioni extremæ voluntatis decedentium in hac parte contradicere pręſumit. Peruenit ad audientiam noſtrã ex conqueſtione Abbatis,& fratrũ ſancti Martini Londeñ. † quod cum presbyter quidam corpus cuiuſdam mulieris, prout in vltima voluntate ſua diſpoſuit, ad eccleſiam ſancti Martini ſepeliendum deferret; monachi Sancti Vincentij Lugdoneñ. † corpus ipſius violenter repere, & ad eccleſiam ſuam ſepelire minime dubitarunt. & hoc idem de filio Randulfi Canis præſumpſerunt. ſuper quo vtiq. vehementi ſumus admiratione commoti; cum idem monachi, & ſanctorum patrum inſtitutionibus cõtraireut,& priuilegia prędeceſſorũ noſtrorũ,& noſtra, quę prędicti fratres de libera ſe habere ſepultura proponũt, ſatagũt † violare. inde eſt, quod f. t. † p A. ſ. m. qua. vtraq. parte apud † vos cõuocata rei veritatem ſuper hoc inquiratis, † & ſi ita inueruetis † eſſe, præfatos monachos monere curetis,& auctoritate noſtra diſtricte compellere; vt omnia præfatę mulieris,& filij prædicti R. & beneficia, quæ occaſione ſepulturę ipſorum recepiſſe noſcũtur; memoratis fratribus cum integritate reſtituant; & de cetero facere ſimilia non præſumant.

† al. Lõdoñ. † al. Lodon. al. Lundon. † al. ſatagerũt al. ſatagerint † al. veſtræ † al. ante † al. inquiras † inueneritis

*Clemens. iij.* *Cap. 3.*

c. 9. c.

CERTIFICARI voluiſti a nobis, quomodo illa clauſula, quæ in priuilegijs noſtris apponi de ſalua iuſtitia ſolet illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, intelligi debeat, † & exponi. Cum autem ſuper hoc articulo diuerſa anteceſſorum noſtrorum manauerint inſtituta, Leone iuſtitiam illam aliquando tertiam partem, quandoq. vero mediam partem, & Vrbano iij. quartam fore † cenſente; nos tale præbemus in hac varietate reſponſum, vt ſicut Hieronymus inquit vnaquæq. prouincia in ſuo ſenſu habundet, ſecundum rationabilem conſuetudinem regionis, illa iuſtitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diuerſitatibus attendatur.

† al. debet † al. forte

## DE PAROCHIIS, ET ALIENIS parochianis. Tit. xvj.

*Clemens iij.* † *Cap. vn.*

† al. Cæleſt. iij. De paroch. c. vlt.

S IGNIFICAVIT nobis venerabilis frater noſter Anconitañ. Epiſcopus, quod cum poſt recuperationem ciuitatis Ancoñ. ad habitandum in ea ſe quamplurimi contuliſſent, quia ante generalem occupationem terræ ſanctæ, & in alijs ciuitatibus Regni Hieroſolymitani elegerant manſionem, & in ea reſidentiam fecerint aliquantam, & adhuc etiam reſidebant † in eadem; prælati prædictarum ciuitatum, eos ad ſoluenda ſibi eccleſiaſtica iura compellant. † Quia vero transgredi non debemus terminos a patribus conſtitutos, aut falcem in meſſem mittere alienam: f. v. m. qua. prædictorum locorum prælatos, vt ſibi nullam in prędictos Anconeñ. † habitatores iuriſdictionem vſurpent; nec ab eis temporalia exigant, quibus ſpiritualia nõ miniſtrant; diſtrictione, qua conuenit, compellatis, ita tamen, quod ſi de agris in eorum parochia † cõſtitutis fructus perceperint, † & in vltra marinis partibus ratione prædiorum decimæ perſoluuntur, deinceps eis ipſas decimas cum integritate perſoluant: dicto vero Ancon. tamquam diœceſano ſuo de ceteris reſpondere cogantur.

† al. reſident al. reſideant † al. cõpellunt † al. Acoñ. † al. parochijs † al. percipiũt

## DE DECIMIS. Tit. xvij.

*Hieronymus ſuper Ezechielem.* *Cap. 1.*

De dec. c. 1.

D ECIMAM partem omnium frugum Leuiticę tribui populus ex lege debebat, rurſus ex ipſis decimis Leuitæ, hoc eſt inferiorũ miniſtrorum gradus decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoq. & aliæ decimæ, quas vnus quiſq. de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, vt comederet eas, cum iret in templum in vrbem Hieruſalem, & in veſtibulo templi ſacerdotes, & Leuitas inuitaret ad conuiuium. Erant autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recõdebant. † At vero primitiua, quę de frugibus afferebant, † non erant ſpeciali nomine diffinita; ſed offerentium † arbitrio derelicta, traditionemq. † accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam; & intra quadrageſimam, & ſexageſimam licebat offerri, quodcũq. voluiſſent. Quod igitur

al. reddebant † al. offerebãt al. auferebant † al. afferen. † quoq.

in Pentateucho dubium derelictum eſt, hic
ſpecialiter diffinitur propter ſacerdotum aua
ritiam, ne amplius a populo exigant in pri-
mitijs offerendis. i. vt ſexageſima pars offe-
ratur eorum, quæ gignuntur a terra. ſi enim
† al. vocatur chorus, qui Hebraice appellatur † Gomor, &
a ſeptuaginta dicitur Gomor, xxx. habet mo
dios tam in aridis ſpecieb. quã etiã in liquẽ-
† al. Cophum tibus. Cophi † quoque, & batus decima pars
eſt chori. præcipitur quoq. vt ſexta pars tam
chori, quam cophi, quã bati detur ſacerdotib.
in primitijs offerendis, quæ de tribus modijs
dimidium facit modium, perſpicue ſupputa-
tur, quam ſexageſimam partem primitiarum
† al. debent ſacerdotes accipere deberent. † hæc interim
iuxta litteram, & Hebraicam veritatem, &
ſenſiſſe ſufficiat, & audiſſe.

*Alexander iij.* *Cap. 2.*

c.17.e. QVAMVIS graue ſit nimis, & diuini
dignum animaduerſione iudicij habeatur,
quod laici quidam, quod ſacerdotum eſt, in
eccleſiaſticis rebus vſurpãt; maiorem tamen
† al. in curris incurrunt † formidinem, & dolorem, quod
fomitem ſui erroris dicuntur in ipſo clero ali
quotiens inuenire. dum quidam coëpiſcorũ
noſtrorum, aliorumq. prælatorum eccleſiæ,
decimas, & eccleſias ipſas diſponere eis indul
gent, & eos in deuia mortis impellunt; qui
prædicatione eorum ad vitæ viam fuerant re
uocandi. de quibus dicit dominus per pro-
phetam: Populi mei peccata comedunt, & ad
iniquitatem prouocant. Vnde ſtatuimus; vt
ſi quis alicui laico in ſęculo remanenti eccle-
† al. deeſt, oblationem ſiam, decimam, oblationem † ve conceſſerit,
a ſtatu ſuo, ſicut arbor, quæ inutiliter terram
occupat, ſuccidatur, & donec emendet, dolo-
re ruinæ ſuæ iaceat proſtratus.

*Alexander iij. Maſſilien. Epiſcopo.* *Cap. 3.*

c.18.e. CVM ſint homines in parochia vnius
eccleſiæ, ſicut aſſeris, qui terras in alia paro-
chia alterius excolunt; tua diſcretio nos con-
ſuluit, cui eccleſiæ de terris illis decimas ſol-
uere debeant; an ei, in cuius parochia ſunt cõ
ſtituti, an illi, in qua diuina audiunt, & eccle-
† al. percipiant ſiaſtica alia percipiunt † ſacramenta. Sane cũ
huiuſmodi quæſtio temporibus prędeceſſo-
rum noſtrorum ſæpius mota fuerit, nec ab ali
quo terminata, alijs intuitu territorij, alijs
perſonarum obtentu aſſerentib. debere per-
ſolui; non eſt nobis facile certum ſuper hoc
dare reſpõſum; cum auctoritates ſanctorum
patrum etiam ſint diuerſæ; & ideo in huiuſ-
modi dubitatione ad conſuetudinem duxi-
† al. credimus mus † recurrendum, & attendẽdum; etiam
ſi illæ eccleſiæ in vno ſint, vel in diuerſis Epi
ſcopatib. conſtitutæ. quia difficile nimis vide
tur, vt vna eccleſia in Epiſcopatu alterius re
cipiat decimas, cum ex hoc Epiſcopatuũ fi-
nes confundi non immerito viderentur. † † videãtur

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 4.*

NON eſt in poteſtate hominum, cum c.22.e.
plantant arbores, vel aliqua terrę ſemina mã
dant, quid eis ſatio ſit, vel plãtatio redditura;
cum iuxta verbum Apoſtoli ad litteram ex-
ponendum, neq. qui plantat, aliquid plene fa
ciat, neq. qui rigat, ſed Deus, qui tribuit incre
mentum. Audiuimus autem, quod quidam
veſtrum de vineis, oliuetis, cannamellis, & fru
gibus non niſi primo deductis expenſis ſemi
num, & laboris, vel agriculturæ, decimas cu-
rant eccleſijs exhibere. Reuera ſicut ſancti
patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino,
grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis,
& negotio, † & de ipſa etiam militia, & de ve † al. negotiatione
natione, & de omnibus bonis, decimæ ſunt †
miniſtris eccleſiæ tribuendæ, ita etiam, vt qui
his ſoluere neglexerint, eccleſiaſtica debeant † ſint
diſtrictione percelli. Præterea, ſi quis decimas
Deo non dederit, quę ſunt tributa egentium
animarum, & ex debito requiruntur; ad de-
cimã partem, vt docet Auguſtinus, reuocari
meretur. Volumus igitur, & diſtricte præcipi
mus; quatenus † antequam deducatis de cun † al. quod
ctis veſtris bonis collectis expenſas, ſaluis pri
uilegijs Romanæ eccleſiæ, decimas eccleſijs,
ad quas pertinent, cum integritate debita per
ſoluatis.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 5.*

EX parte dilectorum filiorum noſtrorũ c.21.e.
canonicorum eccleſię tuę nobis eſt querella
propoſita; quod quidam agricultores, cum
ſimul vel diuerſis anni temporibus in eodem
agro, vel horto diuerſa ſemina ſparſerint, † † al. ſparſerunt
non niſi de vnius illorum ſeminum fructib.
decimas illis † perſoluunt; qui etiam decimas † al. illẽ
de agrorum prouentibus non curant exſol-
uere, niſi quibuſdam deductis expenſis, quas
faciunt pro illis ad horreum, vel ad aream de
portandis. Quia igitur per hoc canonicis ip-
ſis, & eccleſiæ Dei non modica irrogatur in-
iuria, cum Leuitis abſq. expenſis decimas ſit
iniunctum impendi: m. qua. inquiſita diligen-
tius veritate, ſi rem taliter noueris ſe habere;
agricultores illos, vt de omnibus prædiorũ † † al. p̃dictorũ
fructibus, nullis ſubtractis expenſis, ſed inte-
gràs potius decimas, & abſq. deminutione per
ſoluant, per cenſuram eccleſiaſticam omni
oc. † & ap. ceſ. cõpellas, & auctoritate noſtra † cont.
diſtri-



diſtricte inhibeas, ne talia de cetero aliqua cu
piditate, ſeu præſumptione attemptent.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 6.*

Non ponitur. PERVENIT ad audientiam noſtrã
ex conqueſtione B. Dolenſis Archidiaconi
rectoris eccleſiæ de N. quod cũ eccleſia ipſa
de frugibus quarundam terrarum, quæ in-
fra fines parochiæ ſuæ poſitæ aſſeruntur, de-
† al. percipere cõſueuerit. cimas (perſoluere conſueuerint, † nunc ad
pratorum opus remanentibus eiſdem incul-
tis decimæ de feno, quod ab eis colligitur, ei-
dem eccleſiæ contra iuſtitiam ſubtrahuntur.
Volentes igitur indemnitati eiuſdem eccle-
ſiæ, circumſpectione, qua cõuenit, prouidere:
d. v. p A. s. m. qua. eccleſiæ, de qua præmiſi-
mus, feni decimas, quod de terra prouenit, a
† eorũ memoratis earum † dominis, per eccleſiaſti-
cam diſtrictionem exſolui ſub. ap. ob. con-
pellatis.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 7.*

e.23.e. EX tranſmiſſa querella B. de Leũ. † Ar-
† al. Dolen. al. Delen. chidiaconi rectoris eccleſiæ de N. intellexi-
mus; quod cum miles quidam molendinum
quoddam ad ventum in terra quadam infra
fines parochiæ ſuæ, de cuius terræ prouenti-
bus decimas ſolebat eccleſia percipere me-
morata, conſtruxit, de ipſius molendini ob-
uentionibus decimas ei exſoluere contradi-
cens, & in ſalutis ſuæ periculum detinere nõ
ueretur. Quia igitur fidelis homo de omnib.
quæ licite poteſt acquirere ſine deminutione
decimas erogare tenetur: diſ. v. p A. s. m. qua.
prędictum militem ad ſolutionem decimarũ
de obuentionibus, quæ de prędicto molen-
dino ſibi proueniunt, ſine deminutione ali-
qua per cenſuram eccleſiaſticam ſub. ap. obſ.
conpellatis.

*Clemens iij.* *Cap. 8.*

Non ponitur. AD audientiam noſtram te ſignificante
peruenit; quod cum † Iudæi cupiditate maxi
† al. deeſt cum ma, & damnabili parochiam ſancti Laudi
pro parte magna occupauerunt, & adhuc re-
ſiduum de die in diem occupare contendunt.
Quia vero pręſcripta ſancti Laudi eccleſia
propter hoc magnam ſuorum bonorum ia-
† incurrit cturam incurrerit † diſ. v. per A. s. p̃. m. quate
nus niſi Iudæi, qui in ciuitate Rotomagenſi
† al. cõmonitionem morantur, ad monitionem † veſtram, & de-
cimas, & omnes prouentus alios, quos de pa-
rochianis fidelibus, ſi ibi habitarent, cõſeque-
rentur, prędictę ſancti Laudi eccleſię, & alijs,
quarum parochias detinent occupatas, an-
nis ſingulis ſufficienter, ac congrue recom-
† al. xp̃no. penſare curauerunt; omnes Chriſti † chara-
ctere inſignitos, ſiue virilis, ſiue feminei ſexus
extiterint, qui Iudæis obſequium exhibere,
aut mutuo aliquid ab eis accipere, aut reſti-
tuere iam acceptum, venditiones, aut locatio
nes cum eis contrahere, ſeu quemlibet alium
contractũ inire, vel eis, aue dicere, ſeu habere
colloquium, niſi de ſua correctione, vel inex
perta cõuerſione allicere † vlla præſumptione † al. deeſt allicere.
temptauerint, omni gratia, & timore poſtpo-
ſitis, contradictione, & ap. ceſ. anathematis
vinculo aſtringatis, cui etiam volumus ſen-
tentiæ ſubiacere, quicumq. illis ad veſtri elu-
ſionem mandati, conſilium ſuum, ſiue auxi-
lium impenderit, aut fauorem.

## DE REGVLARIBVS, ET TRANſeuntibus ad religionem. Tit. xviij.

*Ex regiſtro Gregori.* *Cap. 1.*

QVIA in inſulis dura eſt congre De regul. c.6.
gatio monachorum, pueros in eiſ
dem monaſterijs ante xviij. anno
rũ tempora ſuſcipi prohibemus;
vel ſi qui ſunt, eos experientia ve
ſtra † auferat, & in vrbem Romanam trãſmit † al. tua
tat: hoc in Palmaria, & in alijs inſulis te per
omnia volumus cuſtodire,

*Alexander iij. Eboraceñ. Archiepiſcopo. Cap. 2.*

AD audientiam Apoſtolatus noſtri per- Non ponitur.
uenit, quod quidam diaconus G. nomine vo
lens in presbyterum ordinari, Archidiaconũ
ſuum adijt, & tunica nepoti Archidiaconi
collata, vt eius negotium promoueret, ſic eſt
in presbyterum, vt creditur, eius interuentu,
& auxilio ordinatus. tempore vero proceden
te, cum eum cõſcientia ſua ſuper huiuſmodi
ordinatione accuſaret, communicato virorũ
prudentum conſilio ad religionem fratrum
hoſpitalis Hieroſoly. † tranſijt, in qua quidẽ † al. Hiẽm.
religione, ſicut aſſeris, decennio permanſit, &
nunc artioris religionis obtentu ab eorũ cõ-
ſortio ſeparari, & in loco deſiderat ſolitario
per dignos pęnitentiæ fructus delictorum ve
niam obtinere, ſecrete ſacerdotale officium
exequendi licẽtia miſericorditer obſeruata. † † al. obamata
Ceterum cum in priuilegijs hoſpitalis mani-
feſtius prohibetur, poſt factam in eadem do-
mo profeſſionem diſcedere, etiam artioris re-
ligionis obtentu; illius voto aſſenſum nequi-
uimus impertiri. faciat igitur apud prædictos
hoſpitalarios, ſine executione ſacerdotalis of
ficij dignos pænitentiæ fructus ſciens, quod
quælibet occulta loca ſine gratia animas ſal-
uare non poſſunt. Quid enim paradiſo iocũ-
dius? quid cælo ſecurius? & tamen ex para-
diſo homo, & angelus de cælo cecidiſſe pec-
cando

cando minime dubitatur.

*Clemens iij.* *Cap. 3.*

c. 12 e. CVM virum te prudentem in cauſis fore nouerimus, & diſcretum; ſi in quibus dubitas, a nobis conſilium ſollicitudine paſtorali requiris, & tibi de iure canonico, † quod poſſumus, reſpondemus, & prudentiam tuã dignis in domino laudibus commendamus. Curaſti ſiquidem tua nobis inſinuatione proponere; vtrũ ea, quæ infra diſcretionis annos a parentibus monaſterio tradita eſt, & habitũ religionis induens benedictionem accepit, & exiens poſtmodum † cuidam ſe militi copulauit; ex quo etiam prolem ſuſcepit, ad monaſterium redire cogatur; cum illa aſſerat, poſtquam ætatem conſentiendi habuit, † diſſenſiſſe, & benedictionis munus inuitam ſuſcepiſſe commemorat. Super hoc conſultationi tuæ duximus reſpondendum; quod cũ iuxta concilij Toletani cenſuram, monachum aut paterna deuotio, aut propria profeſsio † faciat; quidquid horum fuerit allegatum, † tenebit, reuertendi ad ſęculum aditu † penitus interdicto. non enim videtur illa monaſticæ profeſsionis a ſe poſſe iugum excutere, cum eam non conſtet euidenter contradixiſſe, cũ benedictionem accepit, quam vtiq. non niſi in ætate diſcretionis recipiunt, quę velantur, præſertim ſi † rati habitione ſequenti, etſi eam quandoq. contradixiſſe cõſtiterit, quod ante geſtum eſt, roboratur. Nec obloquitur, quod de ſancti viri prædeceſſoris noſtri Leonis papæ conſtitutione per contrarium ſenſum aſſumitur; vt puellæ, quæ coactæ parentum imperio virginitatis † habitum ſuſcepe rũt, † ipſum poſſunt ſine prȩuaricatione deſerere: cum de ea poſsit intelligi, quæ in ætate nubili noſcitur conſtituta; tunc enim quia liberum arbitrium habet in electione propoſiti, parentum ſequi non cogitur volũtatem.

(Margin: † al. cõmuni; † al. poſtea; † al. habuerit; † al. cõfeſſio; † al. alligatum; † abitu; † al. cũ; † al. religionis; † ſuſceperint)

*Idem.* *Cap. 4.*

c. 13. e. PORRECTVM nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. canonicus Acherontinus infirmitate grauatus, votum, vt fieret monachus, ſe aſſeruit emiſiſſe. Vnde metuens, ne voto decederet non completo, iunctis manibus tibi ſe reddidit in monachũ, & fratrem. Alij quoq. in abſentia tua in ſacerdotum manibus monachos ſe fieri deuouẽtes, † ſani facti ad vomitum redierunt, & cũ familiares monaſterij tui antea extitiſſent, quia nõ fuerunt † ad familiaritatem antiquã admiſsi, aduerſarij facti ſunt pro amicis. Vtrũ ergo talium facta diſsimulare valeas, ne fiant deteriores, an conpellendi ſint † ad conplenda † promiſſa, per nos poſtulas edoceri. Nos ergo inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod cum monachum faciat non habitus, ſed profeſsio regularis, ex quo a † conuerten do emittitur, & recipitur ab Abbate, talis vt fiat monachus, & reddat domino, quæ promiſit; erit vtiq. non immerito (vt fiat monachus † compellendus.

(Margin: † al. volentes; † al. fuerant; † al. ſũt; † al. ſeruanda; † al. deeſt a; † al. deſunt)

*Caleſtinus iij.* *Cap. 5.*

c. 14 e. CVM ſimus † &c. & infra. Sane nuper auribus noſtris eſt relatum, quod cum C. miles lepræ morbo domino permittente eſt reſperſus, ſe cũ filio ſuo diſcretionis annos nullatenus agente ad quoddam monaſteriũ cũ bonis etiam ſuis, quæ a monaſterio ipſo tenuerat, contuliſſet, dictum filium ſuum habitum fecit ſuſcipere monachalem. cumq. ipſi puero diſciplina monaſtica propter aſperitatem regulæ diſpliceret; infra x. hebdomadarum ſpatium a monaſterio, & habitu taliter ſuſcepto reſiliens, † bona patris ab Abbatia illa cœpit cum inſtantia poſtulare. & cum ſuper hoc ad diœceſanum Epiſcopum quęſtio delata fuiſſet, & coram eo aliquandiu diſputatum, † quia pleriq. ſentire de rigore canonũ videbantur, ſi conſanguinei dicti pueri poſſent teſtibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos diſcretionis exiſtere, ipſum tali voto nullatenus obligari: dictus Abbas ad Maguntinæ ſedis audientiam appellauit, & quidam de † conſanguineis eiuſdem pueri ad Romanã eccleſiam appellationem, ſicut ex litteris Auguſtini Epiſcopi comperimus, tranſtulerunt. Ideoq. diſcretioni v. ſignificatione præſentium intimamus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis peruenit, † & habitum retinere noluerit monachalem, ſi ad hoc ipſum induci nequiuerit; non eſt cõpellendus. quia tunc liberum erit ſibi eum dimittere, & bona paterna, quæ ipſi recte ſucceſsione proueniunt † poſtulare.

(Margin: † al. ſicut; † al. reſilinit; † al. diſputaſſet; † al. ex; † al. peruenerit; † perueniunt)

*Caleſtinus iij. oblatis vniuerſis monaſterij ſancti Petri de Fertum.* † *Cap. 6.*

QVI relictis mundanis illecebris religioſis domibus, in quibus digne valeãt pænitere de commiſsis; aſsidue inpendere obſequium creatori debeant, ſe pia deuotione offerunt, & committunt, viuere non debeant pro ſuæ voluntatis arbitrio, ſed etiam † prælati ſui magiſterio in omnib. obedire. Inde eſt, quod vniuer. veſtræ mandamus, & firmiter præcipimus; quatenus veſtro Abbati debitam reuerentiam, & obedientiam exhibentes, ad mandatum ipſius monachalem habitum recipere non tardetis; & ipſius ſalubria in omnibus mandata obſeruare. Alioquin, noueritis nos ſententias, quas idem Abbas in contumaces protulerit, & rebelles, ratas habituros, & firmas.

(Margin: † al. Ferrum; Non ponitur.; † al. & al. deeſt)



## DE CONVERSIONE CONIVGATORUM. Tit. xix.

*Vrbanus iij. Priori ſanctæ crucis.* *Cap. 1.*

De conuer. coniu. c. 9. EX parte dilecti filij Abbatis ſancti Petri de Romandin ad audientiam noſtram peruenit, quod cum D. de Ter. † in infirmitate poſitus cõſentiente vxore ipſius, votum vouens caſtitatis monachalem habitum ſuſcepiſſet, poſtmodum ab infirmitatis ipſius liberatus anguſtia; & prædictam vxorem ſuam retinuit, & aliam, ea defuncta ſibi temere copulauit. Quia vero licet prædictus D. vxore ſua remanente in ſæculo, de iure ad religionem nequiuerit † proficiſci, ea tamen ſublata de medio votum quidem factum ſine ſalutis ſuæ periculo nequaquam potuit violare: m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, prædictum D. per excommunicationem compellas; vt eam mulierem ſine dilatione dimittat, & ad ſuum monaſterium reuertatur, de cetero ſub regulari habitu domino ſeruiturus.

(Margin: † al. de Deret.; † nequiuit)

*Caleſtinus iij.* *Cap. 2.*

c. 10. e. CONSVLVIT nos G. ſacerdos de ſancta Columba, vtrum vir mercator, negotiationi, & vxori propter Deum renuntians, ad religionis habitum tranſiens, & in eo per annum, & amplius moram faciens, vxore ſua poſtquam ad domum tranſierat regularem, de præſenti vita ſublata ſæcularem habitũ reſumere valeat, quem dimiſit, & aliam ducere † in vxorem; vel ſi ductam ei liceat retinere. Cui conſultationi taliter duximus reſpondendum; quod prædictus vir, nec habitum poteſt abicere, quem aſſumpſit, nec aliquam ſibi matrimonio copulare. quod ſi contraxerit, matrimonium ipſum decreuimus † dirimendum.

(Margin: † al. traducere; † al. decernimus)

*Caleſtinus iij.* *Cap. 3.*

c. 11. e. KARISSIMVS in Chriſto filius noſter R. Rex Illuſtris Sueuorum Apoſtolatui noſtro litteris, & nuntio humiliter nuntiauit, † quod cũm eſſet adoleſcens, & dilecta vxor eius iuuencula; mutua fide voto contrahendi legitimi matrimonij ſe aſtringentes, inuicem conſenſum ſuum accedente voluntate parentum, arrarum donatione roborauerunt. poſtmodum vero claræ memorię N. patre ſuo ab inimicis occiſo, cum (per bellorum aduerſitatem † vndiq. premeretur, & habito cum hoſtibus ſuis congreſſu victus, fugatuſq. fuiſſet, quia timebat, ne ipſa ſponſa ab inimicis ſuis per violentiam raperetur, & alia ſimilis ei non inueniretur in regno, quam ſibi poſſet matrimonialiter copulare; de ſuorum, & eiuſdem ſponſæ parentum conſilio factum eſt, quod in cõuentu habitum ſanctimonialium monaſticum ſine propoſito perpetualiter retinendi ſuſcepit; & ibidem per aliquot † annos moram fecit, ne quid ab inimicis iniuriæ pateretur. quam cum pace reddita, & obtento de inimicis triumpho ſollemniter duxiſſet, cum grandi exultatione vxorem, & ex ea filios ſuſcepiſſet; vnum eorum de communi conſenſu, & electione principũ Sueuiæ in regnum ſibi inſtituit ſucceſſorem: procedente vero tempore, prędicta vxor graui infirmitate correpta, cum ſe de hac vita crederet receſſuram, † timore mortis inducta cõtinentiam vouit. Cumq. Rex ipſe nollet eam contriſtare, † conceſsit ad tempus; nunc autem ſe continere proponit nõ poſſe, & quod licite poſſe fieri arbitratur, ad thorum vxoris ſuę redire cupit, † & ad reprimendas ęmulorum ſuorum detractiones, & obloquia, petijt a nobis dari ſibi in mandatis; vt vxorem ſuam auctoritate noſtra maritali affectione pertractet, non obſtante voto continentiæ incaute ab ipſa emiſſo; & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia ſuper his nos ad plenũ non potuimus elicere veritatẽ, f. t. cognitionem horum, & deciſionem canonicam duximus committendam, p A. s. m. vt ſuper his inquiratis diligentius veritatem; & ſi vobis conſtiterit, quod prædicta mulier (primo fuit † inter moniales recepta timore violentiæ & rapinæ; & propoſitum profitebatur ſe habuiſſe nubendi, cum inter eas moram faceret, præſertim cum poſtmodum in facie eccleſiæ publice Regi nupſerit, & vſq. ad hæc tempora cohabitando † filios ex (ea ſuſcepit, † eam denuntietis prȩfato monaſterio non teneri: non enim factum illud contractum matrimonij poteſt dirimere, & ſi forte poſſet matrimonium contrahendum impedire. De alio vero ita † ſollicite diſcretio fraternitatis veſtræ diſcutiat, quod ſi inueneritis eandem graui infirmitate depreſſam continentiam vouiſſe, & virum eius ad tempus præ-

(Margin: † al. intimauit; † bellorũ aduerſitate; † aliquos; † deceſſuram; † al. cõtriſtari; † al. cupiens; † al. fuerit; † al. cohabitãs; † al. eo ſuſceperit; † al. deeſt ita)

præbuiſſe conſenſum, maxime ſi non idem vir perçq. continentiam vouerit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & inuicem vtrumq. maritali affectione tractare.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 4.*

c. 12. c.

PLACET nobis, & tuam prudentiam commendamus, quod in cauſis dubijs ſedis Apoſtolicæ cōſilium requiris. licet enim prçditus ſis ſcientia litterarum, ad matrem tuam Rom. eccleſiam idcirco deuote recurris; vt habita, ſuper quo dubitas, reſponſione condigna, quam in ſimilibus ſeruare formam debeas, euidenter agnoſcas. per dil. autem filiū W. † Decanum Cathalaueñ. † Apoſtolatum noſtrum ſollicitudo tua conſuluit; vtrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis aſſumpſerit; & eo reuerſo de monaſterio educta fuerit; poſt obitum viri ſit ad obſeruantiam regulæ compellenda. Super quo diſ. t. ſic reſpondemus, quod licet votum eius non tenuerit vſque quaq. eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus ſe poterat obligare. promiſit enim intrando monaſterium, ſe non exacturam carnis debitum, quod erat in poteſtate ipſius, redire vero ad ſæculum, in eius poteſtate non erat; ſed in poteſtate mariti; & ideo, quantū ad ipſam tenuit votum, quod poſt viri obitum tenere non deſijt, cum ad eum caſum redierit, a quo poterat efficax habere principium. Conſultius itaq. dicimus, & ei congruentius ad ſalutem, prædeceſſoris n. felicis memoriæ Alexandri Papæ veſtigia imitantes, vt vanitatib. ſæculi derelictis ad monaſterium redeat, vbi bona ducta intentione profeſsionem fecit, & habitū religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, inuitam ipſam credimus non cogendam.

† *al. G.* † *al. Catalaneñ.*

DE CONVERSIONE INFIDElium. Tit. xx.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur.

INTERROGATVM eſt ex parte veſtra; vtrum Iudæi vel Sarraceni ad fidem Chriſtianam cōuerſi ſuis vxoribus cohabitare valeant, quas in ſecūdo, tertio, & quarto gradu ſibi, dum fuiſſent in infidelitate poſiti, matrimonialiter copularunt; & an ipſis conuerſis liceat relictis coniugibus ad alias nuptias conuolare. Auctoritate tibi præſentium reſpondemus: quod taliter ad fidem Chriſti cōuerſi, quamdiu voluerint vxores eorum remanere cum ipſis; eas ſiue conuerſæ ſint, ſiue non, licentiam habeant, ſi voluerint, retinēdi, non tamen ſunt cogendi ad hoc. Ceterum ipſis viuentibus, & volentibus remanere, cum alijs contrahere non debent. † quod ſi in odiū Chriſtianç fidei receſſerint, cum teſte Gregorio, cōtumelia creatoris circa eū, qui relinquitur, ius matrimonij ſoluat, alias in matrimonium ducere non prohibētur, nec refert, vtrū in ſecundo, vel tertio gradu, dum fuiſſent a fide alieni contraxerint, † cum fuiſſet in veteri * tantum * lege prohibitum, ne ſororum ſuarum turpitudinem reuelarent.

† *al. debebunt* † *al. cōtraxerunt*

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 2.*

De conuer. infi. c. 1.

LAVDABILEM &c. & infra. Ceterū quod interrogaſti de Sarracenis, qui dū in captiuitate eſſent, quarundam Chriſtianarum viros eorū † inſidijs, & machinationib. occiderunt; vtrum quia poſtea per ipſas ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt; eaſdem de iure accipere poſſunt in vxores; vel ſi duxerint, ipſum cōiugium teneat. Hic Triburieñ. cōcilij regula cōtenti ſumus aſſerentis; quod ſi in mortem ipſorū virorū malitioſe fuerint machinatç, licet earū ſtudio ad eccleſiaſticam fidem acceſſerint: tamen nec eis adhçrere debent, nec ſunt, ſi adhçſerint, tolerādi. nō enim hic diſpenſatio ſine periculo poſſet admitti, cum tantum † damnum tali lucro eccleſia cōpenſare non velit. Ad hçc † Sarraceni quidā, qui in bello ſunt Chriſtianos interfeciſſe notati, & Chriſtiani ſimiliter Sarracenos, poſtea vero Sarraceni ad catholicam fidem a gentilitatis errore conuerſi; vxores eorum, quos certamine bellico (neci tradiderant; † ſibi matrimonialiter copularunt; id ipſum & Chriſtiani de Sarracenis mulieribus conuerſis ad fidem feciſſe noſcuntur, quç tamen poſtquā de priorum virorum morte compererunt † veritatem, diuortium inſtanter expoſcunt. reſpōdemus quoque in his, quod cum nec Sarraceni, nec Chriſtiani mortem alterutrorum procuraſſe noſcantur, matrimonium huiuſmodi inter prçdictas perſonas licite contrahi poteſt, & taliter copulati cuiuſcumq. ſexus exiſtant, diuortium poſt mortem coniugum poſtulare non puſſunt. Idem ſi quidem iuris erit in ſequenti caſu, quem proponere ſtuduiſti; cum S. Chriſtiano viro propter odiū vxoris Chriſtum negante, & ſibi copulante paganam, & ex ea filios procreante Chriſtiana in obprobrium Ieſu Chriſti relicta eſt, † tamen † aſſenſu Archidiaconi ſui ad ſecūdas nuptias conuolauit, & filios ſuſcepit ex † ipſis, non enim videtur nobis; quod ſi prior maritus redeat ad vnitatem eccleſiaſticam, eadem a ſecundo debeat recedere, & reſignari priori, maxime cum ab eo viſa fuerit eccleſiæ iudicio diſceſsiſſe, & teſte Gregorio contumelia creatoris ſoluat ius matrimonij circa eum, qui relinquitur † odio fidei Chriſtianæ. Quod autem mulier poſsit primo viro, qui ad fidem reuerſus eſt, nolente † ad vitam monaſticam remeare, † vel vtrum ille reuerſus ad eam, quam ritu gentili ſibi coniunxit, & quç propter eum ad fidem noſtram cum liberis ſuis eſt conuerſa, mortua prima † poſsit habere vxorem; & an filij ante conuerſionem geniti obtentu nuptiarum, quæ poſt conuerſionem ritu eccleſiaſtico celebratç fuerunt, † & ſimiliter ſi filij illius, quæ cum licentia Archidiaconi ſui marito priore viuente, ſed facto infideli nupſit viro catholico, legitimi ſint † habendi, tā regula, quā doctrina Apoſtoli, qua dicitur. ſi infidelis diſcedit, diſcedat. nō enim frater, aut ſoror ſubiectus eſt in huiuſmodi ſeruituti, † quam illud decretū memoratum Gregorij, non eſt peccatum dimiſſo propter Deum, ſi alij † ſe cōpulauerit; infidelis enim diſcedens, & in Deū peccat, & in matrim. & nihilominus, quod prçdeceſſor nr̄ bo. mem. Alex. iij. ita dixerit. tāta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Nos in huiuſmodi dubitare non ſinit, quin in his & liber aditus pateat ad religionem migrare volenti, & ille, qui ad fidem reuertitur, eam, quæ conuerſa eſt ad fidē, defuncta prima ſibi licite poſſit copulare; filij etiam in ſupradicto vtroq. caſu legitimi cenſeantur.

† *al. interficerant* † *al. cōperiunt al. comperuerint* † *al. tale* † *al. Ad hoc* † *al. deeſt eſt* † *al. cū* † *al. ab*



† *al. derel.* † *al. volente* † *al. cōmeare* † *al. priori* † *al. fuerint* † *ſunt* † *al. ſeruitute* † *al. alteri*

DE VOTO, ET VOTI REDEMptione. Tit. xxj.

*Alexander iij. magiſtro M. Abbati de Vad. Fordeñ.* *Cap. 1.*

De voto c. 3.

LITTERATVRAM tuā, & prudentiam, iam dudum referente fama cognouimus, & ſaluti tuæ tanto attentius conſulere debemus, & volumus, quanto perſonam tuam conſideratione tuæ honeſtæ cōuerſationis, & vitæ, feruentioris caritatis brachijs amplectimur. Relatum eſt autem aurib. noſtris ex parte tua, quod cū ex quadā minutione (brachij tui minuiſſes, † pauore mortis perterritus hçc verba tecū protuliſti, nō diu hic morabor; proponens in animo, quod religionis habitum eſſes aliquādo ſuſcepturus, ſed propter frequentes infirmitates (in ſuperficie † corporis, quæ plurimum vitç religioſç diſtrictionem impediunt, & quia tranſeuntibus hoſpitalitatem exhibes, & plura ſalutaria inpendis; quod cōcepiſti olim in animo, opere nondum inpleuiſti, ac per hoc dubitas, ne profracta fide voti indiſtricto debeas examine conueniri. licet autem prudentiam tuā latere non credamus, quid canones in huiuſmodi ſtatuant; tibi tamen conſulenti reſpondemus breuiter, quod ſentimus; præſentium ſignificatione mandantes, quod ſi plus non eſt progreſſum in voto, quam prædiximus; tranſgreſſor iudicari non poteris, & ſi non inpleas, quod dixiſti. Monemus autem prudentiam tuam attentius, & hortamur; quatenus id facias, quod tuæ ſaluti amplius cognoueris prouenire; & condicionis tuæ memor exiſtens memoriter teneas, quod Loth dum montis timeret aſcenſum, Segor ciuitatem paruulam petijt, & accepit.

† *al. brachium tuū intūuiſſet* † *al. deſunt*

*Alexander iij. vniuerſis Abbatibus, Ciſtreñ. † ordinis per Angliam conſtitutis.* *Cap. 2.*

† *a[l. Ci]ſterciē.* c. 4. c.

SCRIPTVRAE ſacræ teſtimonio declaratur; quod ſpiritualis homo propoſitū nō mutat, cum pro ſalute animæ ſuæ aliquid vtilius meditatur. Inde eſt, quod veſtris iuſtis poſtulationibus inclinati, vobis indulſimus, quatenus ſi quis ſepulchrum dominicum, vel alia limina ſanctorum propoſuerit viſitare; & infirmitate, vel alia rationabili cauſa occurrente apud vos religionis habitum aſſumere, atq. Deo ſeruire voluerit; libere eos recipere valeatis; nec rei voti fracti † habeantur aliquatenus, qui temporale obſequium in perpetuam † noſcuntur religionis obſeruantiam commutare.

† *al. ſicti* † *al. perpetuū*

*Alexander iij. Remenſi Archiepiſcopo.* *Cap. 3.*

Non ponitur.

AD audientiam noſtram noueris peruenisſe, quod cum nobilis vir Comes Clarimontis crucem ſumpſiſſet Hieroſolymam † profecturus, eam pro ſua voluntate depoſuit, nō attendens, quantū in violatione ipſius voti propiæ ſaluti detrahat, & honori. Verū quoniam tanto magis quiſque fraudati voti auget iniquitatem, quanto minorem habuit vouendi neceſsitatem: f. t. per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, præfatum Comitem ad votum ſuum implendum, vel ad commutandum in melius, ſi rationabilis cauſa non impedit, per excommunicationis ſententiam ap. re. compellas. Quanto enim maioris nominis eſt idem Comes, tanto plures exemplo ſuo corrumperet, ſi a voto recedere ſineretur.

† *al. Hierusalem*

*Clemens iij.* *Cap. 4.*

Non ponitur.

PERPENDIMVS &c. Ceterum de voto, quod ipſum comitem feciſſe proponis, vt ſcilicet ſingulis ſextis ferijs in pane, & aqua ieiunaret, non videtur, quod redemptio illa ſufficiat de altari conſtruendo; cū † quāuis voluntarium ſit vouere, ex neceſsitate tamen vota facta illicita† ſunt ſoluenda. Ad vltimum quod de ſubueniendo terræ Hieroſolymitanę promiſit, ipſum ad eundum illuc in propria perſona, ſi fieri poteſt, diligentius exhorteris; vel in voti ſupplementum competentia ſubſidia euntibus Hieroſolymam ſubminiſtret.

† al. quia † al. licite

## DE STATV REGVLARIVM. tit. xxij.

*Alexander iij.* Cap. 1.

Non ponitur.

SI cum aliquo veſtrum pecunia fuerit inuenta, & in vita ſua non patefecerit, nec ad eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra ciuitatem in campis ponatur.

*Alexander iij. vniuerſis Abbatibus, & conuerſis Ciſtrenſis ordinis.* Cap. 2.

De ſtatu mon. c. 3

RECOLENTES qualiter hæc plātatio ſancta, hæc vitis fructifera, hæc deniq. vinea domini Sabaoth ſub primis ordinis patribus pullulauit; & palmites longe, lateque producens ad mortifera circumquaq. venena pellenda protulit flores, & odores effudit; peruigili cuſtodia cuſtodiatis eorum in omnibus inhærere veſtigijs, per quos co operante domino in deſerto huius mūdi flos huiuſcemodi plantatus eſt honeſtatis. hi enim monaſticæ frugalitatis† contentiſsimi, optimū ponentes in paupertate principium, totius ſufficientiæ aſſecuti ſunt complementum, eccleſiæ cari, Epiſcopis, & prælatis accepti, atq. in conſpectu Regum, ac principum fama, & merito glorioſi. nunc autem, quod dolentes dicimus, & † ſi non ab omnibus, neq. in omnib. a pleriſq. tamen, & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum, in tātum, vt† aliqui ex vobis primæ inſtitutionis obliti penitus, vel ignorantes contra ordinis veſtri regulam villas, molendina, eccleſias, & altaria poſsident, fidelitates, & hominia † ſuſcipiūt, iuſtitiarios, † & tributarios † tenent, & omne ſtudium adhibent, vt termini eorum dilatentur interris, quorum conuerſatio debet eſſe in cælis. Læditur hinc † ordo penitus, & vitiatur, (nec eſt † mutatio dexteræ excelſi, quin immo potius de dextera trāſeunt in ſiniſtrā; qui cum relicto ſæculo ſub paupertatis habitu Deo militare decreuerunt, in † negotijs denuo ſæcularibus inplicātur. Inde eſt, quod vobis ab ijs, qui foris ſunt, contentiones, & litigia ſuſcitantur, & Abbatibus in cauſis forenſibus occupatis, plurimum in commiſsis domibus & tepor ordinis, & diſſolutio naſcitur caritatis. maxime quia caritas in paupertate plus proficit, & cupiditatis dedignata cōſortiū, niſi illa reſtringatur, hæc tepeſcit. Ideo ſanctum, ac venerabile collegium veſtrū precibus, & monitis, quibus poſſumus, exhortamur; quatenus domus illæ, quæ a prima ſui origine in ordine ipſo ſunt fundatæ, conſtitutis, & ordinatis terminis ſint contentæ; nec velint inordinate ad ea manus extendere, quæ ſine laboribus, & periculis multis, & † demum ſine criminibus, & magna confuſione non poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis, ad communia volueritis aliorum monaſteriorum iura diuertere; oportebit, & vos communi iure cenſeri; quia dignum eſt, vt ſi qui ſimilem cum alijs ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentianc in legibus diſciplinam. Ceterum domus illę, quæ ab † alijs inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint, † veſtris omnino ſe ſatagant † vſibus conformare. & relictis poſſeſsionibus, vel mutatis, quas inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptent, vt quemadmodum ſe gaudēt † in ſocietatem ordinis, identitatemq. habitus, & obſeruantię regularis aſſumptas, † ſic etiam in paucitate ſæcularium rerum ſe lętentur veſtris inſtitutionibus conformatas, † quatenus inde & ſuperno cōditori magis amabiles, & nobis, atq. vniuerſę eccleſię merito debeant fieri cariores. Sane ſi ſuper poſſeſsionib. ipſis in aliquo de monaſterijs veſtris Apoſtolicę ſedis auctoritas diſpenſauit, a nullo veſtrum ſumēdum eſt inde exemplum; quia temerarium eſt, & indignum aliquem ſibi ſua auctoritate præſumere, quod Romana eccleſia alicui monaſterio, certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit indulgere beneficijs.

† al. fragilitatis † al. quod † al. quod † al. dominia † al. iuſtitiarias † al. tributarias † al. hic † al. ſi eſt hæc † al. de eſt in † al. de eſt & † al. de † al. trāſtulerūt † al. ſatagunt † al. gaudeant † aſſumptos † conformatos

*Alexander iij. omnibus Epiſcopis.* Cap. 3.

Non ponitur. † al. Ciſterciē.

DILECTOS filios noſtros, & fratres; qui ſunt in ordine Ciſtreñ. † attentioni veſtrę propenſius commendantes, vobis per A. s. m. qua. eos contra antiquam conſuetudinem, & libertatem ordinis fratribus a Romana eccleſia indultā, ad ſynodum, & ad concilium non cogatis venire, ſed ipſos † iuxta cōſuetudinē ſui ordinis, permittatis in arce contemplationis libere domino famulari, ita quod caritas, & affectio veſtra debeat exinde in domino merito commendari.

† al. eos

Alex-



*Alexander iij.* Cap. 4.

Non ponitur. † al. Ciſterciē. † al. ſimus † al. veritatis † al. cogeretis

QVANTO nos fidem, & deuotionem veſtri ordinis Ciſtreñ. † in multis ſumus† experti; tanto amplius ea, quæ a prædeceſſorib. noſtris ſibi amore virtutis† indulta ſunt, obſeruare tenemur. Auctoritate igitur Ap. vobis inhibemus artius, ne pro obſeruatione eorum, quæ ipſis Apoſtolica ſedes conſueta benignitate indulſit, in mercenarios ſuos interdicti, vel excōmunicationis ſententiam præſumatis promulgare: pro certo ſcituri, quod ſi hoc egeritis, † graue eſſet nobis modis omnibus, & moleſtum, & indignationē Dei, & iram, & pœnam poſſetis incurrere.

*Alexander iij.* Cap. 5.

Non ponitur. † al. ſtatuimus

SI qua libera, vel abſoluta perſona pro redemptione animę ſuæ veſtro monaſterio ſe conferre voluerit; ſuſcipiendi eam liberā habeatis facultatem; addētes etiam Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne quis veſtros fratres clericos, ſiue laicos poſt factam in monaſterio veſtro profeſsionem abſq. veſtra licentia ſuſcipere audeat, vel tenere. Pręſenti quoque decreto ſancimus, vt Epiſcopus, in cuius diœceſi eccleſia veſtra conſiſtit, nec electionē Abbatis veſtri vnquam impediat, nec de remouendo eo, aut deponendo, qui pro tēpore ſecundum ſtatuta Ciſtreñ. ordinis remouendus, aut deponendus fuerit; ſe vllatenus intromittat. Sancimus † autem, ne quis Archiepiſcopus, vel alterius ordinis clericus veſtrum locum diuinis interdicat officijs: ſed liceat vobis omni tēpore clauſis ianuis, & excluſis excommunicatis diuina officia celebrare. Paci quoq. & tranquillitati veſtrę prouidentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum, vel grangiarum veſtrarum nullus violentiam, vel rapinam, ſeu furtum facere, aut ignem apponere, vel homines capere, ſeu interficere audeat. ſi quis temerario auſu hoc præſumpſerit, tamquam ſacrilegus iudicetur, & excommunicationis vltione plectetur.

*Clemens iij.* Cap. 6.

c. 4. e.

SVPER quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet a Priore ſuo cōmonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit reſignare; & ſic diem clauſit extremum, quid ſi de illo agendū ſit, cum nihilominus fuerit inter alios fratres traditus ſepulturæ, nos duxiſti neceſſario requirendos. Quia vero te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Auguſtini habeatur ſtatutum; & quod id ipſum in ſynodo Lateraneñ. conſtet inhibitum manifeſte: inquiſitioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus; quod ille canonicus nō tantū fuit Chriſtiana ſepultura priuandus, verum etiam ſi ſine maximo ſcandalo potuerit fieri, de ipſa proici dignus eſt eccleſia; & extra cœmeteriū eccleſiæ ſepeliri. Cum ſicut in ipſa ſynodo habeatur † expreſſum, nec oblatio pro eo facienda ſit, nec inter fratres debeat ſepulturam habere. Hoc autem cum forte contigerit, in ſimilibus eſt agendum.

† habetur

## DE CAPELLIS MONACHORVM. Tit. xxiij.

*Lucius iij. de Maſſandane, † & de Dorceſtre Abbatib. & magiſtro A. de W. de Fordit.* † c. 1.

† al. Maſſōdauen. † al. Fort De pręſcr. c. 10. † al. Abendon. † al. Cumenon. † al. Witan † al. diſcretioni igitur

EX tranſmiſſa nobis cōqueſtione Abbatis, & monachorū de Abādoc† accepimus, quod cum eccleſia de Camenore † ad ius eorum pertineat, & homines de N. & de Winthan † parochiani ſint ipſius eccleſiæ; clerici, qui prædictas eccleſias de N. & N. habuerūt, minuatim omne ius parochiale, pręter ius funerādi matrici eccleſię ſubtraxerūt. Si bienim decimas, & obuētiones alias retinētes, tantum mortuorum cadauera ad prædictam eccleſiam deferri ſinebant; quorum ſucceſſores prædicta parochialia iura, vt dicitur, contendunt auferre. (propter hoc d. † v. per A. s. m. qua. ſi quod aſſeritur, noueritis veritate eſſe ſubnixum, prædictas decimas, & oblationes cum alijs obuētionib. matrici eccleſiæ memoratæ ap. re. præſcriptione hoſtilitatis tempore non currente, reſtitui faciatis; & præfatos clericos de cetero ab eorum perceptione eccleſiaſtica cen. compeſcatis.

*Clemens iij.* Cap. 2.

Non ponitur. † al. noſtram † al. ruſticis † al. ordinare † al. remoueantur

DE minori poſſemus ſollicitudine argui merito, ſi ad conſeruanda iura veſtri monaſterij, quę ad prouiſionem veſtram † ſpecialiter reſpiciunt, animum nō accomodaremus. quapropter vobis, & iuſtitijs † veſtris Pontificali volentes diligentia prouidere, auctoritate Ap. prohibemus, ne in eccleſijs ad pręſentationem veſtram ſpectantibus vlli, niſi a vobis præſentati fuerint, ordinentur; ſed ſi quos vobis non pręſentantibus ordinari † cōtigerit, ab eccleſijs eis per voſmetipſos auctoritate Ap. amoueantur, † & eorum ordinatio penitus irrita habeatur, niſi forte, quod abſit, pręſentationem clericorum vos conſtiterit malitioſe differre.

## DE IVRE PATRONATVS. tit. xxiiij.

*Alexander iij.* Cap. 1.

 DI-

Non po nitur. Poſt cō. Lat. par. 47. c. 2.

DILECTVS frater nr̃.S.tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtrauit,quod cū Illuſtris Rex Scotiæ patrimoniū ſuum detinuiſſet, & occuparet,quib.voluit,& prout voluit,eccleſias,quarum gerebat patronatum, eo inconſulto cōceſsit.Quoniam igitur ex iniuncti officij debito tenemur vnicuique iura ſua integra ſeruare,nolentes, quod præfatusS.ſub tali occaſione ius patronatus amittat:f. v. per A.s.m.qua.ſi diligenter inquiſita veritate tibi ita eſſe conſtiterit, inſtitutos vniuerſos amoueas ; & ſi idoneæ perſonæ ab eo, qui habet ius patronatus,& pręſentandi perſonas ipſas ad præfatas eccleſias fuerint præſentatę,perſonas ipſas de cōſilio,& aſſenſu† prælatorum tuorum † quorum inte eſt,pręſcriptis eccleſijs nullius ap.ob.inueſtias, neq. ipſas citra formam iuris exinde a quoquam grauari permittas.

† al. conſ. † al.de eſt tuorum

*Alexander iij.* Cap. 2.

De iure patr. c.25.

NOBIS fuit &c.Præterea quæſiuiſti a nobis , ſi aliquis efficiatur ſola eccleſiæ conſtructione patronus,vel ſi ad electionem plebani ſit cum clericis admittendus,ſeu ab ipſa repellendus omnino , tamen & ſi † de longa conſuetudine allegauerit † ſe electioni intereſſe debere : in huiuſmodi ſiquidem tale damus reſponſum.Quod ſi quis eccleſiam cum aſſenſu diœceſani Epiſcopi conſtruxerit , ex eo ius patronatus acquirit. Ceterum in conuentuali eccleſia non electioni plebani faciendæ,ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus,niſi patronus aliter† de ſua iuriſdictione optineat; vt partes ſuas debeat interponere electioni tractādæ. ſecus tamen eſt in capella , in qua vnus presbyter inſtituendus a patrono quandoq.eligitur,& pro inſtitutione habenda loci Epiſcopo præſentatur. pro fundatione quoq. ipſi honor proceſsionis fundatori ſeruatur, & ſi ad inopiam vergit , † ab eccleſia illi modeſte ſuccurritur , ſicut in ſacris canonibus eſt conſtitutum.

† al. tā & ſi forte † al. al legauis † al. alias † al. vergat

## DE CENSIBVS, ET EXACTIONIbus,& procurationibus. Tit.xxv.

*Lucius iij.* Cap. 1.

Decenſ. c 13. † al. Fultig. † al. Clauſtig.

SIGNIFICAVIT T.nobis rector eccleſiæ de Sultig.† quod cum a dil. fi. Abbate, & monachis de Clanſtig.† ad regimen eccleſiæ ipſius electus fuiſſet,de ſoluēdo annuo cenſu trium marcharum,quem prædeceſſor eius ſoluerat,præſtitit corporaliter ſacramentum.poſtmodum ven.f.nr̃.N.Bathaneñ. Epiſcopus,in cuius diœceſi eccleſia ipſa cōſiſtit, ne ipſum cēſum monachis ſolueret,niſi prius cōſtaret, quod Epiſcopali auctoritate fuiſſet inpoſitus,in periculum ordinis, & ſub interminatione anathematis interdixit. vnde prędictus rector hinc † periurij reatum metuit, & † inde timet, inobedientiæ periculum iminere.Quo circa f.t. per A.s.m.qua.partib. ante præſentiam veſtram † conuocatis,ſi tibi præfatum canonem de auctoritate præſulis, & non de nouo inpoſitum fuiſſe conſtiterit, Epiſcopo auctoritate noſtra pręcipias,vt prohibitionem ſine dilatione relaxet.Si vero cenſus ſit de nouo inpoſitus,ſiue auctoritate Epiſcopi hoc factum fuerit, ſiue non , Abbates, & monachos, vt clericum a iuramento abſoluant,ap.re. eccleſiaſtica diſtrictione compellas,pati enim nec debemus,nec volumus, vt eccleſiæ cenſus noui exactione vexentur.

† al. inde † al.de eſt & † inam

*Lucius iij. Rauennati Archiepiſcopo.* Cap. 2.

c.14.e.

SOPITAE iudicio ſedis Ap.quæſtiones ſcripto ad memoriam perpetuam cōmendantur,ne per obliuionem proceſſu temporis valeant ſuſcitari; vt autē habeat maiorem ſententia fortitudinem, † Apoſtolici ſcripti munimine roboratur. ſane cum inter te , & monaſteria Bonon.tam monachorum,quam monialium ſuper procurationibus, quas ab eis exegeras,cōtrouerſia verteretur,& † cauſam ven.f.n.H.Atinieñ.† Epiſcopo cōmiſimus audiendam. poſtmodum vero dil. filius N.† Abbas ſancti Proculi aliorum omnium procurator,ſicut ex litteris,quas portauit,apparuit,& ipſe in manu Epiſcopi iādicti data fide firmauit,coram nobis, & fratrib. noſtris pro omnib.alijs monachis † ſancti Damiani, & ſancti Bartholomęi exceptis , qui † ſuper hoc quæſtionem minime referebant, diutius litigauit. Verum nulla pro parte ſua priuilegia Romanę eccleſię, vel Rauēnatis exhibuit, nec oſtendit longa conſuetudine ſe munitū; ſed tu firmiter , ipſas in alijs monaſterijs tuæ prouincię aſſerēs ſine cōtradictionē pręſtari, eas prædeceſſorib.tuis in monaſterijs Bononien.exhibitas per teſtes idoneos probauiſti. inde vtiq.fuit, quod deliberatione cū fratrib. habita vidimus intentionem tuam iure communi,& prędeceſſorū tuorū cōſuetudine adiuuari.ea propter tuis iuſtis petitionib.annuentes,monaſteria ſupradicta de cōmuni conſenſu fratrū cōdēnauimus ad procurationē † ſecūdū facultates eorū tibi,tuiſq.ſucceſſorib. & † adiudicantes eas vobis in iam dictis eccleſijs monaſterijs vniuerſis, ſententiam, quam protulimus, noſtra duximus, & fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus roborandam.

† al firmitudinem † al.de eſt & † al.Abanen. † V. † al.monaſterijs † al.que † al.procurationes † al. de eſt &



*Vrbanus iij.Cātori,& magiſtro ſcholarū Re. c.3.*

Non po nitur. † al.de Boren.

QVERELLAM P.presbyteri ſancti Petri accepimus,quod cū canonicis Deboret† certam ſummam pecunię pro penſione eccleſiæ ſuæ aliquot perſoluerit annis,idem canonici ab eo ſummam illam ex integro de Pariſienſi moneta exigūt ſibi ſolui; licet ea melior ſit illa , quam pro penſione prædicta ſoluere conſueuit. Quia igitur in hoc idem preſbyter contra iuſtitiam grauatur;† dis. v. per A.s.m.qua.ſi verum eſt,quod aſſeritur, canonicos illos antiqua penſione cogatis ap. ces. manere contentos.

† al.aggrauatur

*Clemens iij.* Cap 4.

c. 15.e.

GRAVIS admodum , & correctione dignisſima nuper querella in audientia eſt noſtra propoſita, quod ſalua conſcientia ſub diſsimulatione tranſire non poſſumus.Cum enim eccleſiaſticæ perſonę eccleſias quāplures Sinoñ.† diœceſi habeant; cum eas vacare contigerit,non aliter quemquam ad ipſarum regimen volunt vocare, niſi aut nouum cenſum in eccleſijs illis inponant , aut veterem contra cōſtitutionem concilij Lateraneñ.augmentent,ad ipſius ſolutionem inſtituendum presbyterum, iuratoria quādoq. vel fideiuſſoria cautione cogentes,quandam etiam partem ſuis vſibus reddituum applicare contendunt.vnde ſæpe contingit,vt diœceſano Epiſcopo exceſſus huiuſmodi ignorante, vel eo minime requiſito in eccleſijs illis † inducant pro ſuę † volūtatis arbitrio ſacerdotes.Quoniam igitur prædictas † conſtitutiones concilij pati nolumus, neq. debemus aliquorum iniuria violari.diſ.v.per A.s.m. qua. cum ſuper hoc fueritis requiſiti,partibus ad veſtram præſentiam conuocatis, quæcumq.noueritis contra conſtitutionem prædictam, ſuper eccleſijs illis,vel earum cenſu ab aliquib.a tempore conſtitutionis attemptata, contradictione,& ap.ces.in irritum reuocantes,ab augmētatione cenſuum eccleſias pęnitus abſoluatis,& ad (ſtatum debitum reducatis. † presbyteros,quos ſuper his iuramenta illicita pręſtitiſſe noueritis, congrua ſatisfactione impoſita facientes abſolui eos etiā, quos de cetero contra formā canonum ſuper his venire noueritis,ſine cuiuſcumq. † perſonę acceptione, ſub.ap.ob.cenſura canonica puniatis.

† al.in Morinen. † al. ipſis † al. ſuo † al.prædicti † al.ſtatutum terminum reducētes † al. cuiuſquā

## DE ECCLESIIS AEDIFIcandis. Tit.xxvj.

*Alexander iij. pars c. ad petitionem.* Cap.1.

Non po nitur. † al.ſine

SI hoſpitale in aliquo loco abſq.† oratorio feceritis, liberum erit vobis abſq. conſcientia Epiſcopi, in cuius parochia fuerit, ipſam domum conſtruere. quod ſi oratorium ibidem facere volueritis,id abſq.licentia Epiſcopi nō faciatis,iuſtitia in omnib. ſeruata.

*Clemens iij. Exoſoneñ.† Epiſcopo.* Cap. 2.

† al. Alex. iij.Hyreſen. Non po nitur.

LITTERAS tuæ fraternitatis, & infra. Memoratis fratribus dedimus in mandatis,vt iura tua tibi quiete dimittant, & tenorem priuilegiorum,quæ Romana eccleſia eis indulſit,nō excedāt. Sane eiſdem fratrib. qui multa religione, & honeſtate præfulgent, & circa obſequia pauperum Chriſti ſunt diligēter intenti, Romana eccleſia ſuo priuilegio hanc libertatem indulſit,vt liceat eccleſias in terdicto ſuppoſitas ſemel in anno aperire,& excluſis excōmmunicatis diuina in eis officia celebrare. Indultum eſt etiam eis a Romana eccleſia,vt in deſertis locis poſsint villas conſtruere , & ibi eccleſias ædificare , quæ nulli ſint ſubiectæ,niſi Rom. Pont.& in alijs locis tantum pro ſe , & familia ſua oratoria † ędificare,in quib. parochianos aliorum ad cotidiana officia nō recipiant, nec ad ſepulturā: ſed numquā eis,vel aliquib.a nobis,vel a prędeceſſorib.noſtris fuit indultum, vt corpora eorum, qui excōmunicati decedunt , in cœmeterijs debeant ſepeliri.

† al.oratorium

*Lucius iij. Paduano Epiſcopo.* Cap. 3.

De noui op.nun. c.1.

INTELLEXIMVS ex litteris tuis,quod cū cauſa quę inter dilectos filios noſtros.Priorē ſancti Cypriani Deueñ.& clericos de Rodigo,ſuper capella,quæ in pręiudiciū eccleſię baptiſmalis de Coſta ab eiſdē clericis cōſtructa fuit,ſicut nobis eiuſdem Prioris relatio demōſtrauit:f.t.a ſe.Ap.fuiſſet delegata,ſine canonico terminanda,tibi partib.ad tuam pręſentiam conuocatis, per teſtes ſufficiēter innotuit,quod prefata eccleſia de Rodigo eandem capellā poſt appellationē ad nos factā, & denuntiationem noui operis ędificare cœperat,& ob hoc prefatus Prior in iudicio poſtulabat,quidquid in ſæpe dicta capella poſt ap.ad nos factā,& poſt denūtiationē noui operis factum primitus † fuerat, demoliri. Super quo diſcretioni tuæ dubium videbatur, vtrū ad hoc canonico procedi poſſet iudicio,& cū nihil denūtiatione noui operis ſit in canonib. diffinitum, ſedem duxiſti Ap.conſulendam. quia vero ſicut humanę leges nō dedignātur ſacros canones imitari , ita , & ſacrorū ſtatuta canonum, priorum principū conſtitutionib. ad-

† al.penitus

adiuuantur: f. t. præſentibus reſpondemus, quod diligenter conſiderans, † quod poſt denuntiationem noui operis, ſiue iure, ſiue iniuria aliquid conſtituatur † de legalibus debet conſtitutionibus demoliri: & quia nulla eccleſia in præiudicium alterius debet cōſtrui: aſcitis tibi viris prudētibus, negotium ipſum ſecundum canonum, & legum ſtatuta, ap. re. non differas terminare. Nam cum te credamus † in vtroq. iure peritum, ſecurius duximus cauſam per tuam ſollicitudinem terminari, qui † per dicta partium, & terminos, & fines locorum plenius poteris cognoſcere veritatem, quam aliquid a nobis ignorantibus qualitatem negotij diffiniri.

† al. cōſiderantes — † al. cōſtruatur — † al. credimus — † al. quod

*Vrbanus iij. Trundenſi. † Archiepiſcopo, & G. delegato.* *Cap. 4.*

† al. Trudēſi — De eccl. æd. c. 5. — † al. cū — † al. inſtructioni

AD audientiam noſtram iampridem peruenit, quod tu † in eccleſia de Cologia, de qua in Epiſcopum vocatus, & electus fuiſti, regulares canonicos ordinare, & eorum inſtitutioni † de bonis tibi collatis congrue velis prouidere. inde ſiquidem eſt, quod tuū nos deſiderium, atq. propoſitum, multimodis laudibus commendantes, deuotioni tuæ, auctoritate Ap. indulgemus, vt iuxta votum tuum, canonicos regulares in eccleſia pręſcripta, ſi tibi in hoc Epiſcopus diœceſanus conſentit, ad honorem Dei, & eccleſiæ tuę, ſecūdum beati Auguſtini regulam, valeas ordinare; & eos ibidem nullius † contradictione, & ap. inſtituere. Vnde † ſi clerici ſæculares in ea fuerint, qui adhuc ſupereſſe noſcantur, † volumus, vt eis, dum vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria ſecundum conſuetudines prouideantur. licet autem † vicini tui nobis inſtantius ſupplicarent, quatenus in eccleſiæ pręſcriptę iure confirmationis priuilegium faceremus de canonicis: tuæ in hac parte deuotioni de iure non poſſumus deferre; cum nulli canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus priuilegium indulgeatur; eis vtiq. cum fuerint inſtituti, tam in his, quam in alijs precum tuarum obtentu, in quibus cum Deo poterimus, libentius deferemus.

† al. nulla — † al. Verum — † al. noſcuntur — † al. enim

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 5.*

c. vlt. e. — † al. nos — † al. cū

TVA nobis † duxit &c. & infra. Præterea quia occaſione iuramenti, quod de rebus eccleſiæ non alienandis, te aſſeris præſtitiſſe, in locis tui Epiſcopatus, in quibus populi habitantes oratorijs plurimum vidētur indigere, ne † prætextu nouarū eccleſiarū cōmiſſa tibi eccleſia deſtitui videatur, eccleſias formides erigere, fraternitati tuę pręſentiū ſignificatione mandamus, qua. illius iuramenti occaſione, nullatenus prætermittas, quin populo indigenti ſuper baſilicarum inſtructione ſtudeas ſalubriter prouidere. †

† al. ſubuenire

## DE INMVNITATE ECCLESIAE, & cœmeterij. Tit. xxvij.

*Turo. conc. ſub Alexandro iij. celebratū.* *Cap. 1.*

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 31. c. 6.

QVONIAM ſuperuenientib. nouis morbis nouas expedit medicinas inuenire; eccleſiaſticæ libertati conſulere, & ſubditorum vtilitati prouidere curantes; ſtatuimus, vt capellani caſtrorum, & qui eorum iura miniſtrant, huiuſmodi ſacramēto aſtringantur; quod ex quo fuerit cognitum eis aliquid eccleſiæ, vel cœmeterij, vel eccleſiaſticæ poſſeſsionis in caſtrum veniſſe, vel † violentia caſtrenſium ablatum fuiſſe: conueniant dominum caſtri, ſiue illum, qui prius ab illo dominatum tenet, cuius poteſtate, & conſilio res dirigi poſsit: & ſi eorum commonitione prædicta non reddiderint, ſi affuerint, vel nō affuerunt; de integra reſtitutione, infra (octauam diem † ſecuritatem † non fecerint, ex tunc ab omni eccleſiaſtico ceſſabunt officio, excepto baptiſmo, & confeſsione, & timore mortis communione, quod in omnibus eorū terris proprijs præcipimus obſeruari, nec nō & in illis, quibus integram exercent dominationem. Permittimus tamen ſemel in hebdomada in proxima villa cauſa conficiendi corpus domini, vt miſſa celebretur, clauſis oſtijs, excluſis omnibus præter miniſtros altaris. Quod ſi prædicti caſtrenſes poſt ſententiam in eos datam incorrigibiles per xl. dies extiterint, capellani ab eorum officio recedant; non amplius cum eis moraturi, quamdiu ſub anathematis vinculo teneantur, & ſub hac lege ſcriptores claudimus. Quod ſi capellani, vel quilibet officiales clerici ex ſuis poſſeſſionib. ſunt, ipſis aduocati † ſeruitij debitores, vltra tres menſes cum eis cōmorandi licentiá non adhibemus. Quod ſi gratia commorationis † eius conceditur, conueſcendi tamen, & cohabitandi interdicimus participationem. Quod ſi † vltra præfatum terminum cum eis commorari pręſumpſerint; ordine ſuo, & beneficio eccleſiaſtico careāt: & ne forte pręda committatur in dolum, vel clericos caſtrorū excuſet ignorantia, egredi debent obuiā pręde, audituri, & ſollicite requiſituri, † ſi quę res ibi fuerint eccleſiaſticæ, vel earum reclamatores. ſi quis autem clericus ob huiuſmodi receſſum propter iuſtitiam a domino ſuo rerū

† & — † octo dies — † al. ſecurum — † al. aduocatis — † al. cō monitionis — † al. Qui vero — † al. inquiſituri



ſuarum damnum pertulerit; ipſe dominus, non niſi per integram omniū reſtitutionē merebit abſolui. Si quælibet villa duos, aut plures habeat aduocatos, in quorum aliquē ſententia ſit lata, non carebunt officio, niſi qui eorū ſubſunt † dominio. quod ſi eccleſia vnius aduocationis fuerit, ſuis eadem, & ſibi interdicta licentia, licet alterius aduocationis corpora ſepelire, miſſa tamen non celebretur. De mutandis autem caſtrorum vicarijs, vel clericis ſtatuimus; vt Archid. ſignificetur, ne aliquis † loco illius ſubſtituatur, † donec eodē aſtringatur † ſacramento. Mercatoribus autem, & ceteris hominibus ciuitatum, & burgorum prohibemus, ne aliquādo hominem † excommunicatum ſuſcipiant pro hoſpite; † nec in venditione, vel emptione, ſiue aliqua ſibi participent accommodatione. Qui vero tranſgreſſores extiterint, a ſacerdote parochiano per tres dies vocentur ante tribus diebus, poſtea expectentur ad correptionem. † vij. die ſi incorrigibiles apparuerint, anathematis ſententiam ſubituri, † nec ab ipſo, † nec ab Archidiacono ſe nouerint abſoluendos. Si vero a domino, aliquoue † potente ad hoſpitandum excōmunicatum vim hoſpiti illatam cognitum fuerit, hoſpes reus non habeatur; ſed eius, qui violentiam intulit, terra ſuſpendatur. Cuius ſuſpēſionis reſtitutio Pōtificis erit arbitrio reſeruanda. In villis vero, vel vrbib. vel caſtellis, quę ſub dominio ſunt, in quibus conſtabularij ad tempus conſtituuntur, ſi ipſum conſtabularium contigerit anathematis ſententiam ſubijſſe, ipſo in villa ſtante, loco illo diuina vacent, quo recedēte, eodem die reuerſuro, alij officium diuinum non admittant, † ſuis domeſticis omnibus a Chriſtianitatē ſuſpenſis. De cœmeterijs, ſiue quibuſlibet eccleſiaſticis poſſeſsionibus cenſuarias dari prohibemus, ne † pro eccleſiæ, vel cœmeterij defenſione, ſi dei ſuę clerici ſpōſionem interponant; qui ſi fecerint, ordinis ſui, & beneficij periculum incurrent: qui vero eccleſiam, vel cœmeterium cōbuſſerit, vel ordinatis manus violentas inpoſuerit, ſententia anathematis feriatur, nec ab alio, quam a domino Papa abſolutionem conſequatur; niſi mortis interueniēte articulo, diſpenſatio merito ſubueniat, data tamen pro ſe ſatisfaciendi ſecuritate, ſi conualuerit, pro abſolutione Papam aditurus. Si quis vero excommunicatum nomine, ſuſceperit hoſpitio, vel ei pecuniam ſcienter accommodauerit; quia noſtri ſunt contemptores mandati, prohibemus, ne Chriſtianus vel Chriſtiana ei ſeruiat, donec inde ſatisfecerit. pręcipimus etiā, quod Decani rurales fide aſtringantur, quatenus eis, ſi cognitum fuerit, aliquē de eccleſiaſticis viris hęc decreta non ſeruare, Epiſcopo ſi affuerit, vel Archidiacono ipſi renuntient. Prohibemus etiam, ne Abbates, vel monachi, vel Priores, vel Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ de poſſeſsionibus eccleſiaſticis cenſarias donent, clericis autem, & laicis prohibemus, ne quis † ſcienter prędia eccleſiæ emat, † vel prędiū cœmeterij, ſiue cuiuſlibet eccleſiaſticæ † poſſeſſionis; quod qui præſumpſerit, anathematis ſententia feriatur.

† al. ſubiecti ſūt — † al. aliqui — † al. ſubſtituantur — † al. aſtringātur — † al. nomine — † al. hoſpitem — † al. correctionem — † al. ſenſituri — † al. Epō — † al. vel — † al. amittāt — † al. nec — † al. qui — † al. emant — † al. eccleſia

*Lucius iij.* *Cap. 2.*

De immu. eccl. c. 5.

CVM eccleſia Dei ſecundum euangelicam veritatem domus orationis eſſe debet, nō ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum. ne ſæculares iudices cauſas, vbi de ſanguinis effuſione, & corporali pœna agitur, in eccleſia, vel cœmeterijs agitare pręſumant ſub anathematis interminatione prohibemus: abſurdum enim eſt, & crudele, ibi iudicium ſanguinis exerceri, vbi conſtituta eſt tutela refugij.

# LIBER QVARTVS

## DE SPONSALIBVS, ET matrimonijs. TIT. I.

*Ex concilio Triburienſi.* *Cap. I.*

De ſpōſ. c. 1. † al. Sauxoniæ † al. illa † al. eiſdem

DE Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia lege Saxonica † duxit in vxorem, tenuitq. eam multis annis, & ex ea † filios procreauit; verum quia nō iiſdem† vtuntur legib. Sauxones, & Francię. cauſatus eſt, quod † eam nō ſua, † id eſt non Francorum lege deſponſauerat, vel acceperat, vel dotauerat; dimiſſaq. illa duxit aliam. diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor euangelicæ legis ſubijciatur pęnitentię, & a ſecunda coniuge ſeparetur, & priorem recipere † cogatur.

† al. quia † al. ſuā † al. accipere

*Alexander iij.* *Cap. 2.*

VENIENS ad nos W. lator præſentiū ſupplici nobis relatione mōſtrauit; quod in domo ſua mulierem quandam recepit, de qua filium, & filiam habuit, cui fidem coram pluribus præſtitit, quod eam duceret in vxorem. Interim autem, cum de quadam ciuitate ad propria remearet, apud domum vicini ſui pernoctauit, cuius filia nocte illa ſecum concubuit, & cum pater eius in lecto eos † ſimul inueniſſet, ſummo mane inuitum ipſum eam deſponſare coegit, qui nuper in præſentia noſtra conſtitutus nos conſuluit, cui potius adhærere deberet. quia vero nequaquam innotuit nobis, vtrum poſt fidem præſtitam primam cognouerit: mandamus, quatenus rei veritatem diligenter inquiras, & ſi inueneris, quod primam poſt fidem præſtitam cognouerit; ipſum cum ea facias remanere. quod ſi poſt datam fidem eam non cognouerit, ſecūdæ, niſi metu coactus, qui poſſet in virum cōſtantem cadere, eam deſpōſauerit; tamquam vxori facias adhærere.

† al. de eſt eos

*Clemēs iij. Cæſaraugustano Epō lib. I. regiſtri. c. 3.*

c. 19. e.

IN præſentia noſtra poſitus a nobis duxiſti neceſſario requirendum, quid agendū tibi ſit de quibuſdam mulieribus in tua diœceſi conſtitutis, quæ cum viros in captiuitatem, vel aliam peregrinationem abductos, iam vltra ſeptennium fuerint præſtolatę, nec certificari poſſunt de vita, aut de† morte, licet ſollicitudinem ſuper hoc adhibuerint diligentem; quia tamen pro iuuenili ætate, ſeu alia fragilitate carnis humanæ continere nō poſſunt, alijs expetunt in matrimonio copulari. Cum autem dicat † Apoſtolus, mulier tamdiu alligata eſt viro, quamdiu vir eius viuit: tuę conſultationi taliter reſpondemus; quod quantocumq. annorum ſpatio ita remaneat viuentibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonice conuolare; nec tu eas contrahere (in eccleſiæ facie † permittas, donec certum nuntium recipiant † de morte virorum.

† al. de eſt de † al. dicit † al. an Eleriã te eccleſiæ. † al. percipiant

*Alexander iij. Exonen. Epiſcopo.* *Cap. 4.*

c. 16. e.

COMMISSVM &c. & infra. Significauit nobis f. tua, quod quidam litteratus, & nobis, cum ad eum paterna hereditas deuolueretur, cuidam mulieri nobili fidem dedit quibuſdam pręſentibus de contrahendo matrimonio, & ſe cum ea infra biennium per verba de præſenti contracturum, præſtito ſacramento ſuper ſacroſancta euangelia confirmauit. nunc autem priuata lege ductus ad frugem melioris vitæ ſuſpirat † conuolare, tuamq. ſuper hoc conſulens prudentiā, ante matrimonium contractum ad monaſticæ religionis habitum licite poſſe tranſire ſuſpicatur, quia ſi contraxiſſet ea inuita infra duos menſes, iuxta veterum canonum ſtatuta, noſtra conſtitutione innouata ad laxioris † vitę religionem poſſet tranſire. Quia igitur ſuper hoc tua nos d. f. con. ita con. t. reſpondemus; quod tutius eſt ei prius religione iuramenti ſeruata contrahere, & poſtea, ſi elegerit, ad diſtrictionē religionis migrare; ſi tamen poſt

† al. de ſiderat † al. artioris al. altioris



poſt primam deſponſationem carnalis copula † dinoſcitur non interueniſſe.

† al. commixtio

*Clemens iij.* † *Cap. 5.*

† al. Alex. iij. c. 20. e. † al. errantem

INTER opera caritatis, quæ imitāda nobis auctoritate ſacræ paginę proponuntur, ſicut euangelica teſtatur auctoritas, nō minimum eſt, errantes† ab erroris ſui ſemita reuocare, ac præſertim mulieres voluptuoſe viuentes, & admittentes indifferenter quoſlibet ad cōmercium carnis, vt caſte viuant, ad legitimū thori conſortium inuitare. (hæc igitur † Ap. auctoritate attendentes, ſtatuimus, vt omnib. qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum.

† al. hoc ergo

*Clemens iij.* *Cap. 6.*

Non ponitur.

NOBIS ex tuarum innotuit continentia litterarum, quod quidam miles parochianus tuus olim quandam nobilem iurauit filio ſuo tradere in vxorem, circa annos nubiles exiſtenti, quam idem filij nomine traduxit; poſtmodum etiam quattuor annis, & amplius eandem nurū in propria domo enutriuit, proceſſu vero tēporis vxor præfati militis diem clauſit extremum; & ipſe cum traducta filij inſtinctu diabolico dormiuit, & cum id poſtremo † publicum exutiſſet, eam ſibi matrimonialiter copulauit; cui firmiter vetuiſti, vt cum ea amplius † non dormiret, ſi ſaluti propriæ vellet prouidere. Verum quia quid ſuper hoc fieri debeat, ſedem duxiſti Ap. conſulendam; nos tuam diligentiam approbātes per A. s. m. qua. militi prænominato ſub excommunicatione prohibeas, ne ad eam carnaliter de cetero præſumat accedere, vel ei ſe audeat vlterius admiſcere. †

† al. poſtremū † al. vlterius † al. immiſcere

*Clemens iij.* *Cap. 7.*

c. 16. e.

AD id, quod per litteras tuas intimaſti de quadam parochiana tua, quam ſuus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit; taliter reſpondemus, quod quamuis xj. annos adhuc habens ab initio ei inuita fuiſſet tradita, & renitēs, tamen quia per annum poſtmodum, & dimidium ei cohabitans conſenſiſſe videtur, ad ipſum eſt cogenda redire. nec de cetero recipiendi ſunt teſtes; ſi quos memorata mulier ad probandum, quod non conſenſerit, nominauerit producendos, cum mora tanti tēporis, huiuſmodi probationes † excludat. Volumus igitur, & mandamus, vt propter hoc non omiſſas, quominus ap. re. per cenſuram eccleſiaſticam vtrumq. compellas ad alterum maritali affectione tractandum; niſi forte velint † ad religionem pariter conuolare, pęnitentia eis inflicta, pro eo quod ad alienos, & illicitos concubitus vterq. tranſiuit.

† al. probationē † al. vellent

*Clemens iij. pars c. Martinus Bertam.* *Cap. 8.*

De præſum. c. 13. † al. explicādū

TERTIO loco quæſtionis huiuſmodi nodum tua frater. petijt enodari, † an iuuenis ſponſam, in quam per verba de præſenti cōſenſit, in vxorem debeat habere, ſe quorum matrimonium impediendum neptis ipſius ſponſæ proſiliens, ſe a iuuene præcognitam carnaliter proponebat; & cum de hoc † teſtes produceret, dixerunt illi ſic ſe pro certo credere; quod illa prædicti iuuenis concubina extiterit, & ei carnali cōmixtione adiuncta: † adicientes quod eos inſimul viderant, & per plana, & nemora, vias, & inuia pluries coūagantes, & teſtimonium viciniæ, ſe ſuper hoc recepiſſe dicebāt. ad maiorem autem certitudinem, quia minus ſufficienter credidiſti probatū eſſe, quod eadem mulier aſſerebat, tam ipſam quam iuuenem iuramentis aſtrictos cōueniſti, & ſeorſum confeſsi ſunt, quod ſe inuicem carnaliter pręcognouerant, licet iuuenis nollet ab ea, quam deſponſauerat, ſeparari. Nos autem hæc, † quæ dicta ſunt, intelligentes; & attendentes viciniæ famam, & dictæ mulieris, ac iuuenis conſuetas confabulationes, & per ſolitudines vagos inceſſus, per teſtes eſſe probatos, & de carnali cognitione; † eos per iuramentum ſeparatim fuiſſe confeſſos; præſertim cū hoc nō dicatur occultū; ſed quaſi a pluribus manifeſte prædicatur; prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, & præſertim felicis memoriæ Alex. iij. ſtatuta ſectantes, conſultius, & ſecurius eſſe credimus; vt matrimonialiter non coniungantur, ſed abinuicem, ſolutis ſponſalib. ſeparentur.

† al. his † al. coniuncta † al. de eſt hæc † al. commixtione

## DE DESPONSATIONE INPVBerum. Tit. ij.

*Clemens iij.* *Cap. vn.*

De deſp. impub. c. 1. † al. W. lls † al. W. † al. Willo. † al. Meſdaco † al. Wlls.

DVO pueri W. † & W. ſta † in tua diœceſi, quemadmodum accepimus, matrimonialiter ſunt coniuncti: puer autem ſextum annum agens, ſeptimumq. puella poſtquā fuerunt coniuncti, ſimul per tres annos manſerunt, tunc vero pater puellæ ſubtrahens eā ſponſo ſuo W. † alteri Meſtaco † nomine copulauit, cū quo per ſeptem annos quiete permanſit; ipſe vero tunc eam reliquit, quia credebat eam alium virum habere, illum ſ. cui prius fuerat deſponſata. cū autem W. † prior ſpō-

ſponſus ad annos diſcretionis poſtea perueniſſet, a P. anteceſſore tuo cum alia cōtrahendi licentiam impetrauit, qui quandā nomine Stephanam conſobrinam prioris in vxorem accepit, & cum ea per aliquod tēpus exiſtens, nō tamen eā cognouit carnaliter, vt ipſe fatetur, licet Stephana ſe ab eo cognitam aſſeueret. Cum autem pater memoratæ W. † ſuam vidiſſet a ſecūdo viro Meſtaco † filiam derelictam, vi compulit eundem V. † prænominatum, cui prius eandem deſponſauerat; vt Stephanam neptem ſuam omnino dimitteret, & ad Wlłam ſuam deſponſatam rediret. qui poſtmodum cohabitauerunt ſimul † per biennium, prout † fertur. quoniam † igitur in his quid tibi tibi agendum † ſit, poſtulas edoceri, breuiter reſpondemus, quod impediente primo puerili ætate matrimonium inter (W. & W. † non fuerit: & licet W. † ipſe poſtquā Wlła alij nupſit, aliā potuit accipere in vxorem: tamen quia Stephanam duxit ipſam cō ſobrinam prioris, ſiue cognouerit eam, ſiue non; propter cauſam publicę honeſtatis, cum Stephana remanere non debet, nec ad W. † regreſſum habere, quia alteri fuit legitime copulata. Cum ergo vir caput ſit mulieris, & W. dicat ſe non cognouiſſe prius Stephanam ſupradictam; aliam, ſi voluerit, poterit ducere in vxorem, & Stephana viro legitimo deſpōſari: poſt ſeparationē vero † pro vitando populi ſcandalo pænitentia vtriq. ad tempus iniuncta. Si vero legitime conſtaret ipſam Stephanam ab eo ſiue poſt, ſiue antea cognitam extitiſſe, neutro † viuente alteri † dabitur licentia contrahendi. remanebit ergo Wlła cū Meſtaco † impoſita tamen ei † Meſtaco † ad tempus pænitentia cōpetenti, qui pro ſola opinione ſua Wlłam pernitioſe dimiſerat, iudicio eccleſiæ non requiſito.

† al. Wlła † al. Meſdaco † al. W. i † al. ſibi † al. vt † al. quia † al. faciendū † al. Wlł. et Wlłā † al. Wlł. † al. Wlłā † al. tamen † al. neutri † al. altero † al. Meſdario † al. ipſi al. Meſda.

## DE CLANDESTINA DESPONSAtione. Tit. iij.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur.

CONSVLVIT nos tua f. quid faciendum ſit de ijs, qui cum aliqua de cauſa in Epiſcopatu ſuo non poſſunt nuptialem benedictionem accipere, ad alios Epiſcopatus furtiue ſe trāſferunt, coniugia ibidem † clandeſtina contrahentes. Ad quod taliter reſpondemus, quod ſi talis fuerit culpa; quæ non permittat eos ſimul manere, ſunt adinuicem diuidendi. Si vero aliqua fuerit, quę cōtractum matrimoniū non diſſoluat, pro trāſgreſsione tali pænitentia poteſt eis indici; cōiugium vero ex tali cauſa non debet diſſolui.

† al. ibi

*Alexander iij.* *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 49. c. 10.

NVLLVS fidelis cuiuſcumq. condicionis occulte faciat nuptias; ſed benedictione accepta nubat in domino. Si ergo ſacerdos tales nuptias benedixiſſe inuentus fuerit occulte, triennio officio ſuo ſuſpendatur.

*Clemens iij.* *Cap. 3.*

De diuor. c. 5.

EX litteris tuis accepimus, quod lator pręſentium W. † nomine olim de tua diœceſi quandam duxit videlicet Liciam in vxorem, qui maligno ſpiritu inſtigante paucis temporibus fuerunt concordes. proponebat etiā idem W. † quod illam per violentiam ſibi illatam etiam metu mediāte duxiſſet. Tu vero vna cum capitulo tuo cum tam minis, quam admonitionibus inter eos ſępe pacem reformare ſtuderes, & eos temere ſegregatos pariter reconciliare coegiſſes, tandem vir vxorem ſuam ſuper crimine fornicationis in iure conuenit. poſt longas vero indutias, & admonitiones diligenter factas, vt ab huiuſmodi litigatione ceſſarent; cum ad hoc † vlterius flecti non poſſet; vir etiam eam de crimine iterū fornicationis expreſsius appellaret, ipſa neſcimus quo ducta ſpiritu cœpit publicę confiteri; quod cum vir ei negaret in debitis, & neceſſarijs prouidere, crimen compulſa eſt incurrere memoratū. Cumq. diligētius a te fuiſſet admonita, ne ad ſuggeſtionē alicuius, vel iniquum conſilium illud tam turpe contra ſe proponeret, ipſa eadē manifeſtius aſſerebat. Sane cōuocato capitulo tuo, & alijs viris diſcretis, cum ex eorum conſilio vtriq. priuatim continentiam firmiter iniunxeris obſeruandam; ita quod caſte viuerent inuicem ſegregati; & ex relatione quorundam perceperis, quod aliam memoratus W. † intenderet ducere in vxorem, licet ipſum ne hoc facere aliquatenus attemptaret, monueris diligenter, ipſe nihilominus extra ciuitatem furtim cū alia ſponſalia, & nuptias temere celebrauit. verum cum factum inquirere laborares, vt ſecundum illud procederes; ſupradictus W. rei ſeriem, prout factum fuerat, explicans, & exponens, ad audientiam noſtram dicitur appellaſſe. Vnde f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita proceſsit, prętaxatum virum ap. re. ad legitimam vxorem per excommunicationis ſententiam redire compellas, & iniuncta ei pęnitentia de commiſſo adulterio, cum ſecunda maritali affectione ab ipſo facias pertractari.

† al. Wlła † al. Wlł. † al. hac † al. Wlł.

## QVI CLERICI, VEL VOVENTES matrimoniū contrahere nō poſſunt. Tit. iiij.

Cale-



*Caleſtinus iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur.

FRATERNITATIS tuæ litteris receptis, ex earum tenore percepimus, quod W. nomine poſtquam fuit ad ordinem ſubdiaconatus aſſumptus, quandam mulierem duxiſſet † in vxorem, quia eam vero ad crebram redargutionem, & ad monitionem eccleſiæ a ſuo conſortio dimittere cōtemnebat; bonæ me. I. & G. prędeceſſores tui excōmunicationis vinculo eum innodarunt, & tua etiam in hoc fraternitas eos imitata, poſtquam cognouit exceſſum huiuſmodi, & cōtumaciam ſimili eum ſententiæ, quamcito ſubiecit, ſed idem in ſua pertinacia induratus neglecta excommunicationis ſententia, mulierem ipſam relinquere non curauit, qui etiā litteras quaſdam, quaſi ex parte noſtra tranſmiſſas oſtendit, quarum auctoritate pro temporis longitudine, qua eam tenuiſſe dinoſcitur, nitebatur, † ſe in cœpta † iniquitate tueri. quoniam igitur illius exceſſum lōgitudo tēporis non excuſat, nec numeroſitas filiorum, quos ex ipſa ſuſcepiſſe proponitur; f. t. conſulimus, & m. qua. ad inſtar prędeceſſorum tuorum non obſtantibus litteris illis eū vinculo excommunicationis ſine ap. ob. aſtringas, & omnino ſuſpendas ab † eccleſiaſtico beneficio, & tamdiu tamquam excommunicatum facias ab omnibus euitari, donec mulierem ipſam a conſortio ſuo dimittat.

† al. duxit † al. nitatur al. nititur † al. in incepta † al. deeſt ab

*Caleſtinus iij.* *pars c. Laudabilem.* *Cap. 2.*

Qui cler. c. 6.

RVRSVM † quidam, vt dicit, votum caſtitatis emittens, iurauit ſe quandam ducturum poſtea in vxorem; vnde a fraternitate tua requiſiti, conſultis viris prudentibus arbitramur; quod cū ſimplex votū apud dominum † non minus obliget, quam ſollemne; pro eo quod temere iurauit, pænitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, ſtudeat obſeruare. quod ſi (poſtea quam † huiuſmodi pręſtitit iuramentum, ad nuptias iam motu proprio conuolaſſet; cum votum ſimplex cōtrahendum matrimonium impediat, nō tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis tua quæſtio contineret.

† al. Rurſus † al. Deum † al. per ſe quidē

## DE EO, QVI DVXIT IN MATRIMONIUM, quam polluit per adulteriū. Tit. v.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*

De eo, qui dux. c. 4.

EX litterarum tuarum inſinuatione percepimus, quod Theophilus lator præſentium parochianus tuus olim vxorem ſuam in adulterio deprehenſam anteceſſoris tui conſenſu abiecit, ſed licet illa poſtmodum habitum ſuſceperit monachalem, prædictus tamen vir, antequam illa decederet, † aliam ſuperduxit, & cum ea xij. annis vixit, & ex ipſa plures filios ſuſcepit. Ceterū quia prędicta mulier deceſsit, † & quid ſuper prędicta copula fieri debeat, ſedē duxiſti Ap. cōſulendam; f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpondemus, quod debes eos ſine dilatione ab inuicē ſeparare, & de adulterio eidem viro pęnitentiam (iniungere cōpetentem, peracta vero pænitentia † poſtmodum aliam libere poterit in Chriſto ducere in vxorem.

† al. diſcederet † al. diſceſſit † al. indicas

*Caleſtinus iij.* *Cap. 2.*

c. 5. e.

CVM haberet vxorem legitimam nomine Alitiam Ioannes lator pręſentium, cum ancilla † crimen adulterij perpetrauit, quod ipſe tibi publica confeſsione detexit; ſicut nobis tuæ deſtinatæ litterę demōſtrarunt. Cūq. ſuper hoc fuiſſet vocatus in ius, ipſam in iure adulteram abiurauit. poſtmodum vero poſt habito iuramento, & contempto, cum eadem matrimonium qualecumq. contrahere, & viuente legitima ipſi mœchæ diutius cohabitare pręſumpſit. deniq. prędicta Alitia de pręſenti luce ſubtracta, nihilominus memoratus Ioannes cum præfata adultera per decenniū eſt moratus, a qua etiam † decem procreauit filios: quia igitur cōſulis, an prędicta mulier, & vir ſimul manere poſsint; vel ſi debeant ſeparari, vtrum liceat eis ad alias nuptias conuolare; tale damus conſultationi tuæ reſponſum; vt ſeparentur omnino, & eis competenti pænitentia iniuncta, perpetua continentia indicatur, præſertim cum in dies ſuos ambo proceſſerint, & tamdiu publice in adulterio, & periurio ex certa ſcientia † perdurantes, eccleſiam in graui ſcandalo perturbarūt. Noſti enim quod Leo Papa ſtatuit; vt nullus ducat in matrim. vxorem, quam adulterio polluit, & quod hic plus proceſſum fuerit, quam ſi fides dumtaxat præſtita fuiſſet adulteræ, vt defuncta legitima, adulteram eam duceret in vxorem, cū eadem etiam viuente, quaſi matrimonialiter mœchæ mœchus adhęrere pręſumpſerit, † & ſacramentum ſuum temere violare. quod vtiq. conubiū, vbi etiam nulla interceſsit religio iuramenti, tam Gregorius Papa, quā Triburienſis ſynodus deteſtatur; & vtrumq. hoc modo coniunctum pręcipit † publicę pęnitentiæ † ſubici, ac perpetuo ſine vllla ſpe coniugij permanere. nec certe aliquod idem. I. & M. adminiculum offerunt, vt ſimul maneant; quod decennio cohabitauerint

† al. Maxilla † al. deeſt etiā † al. cōſcien. † al. præſumpſit † al. precepit † al. ſententia

uerint inuicem, ac decem ſuſceperint filios; cum multiplicitas prolis ita ſuſceptæ magis eorum crimen exaggeret; & diuturnitas temporis non peccatum minuat, ſed augmentet: ſollicitudinis tuæ tamen intererit, vt vterque prouideat ſuis liberis procreatis, & ſecundũ quod eiſdem ſuppetunt † facultates, ſuſtentationi eorum neceſſaria ſubminiſtret.

† al. ſuppetant

## DE COGNATIONE SPIRITVALI. Tit. vj.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*

De cog. ſpir. c. 4.

MARTINVS Bertam duxit in vxorem, Tebergam ſibi Lotharius copulauit, & Lotharius Bertę, & Martini filium de ſacro fonte ſuſcepit, Lothario vero, & Berta ſublatis de medio, Martinus cum Teberga † contraxit; quærit a nobis tua f. vtrum tales ſint ab inuicem ſeparandi. Nos autem tuæ f. † conſultationi duximus reſpondendum: quod cũ ſecũdum verbum domini, vir & mulier vna per conubium caro efficiantur; liquidum eſt Tebergam, † non poſſe Martino matrimonialiter copulari, qui compater eius fuerat, cũ quo ipſa Teberga † vna caro noſcitur extitiſſe.

† al. Tiberga
† al. de eſt f.
† al. Tibergã
† al. Tiberga

*Clemens iij.* *Cap. 2.*

al. Taberga
c. 5. e.

CONTRACTO matrimonio inter P. de Regali, † & A. vxorem ſuam, ſicut eiuſdem P. nobis conqueſtio † patefecit, cum per biennium inſimul cohabitaſſent, † & ex ea filium memoratus P. ſuſcepiſſet, quidam conſanguinei eiuſdem A. volentes eam ſeparari a viro, contra matrim. obiecerunt aſſerentes, quod eadem A. in primo ſacrati ſalis pabulo filium concubinæ quondam ipſius P. tenuit, cum fuerit † primo in eccleſiam inductus, & propter hoc tuam adeuntes præſentiam, dicebant ipſam a viro per tuum iudicium debere ſeparari: tua vero fraternitas, ſicut accepimus, cauſa non cognita carnale eis cõmercium interdixit, prohibens ipſi P. ne debitũ ab vxore requireret. (Verum, quoniam † ſi conſtaret eccleſiæ vera eſſe, quæ diximus; nõ ideo tamen contractum matrim. ſolueretur, quæ res vtiq. vix contrahendo matrimonio impedimentũ afferret: diſ. t. per A. s. m. qua. † præfato P. firmiter iniungas auctoritate noſtra, quod memoratam A. ſicut vxorem propriam affectione maritali pertractet; & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſoluat; ſiue, quod ſupradictum eſt, ipſam A. ante matrim. cõtractum cum P. ſiue poſtea id † egiſſe conſtiterit, dum tamen ſi in fraudem cauſa ſeparandi matrimonij hoc fecit, pœnitentiam pro pręſumptione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

† al. Rigale
† al. quæſtio
† al. habit.
† al. fuerat
† al. Vnde
† al. vt
† al. de eſt id

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 3.*

Non ponitur.
† al. qui

LAVDABILEM Pontificalis officij proſequens actionem, cum † in ijs, quib. dubitas, matrem tuam Romanam eccleſiam conſulis, & ab ea poſtulas edoceri. aſſeris quidem in primis, quod quidam quandam mulierem in vxorem accepit, cuius pater ipſum, dum eſſet puer, de ſacro fonte ante † leuauerat, qui ambo cõiuges xxx. annis pariter ſine quæſtione manſerunt, & filios procrearunt; licet a xv. anno eorum conſcientia læſa fuiſſet. poſtmodum vero contra huiuſmodi coniunctionem accuſatione in iure propoſita, facta eſt fides eccleſiæ per teſtes omni exceptione maiores, ipſum virum mulieris a patre eius, cum qua contraxerat, de baptiſmatis vnda fuiſſe ſublatum. ad hoc autem cũ Zacharias, & Deuſdedit Romani Pontifices, talem copulam decreuerunt ſeparandam, vt pote, vbi cognatio ſpiritualis minime eſſe dubitatur, maxime inter eos, per quos compaternitas contrahitur, per quam in lege diuina germani eſſe dicuntur. licet tanto tempore ſibi inuicẽ cohabitauerint; quia tamen diuturnitas temporis non minuit peccata, ſed auget, & ſpecialiter lite mota ſuper hoc Marte proprio decurrente, eccleſia contractum illum eſſe cognouit, illicitum dicimus matrim. illud fore, ſecundum inſtituta canonica dirimendum, monendus eſt tamen vterq. vt in neceſſarijs prouideat alteri iuxta vires, prolem autẽ ſuſceptã ante ſeparationem huiuſmodi, ſi aliud non obſiſtat, † legitimam eſſe cenſemus.

† al. de eſt ante
† al. obſiſtit

## DE EO, QVI COGNOVIT CONſanguineam ſuæ vxoris. Tit. vij.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 12. c. 7.

SVPER eo, quod celſitudo tua a nobis requirit, an ille, qui prius cognouit matrẽ, ſiue ſororẽ illius, quam poſtea duxit in vxorem, teneatur eidem carnale debitum reddere; & an exigere poſsit ab ea. quod etiã conſilium dandum ſit ei, qui (hoc facinus † profitetur, quę † probare non poſsit, nec ille velit vllatenus cõtinere. Tuæ prudentiæ duximus reſpondendum, vt vxorem cum viro labores inducere, vt continentiam inſimul † obſeruent; ſi autẽ ad hoc induci non poſſunt, † & vir debitum ſoluat, & de cõmiſſo pœnitẽtiam agat: in hoc vero caſu cũ quis poſt contractum matrim. vxoris ſuę matrem, vel ſororem cognoſcit, id ipſum, quod in priori obſeruetur.

† al. cõtra ius matrimonij
† al. cũ
† al. ſimul
† al. poteſt

Alex.



*Alex. iij.* *Cap. 2.*

De eo, qui cog. cõſ. c. 3.

DE illo autem, qui vxorem fratris ſui, antequam ei matrimonio iungeretur, proponit ſe † agnouiſſe: † hoc tuæ prudentia reſpondemus, quod niſi publicum, & notorium fuerit, aut idoneis teſtibus comprobatum, ipſum prius præfatam mulierem cognouiſſe carnaliter, prędictum matrimonium occaſione illa impetere † nõ permittas. Super eo vero, quod aſſeris Sarracenũ quendam de muliere Chriſtiana, quam per xiiij. annos retinuerat, filios ſuſcepiſſe: diſ. t. duximus reſpondendũ, quod tam Sarracenus, quam mulier pro tanto exceſſu graui ſunt animaduerſione plectendi.

† al. de eſt ſe
† al. cognouiſſe
† al. impeti

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 3.*

c. 4. e.

TRANSMISSAE nobis litterę tuę demonſtrarunt, quod G. lator præſentium vxore ſua defuncta filiam eius priuignam videlicet propriã carnali copula cognouit, poſtmodum vero aliam legitimam accipiens in vxorem, non iam occulte cum priuigna prædicta, ſed publice tãquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expauit. Quia vero ſuper his, quid vobis agendum ſit, a nobis conſilium requiſiſti: de conſilio f. noſtrorum præſenti pagina reſpondemus; quod ſuæ legitimæ vxori cohabitans, & neceſſaria ſubminiſtrans, ne cognoſcat eã, quãdiu vixerit, niſi ab ea fuerit requiſitus, & tũc ad ipſam, non ſine graui cordis ſui dolore accedat, qui etiam pro inceſtu, & adulterio, donec cum eadem permanſerint, iuxta moderamen tui arbitrij pœnitentiam agens, poſtmodum ſi ſuperuixerit ei, perpetuo ſine ſpe coniugij permanebit.

*Cæleſtinus iij.* *pars c. Martinus Bertam. c. 4.*

c. 5. e.

SVPER eo vero, de quo reſcriptum Apoſtolicæ ſedis poſtulaſti; vtrum coniugatus, qui ante contractum matrim. vxoris ſuæ conſanguineam, vel propinquam carnali cõmixtione cognouit, cum id vterq. fateatur, & aliqua pars viciniæ id acclamare dicatur, ſit ab vxore ſua iudicio eccleſiæ ſeparandus, tali reſponſo tuæ f. reſcribimus; quod ſi aliter veritas ordinario iudicio venire non potuerit in lucem, propter eorum confeſsionem tantummodo, vel rumorem viciniæ ſeparari non debent, † cum & quandoq. nonnulli, cum † inter ſe contra matrimonium colludere velint, ad confeſsionem inceſtus facile proſilirent, ſi ſuo iudicio crederent iudicium eccleſiæ concurrendum. Rumor autem viciniæ non eſt momenti vſq. adeo validi iudicandus; quod niſi rationabiles, & fide dignæ probationes accedant, poſsit bene conſtitutum † matrimonium irritari.

† al. debet
† al. de eſt eum
† al. cõtractũ

## DE CONSANGVINITATE, ET AFfinitate. Tit. viij.

*Vrbanus iij. Burdegalẽ. † Archiepiſcopo. pars c. Conſu.* *Cap. 1.*

† al. Burgegalũ.
De cõſ. c. 1.

SVPER eo quod iuuenem quẽdam aſſeris puellam quandam nõdum nubilem fide interpoſita iuraſſe, quæ iam facta nubilis virũ repetit, & ipſe † excipit dicens ſe non debere eam ducere, pro eo quod poſt quam puellam affidauit, carnaliter propinquam eius cognouit. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod ſi manifeſtum fuerit † eundem iuuenẽ cognouiſſe propinquam iam dictæ puellæ, aut ſi manifeſtum nõ eſt etiam † id fama loci non habet, † cum ſponſa ſua eſſet tantum de futuro, idem iuuenis ab impetitione puellæ debet abſolui.

† al. ille
† al. fuit
† al. & al. ac
al. & ad

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 2.*

† al. habeat
c. 3. e.
† al. ab eodem

QVOD dilectio tua &c. Quæſiuiſti a nobis, vtrum is, qui a † ſtipite per lineam deſcendentem, ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat, poſsit ei, qui ex altera parte per lineam deſcẽdentem ab eodem ſtipite, ſecundo, vel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam fe. me. Adriani Papę, tunc Albanẽ. Epiſcopi in Noruagiam † legati; qua permiſſum eſt omnibus † illius terræ in ſexto gradu coniungi: quod tibi videtur cõuenienter fieri poſſe, ſecundum regulam a quibuſdam doctoribus approbatam, qua dicitur, quoto quis gradu diſtat a ſtipite, toto diſtat a quolibet deſcendentium: cum tamen de conſuetudine Noruagiæ, ſi quando † talis caſus emerſerit, incolæ terræ propter proximiorem gradum coniunctos ſeparant, copulari autẽ volentes nõ permittunt inſimul copulari, ſicut litterarũ tuarũ ſeries demõſtrauit. Nos vero ſic conſultationi tuæ duximus reſpondendũ; quod indulgentia ſic eſt intelligenda, vt vterq. cõiungendorũ a ſtipite ſexto gradu diſtet, cognatione ſecundũ canones cõputata. ſi vero alter ſexto, vel ſeptimo gradu diſtet † a ſtipite, alter vero ſecundo, vel tertio gradu coniungi non debẽt. vnde in hac parte cõſultius duximus multitudini, & obſeruatæ conſuetudini deferendũ, quã aliud in diſſenſionem, & ſcandalum populi nouitate quadam adhibita ſtatuendum.

† al. in Origelam
al. in origenã
† al. hominib.
† al. quandoq.
† al. diſtat

## DE FRIGIDIS, ET MALEFIciatis. Tit. ix.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

V EX

De frigid. c. 3. † al. xvj

EX litteris tuis accepimus, quod quidam xv. † annorũ, vel eo amplius quandam xiij. annorũ duxit in vxorem, verum cum debitum reddere deberet, & non poſſet, mulier tam grauem contraxit infirmitatem, vt omnino viro ſit facta inutilis, & inſtrumentum eius ita ſit impeditũ, quod viro non valeat cõmiſceri. ſed quia nobis dubium eſt, an pro † culpa viri infirmitas peruenerit; ſuper hoc plenum, vel certũ dare reſponſum non valemus. Quod ſi tibi conſt.terit, quod illud vitium a natura contraxerit, nec ope † medicorum poterit iuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem; ſi vero ex culpa viri hoc prouenit, licet non ſit tutum indulgeri † ei, vt aliam accipiat, tamen ſub diſsimulatione poteris ſuſtinere. quia tutius eſt vnam, tamquam vxorem habere, quam cum multis peccare.

† al. de eſt pro — † al. opere. — † al. indulgere

*Lucius iij.* *Cap.* 2.

e. 4. e.

CONSVLTATIONI tuæ, qua nos conſuluiſti, vtrum feminæ clauſæ impotentes commiſceri maribus matrim. poſsint contrahere; & ſi contraxerint, vtrum debeat reſcindi. taliter reſpondemus, quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus matrim. contrahat, & quamuis de huiuſmodi expreſſum canonẽ non habemus, ſacroſancta tamen Romana eccleſia conſueuit in conſimilibus iudicare; vt quę nõ poſſunt haberi tamquam vxores, habeantur tamquam ſorores. Veruntamen talibus artificio aliquã de † cõſueuit ſuccurri, vt valeãt apte reddere debitum, & accipere.

† al. aliquo

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* 3.

e. 5. e.

LAVDABILEM &c. & infra. Sollicite quoq. ad vltimum requiſiſti; quantum tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiã copulæ nuptialis, inqua ſi defecerint, ſeparentur. † Nos vero quamuis in antiquis tam canonibus, quam legibus ſuper hoc diuerſa tempora concedantur; id tamen in præſenti conſultatione ſentimus; vt ſi naturaliter frigidus non poteſt illa, quã duxit, vti pro coniuge, a tempore celebrati contractus, ſi frigiditas prius probari nõ poſsit, vſq. ad triennium, ſecundum authenticum legale cohabitent. quo elapſo ſi nec tũc cohabitare † voluerint, & iuxta decretum Gregorij mulier ſi per iuſtum iudicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non poſsit, accipiat alium. ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur. quod ſi ambo conſentiunt ſimul eſſe; vir eam etſi non vt vxorem, ſed ſaltem vt ſororem habeat. At vero, ſi quod numquam ſe inuicem cognouerint, ambo fatentur, ſeptima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ: ſi propinqui defuerint, tactis ſacroſanctis euangelijs vterq. iure iurãdo dicat, † quod numquam per carnis copulam vna caro effecti fuiſſent; & tunc videtur, quod valeat ad ſecundas nuptias cõuolare. Verũ ſi ille aliam duxerit, tunc ij, qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pænitentia cogantur ad priora conubia redire.

† al. ſeparantur — † al. habitare — † al. dicat

## DE MATRIMONIO CONTRA interdictum eccleſiæ contracto. Tit. x.

*Clemens iij.* *Cap. vn.*

Non ponitur.

CVM ſis præditus ſcientia litterarum, & ad ea ſufficiens, quæ a nobis requirere voluiſti, quia tamen ad maiorem certitudinem iudicium noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris, & prudentiam tuã exinde commendamus, & reſponſum noſtrum pro ſuſcepto † officij noſtri debito deſtinamus. Cõſuluit nos ſane tua diſcretio, vtrum ij, qui contra inhibitionem annuatim in ſua ſynodo cum excommunicatione in genere facta clãdeſtina coniugia contraxerunt, ſeparandi ſint, † an tolerari debeant ſic contracta matrimonia; vel taliter contrahentes excommunicandi ſunt, † donec ſatisfaciant eccleſiæ, quã læſerunt. Super quo vtiq. f. t. duximus reſpõdendum: quod licet ſic contracta * matrimonia * coniugia eſſe negentur, † ſacri tamen canones ideo prędicta prohibere noſcuntur, ne ſi alter contrahentium mutata voluntate in aliud votum ſe publice transferret, pro coniugio, quod incertum eſt, iudicis † ſentẽtia promulgari non poſsit. Verum ſi contrahentiũ volũtas propria ſuffragauerit, & legitima vota ſuccurerint, † licet ab initio tale matrim. non tenuerit, ex poſt facto tamen ſubſequẽte voto vtriuſq. legitimo roboratur, & tolerãdi ſunt taliter contrahentes, niſi matrim. fuerit accuſatũ. Sed quoniam contra interdictũ eccleſiæ, & excõmunicationem generaliter factam agere præſumpſerunt, † nominatim excommunicati denuntiandi ſunt pro contemptu, donec eccleſiæ ſatisfecerint, & poſtmodum eis inſpecta perſonarum, & tẽporis qualitate, pænitentia eſt indicenda.

† al. ſuſcepti — † al. ſint — † al. ſint — † al. videãtur — † al. eſt iudici — † al. ſuccurrũt — † al. præſumpſerint

## QVI SVNT † FILII LEGITIMI. Tit. xj.

† al. ſint

*Cæleſtinus iij. Eboracen. Archiepiſcopo. Cap.* 1.

Qui fil. ſint leg. c. 10. † al. Referente

DEFERENTE † nobis &c. Tibi taliter reſpondemus; quod publicæ honeſtatis iuſtitia prohibente, matrim. inter eos contrahi nõ potuit, & contractum debuit ſeparari. ac per hoc cũ filij nec per eccleſię permiſſionem, † nec per paternã ignorantiam excuſentur, ad ſucceſsionem paternorum bonorũ non videntur aliquatenus admittendi.

† al. remiſſionem

*Cæleſtinus iij. Lincolieñ.* † *Epõ, & Abbati T. c.* 2.

† al. Lincon. — e. 11. e.

PERVENIT ſane ad nos ex inſinuatione Luciæ viduæ, quod cũ inter G. patrem ſuum, & A. matrem illius matrimonium fuiſſet legitime celebratum, & quamdiu vixerãt quiete obſeruatum, poſt illorum deceſſum quidam aſſerentes eam de non legitimo matrimonio fuiſſe ſuſceptam, a paterna hereditate tamquam illegitimam amouere conantur. m. itaq. diſ. v. per A. s. m. † qua. ſi vera ſunt, quæ pręmiſimus, dictam viduam auctoritate noſtra legitimam nuntietis.

† al. de eſt m.

## QVI MATRIMONIVM ACCVSARE, vel teſtificari poſſunt. Tit. xij.

*Clemens iij.* *Cap.* 1.

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod cum B. miles L. mulierẽ xxv. annis tenuerit in vxorem, nunc dictus miles ab ea, ſeparari deſiderans, matrimonium ipſum accuſauit aſſerens, ſe adinuicem in ſeptimo cõſanguinitatis gradu attingere, idemque † coram te ſufficienter ſe probaturũ idoneis teſtibus proponebat, adiciens inſuper, quod ob hanc cauſam a G. prędeceſſore tuo in primo nuptiarum anno, vinculo fuit excõmunicationis aſtrictus: ex aduerſo vero præfata mulier dixit, accuſationem ſuam nullatenus audiendam, eo quod ſicut ſe manifeſte probare dicebat, per xxv. annos idem vir tãquam legitimã vxorem eam tenuiſſet. Vnde quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tibi conſtiterit prædictum virum mulierem illam xxv. annis tamquam vxorem legitimã tenuiſſe, ipſum ad eam in † vxorem de cetero detinendam, & maritali affectione tractandã ap. re. compellas, perpetuum ipſi viro ſuper eadem quæſtione ſilentium auctoritate Ap. imponens.

† al. ideoq. al. idẽ quoq. — † al. vt

*Clemens iij.* *Cap.* 2.

Non ponitur.

DILECTVS filius noſter Archipreſbyter tuus per ſuas nobis litteras intimauit, quod cum duo viri duas accepiſſent ſorores; altera ſine liberis ex hac vita ſubtracta, vir eius accepit aliam in vxorem, ex qua filium generauit. cui filia ſororis alterius fuit tẽpore procedente (in matrim. † copulata; cum qua iam permanens filios ex ipſa, ac filias, qui adhuc ſuperſtites ſunt, accepit. quia vero ex matrimonio illo ſiniſtra opinio eſt exorta, per memoratas litteras idẽ Archipresbyter Apoſtolicum duxit ſuper hoc conſilium requirẽdum. Vnde licet publicæ honeſtatis iuſtitia huiuſmodi prohibeat matrimonia contrahi, quia tamdiu inſimul permanſerunt, vt accuſatores (ſi qui † fuerint, debeant ſuſpecti haberi, qui cum præſentes extiterint per tam longa temporis ſpatia tacuiſſe noſcũtur, hoc tibi ſuper hoc duximus conſulendum; vt cõtra matrimonium illud accuſatio nullatenus deinceps admittatur; ſed potius ſub diſsimulatione perſonæ illæ permittantur inſimul permanere.

† al. matrimonio — † al. qui

*Cæleſtinus iij.* *pars c. Laudabilis.* † *Cap.* 3.

† laudabile — Qui matr. acc. poſ. c. 4.

INSVPER adiecisti, quod aliquis cõtraxit cum quadam puella innubili, quæ tandem ætatis metas attingens, & ab illo cognita plures poſt quatuor, aut quinq. annos a præfata ætate decurſos, contra matrimonium allegauit, aſſeuerans ſe ab initio diſſenſiſſe ſemper ab illo; & quod dicit per teſtes probat fama, & conuerſatione præclaros. In hoc itaq. caſu ſentimus, quod aduerſus matrim. audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui legitimum annũ attingens, cum potuit, † minime reclamauit. ſicut enim ante cõſenſum legitimum, qui in anno xij. ſperatur, ſecundum ius canonicum potuit diſſentire: ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam carnali copulæ conſenſit, ex ratihabitatione ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur induxiſſe.

† al. potuerit

*Clemens iij.* *Cap.* 4.

c. 2. e. — † tua

A nobis eſt ex parte eccleſiæ veſtræ † requiſitum; vtrum aliqui ſuper accuſatione matrimonij nil voce propria depromentes, debeant per ſolam chartulæ cõſcriptionem admitti. Ad hoc reſpondemus, quod in talibus niſi quantũ ad præſumptionem nullius momenti eſt conſcriptio, quo ad ſententiæ calculum proferendum, niſi alia legitime † ſuffragentur. Præterea quia & hoc conſultationi fuit additũ, proinde reſpondemus; quod qui ſponſalib. interfuerunt, & tacuere quęſiti, nõ ſunt poſtea recipiendi, ſi velint contra matrimonium aliqua cõfiteri, niſi de his aliqua velint dicere, quę in veritate poſtea didicerunt, de quibus tamen † conſtet eos nil factę interrogationis tempore cognouiſſe.

† al. legitima — † al. cũ

V 2 Qua-

Qualiter vero ab ijs,qui accuſant matrim. vel aliquod proteſtantur, accipiendũ † ſit ſacramentũ,& poſt quot annos ſint aliqui in accuſatione matrimonij audiẽdi,pręſentib. litteris nõ duximus adnectendũ: quia forma huius ſacramenti pæne in omnibus patet canonib. diligenter expreſſa, & quia per varietatem caſuum,& diuerſitates perſonarum certa de annorum ſpatio his non poſsit meta præfigi.

† *al. excip.*

*Clemens iij.* *Cap. 5.*

SICVT ex litteris tuis, & petitionis tenore nobis oblatę cognouimus,cũ olim inter H. † & R. mulierem matrimonium eſſet iuramento firmatum,quod quidam aſſerebat eos adinuicem conſanguinitatis ſe gradu attingere,tunc vocato plebano, de cuius parochia vir,& mulier fuerant oriundi,ei diſtrictius iniunxiſti,vt ſuper negotio illo veritatem inquireret diligentius,& accuſatorib. ipſius matrimonij ex tua parte pręciperet,vt infra terminum,quẽ plebanus ille † illis ſtatueret,ad accuſationem conuenirent. quod ſi in illo termino non accederent, vlterius minime audirentur. Vnde quia idẽ accuſatores in ſtatuto eis termino minime acceſſerunt,matrimoniũ illud fuit vtriuſq. copula confirmatum. quia vero poſtmodum patruus prædictę puellę ad illius,vt dicitur,hereditatẽ anhelans; accuſaturus matrimoniũ illud ad præſentiã tuã acceſsit,duos ſecũ teſtes adducens,quos præfatus vir, & mulier parati erant infames eſſe incontinenti probare,& quia verbis eorũ minime adquieſcere videbaris,idẽ vir ad noſtrã audientiã appellauit,quia vero contracta matrimonia ſine magna deliberatione ſeparari nõ debent,nec contra ea recipi quęſtiones; f.t.m. qua. ſi vera ſunt, quę prędiximus,teſtes,& accuſatores ipſius matrimonij, tãquã ſuſpectos abicias,nec tu ipſe admittas, nec ſinas, quantum in te fuerit,a quoquam admitti.

Non ponitur. † *M.* † *al. ipſe*

DE DIVORTIIS. Tit. xiij.

*Alexander iij.* *Cap. 1.*

AD aures &c. & infra. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus,ſi coram eccleſię tuę canonicis probatum eſt,quod conſobrinus latoris præſentium eiuſdem vxorem,& ante,& poſt contractum matrimonium carnaliter cognouit,cum illud fuerit nullum matrim. † accipiendi aliam liberam tribuas facultatem, niſi cum prædicta muliere poſt factũ cognitũ inceſtum probetur cõmiſiſſe.

Non ponitur. † *inde* Non ponitur.

*Clemens iij.* *Cap. 2.*

COMES (Wlf. de Rumareñ. † vir nobilis parochianus tuus, prout nobis per tuas litteras retuliſti, tibi fuit ſecreto confeſſus, quod cum ipſe cum quadam muliere nobili matrimoniũ contraxiſſet,ipſa inſtinctu quorundam admonita, cõſanguinitatem inter ſe, & eum eſſe propoſuit, & per Ricardum olim Cantuarieñ. Archiepiſcopũ poſtulauit diuortium celebrari. licet autem prædictus Comes illam crederet ad ſe nulla conſanguinitatis linea pertinere; ferens tamen indigne, quod vxor ſua eum contempſerat, cum contradicere potuiſſet,obticuit, nec aliquatenus ad ſedem Apoſtolicã appellauit, † ſed poſt cõſanguinitatem probatam, & diuortio iudicio eccleſiæ conſecuto,muliere iamdicta ad matrimonium cuiuſdam nobilis tranſeunte, idem Wlf. † aliam ſibi matrimonialiter copulauit. quia vero ipſum propria conſcientia remordet,vt aſſeris,de eo,quod ſciens inter ſe,& primam vxorem nullam eſſe cõſanguinitatem, ab ea ſuſtinuit ſeparari,cũ ab ipſo cõmonitus quid ſibi agendũ ſit,diligenter inquiras. Præſenti pagina reſpondemus,quod quamuis in conſcientia ſcrupulum gerat de prima coniuge derelicta,non debet tamen a ſecunda recedere,& cõiugale debitũ denegare; expedit tamen, † vt pænitentiam ei competentem iniungas; pro eo quod cõtra conſcientiã ſuam ſeparari conſenſit, & inſuper eam pęnitentiã ſibi experiatur inflictam; vt ad ſecũdæ coitũ cum dolore, ſi fuerit requiſitus, etiam teneatur accedere; tamen arbitretur ſe ius repoſcẽdi ab ea carnale debitum amiſiſſe.

† *al. W de Rimare* † *al. voluit appellare* † *al. W* † *al. autem ei*

DE DOTE POST DIVORTIVM reſtituenda. Tit. xiiij.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*

DE prudentia veſtra valde miramur,quod cum vobis cauſam matrimonialẽ, quę vertebatur inter B. Piſanum ciuem,& M. mulierẽ comiſiſſemus canonice terminandam; & vos conſanguinitatem inter eos in † vj. & vij. gradu † inuenientes, ſententiam diuortij tuliſſetis; de dote, quam a viro mulier repetebat,quidquam ſtatuere diſtuliſtis. quia igitur ſecundum iura vos quidem † de matrimonio principaliter cognouiſtis, & de dote, quæ eſt cauſa incidens,acceſſorie cognoſcere valuiſtis,& ſentẽtialiter diffinire; diſcretioni veſtræ per Ap. ſcripta mandamus,quatenus prędictũ B. moneatis attẽtius,& app. ceſſante cogatis,vt prædictæ mulieri totã dotem ſuã, ſicut canonicũ fuerit, reſtituere nõ moretur.

De don. int. vir. c. 3. † *al. 7.* † *al. gradũ* † *al. qui*

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 2.*

PLE-



PLERVMQVE accidit, vt proponis,quod in tua parochia mulieres a viris ſuis fornicationis cauſa recedunt; & ſic vſque ad mortem ipſorum permanere noſcũtur, ipſis autem † defunctis, cum a conſanguineis, ad quos hereditates eorum deueniunt, dotem ſuam cum dotalicio ſuo repetunt, eis audientiam denegãt,& eis † nolunt reſtituere,quod repoſcunt ob hanc cauſam; quia eo ipſo ſe indignas feciſſe † noſcuntur, quod a viris ſuis cauſa fornicationis duxerint recedendum. In hoc caſu itaq. dicimus, quod ſi aliqua † mulier ob cauſam ſuæ fornicationis iudicio † eccleſiæ; aut propria volũtate a viro ſuo recedit, † nec poſtea reconciliata eſt eidem, inde † defuncto ipſo dotem, vel dotalicium ſuum repetere non poteſt.

c. 4. e: † *al. vero* † *al. deeſt eis* † *al. fuiſſe* † *al. hec* † *al. per iudiciũ* † *al. receſſit* *al. recedat* † *al. deeſt inde*

DE SECVNDIS NVPTIIS. T. xv.

*Alexander iij.* *Cap. vn.*

CAPELLANVM nihilominus, quem benedictionem cũ ſecunda tibi cõſtiterit celebraſſe; ab officio,beneficioq. ſuſpẽſum, cum litterarũ tuarũ teſtimonio, appellatione ceſſante, ad ſedẽ Apoſtolicam nullatenus deſtinare poſtponas.

De ſec. nup. c. 1.

# LIBER QVINTVS

## DE ACCVSATIONIBVS. TIT. I.

*Cæleſtinus iij.* † *Cap. 1.*

SI conſtiterit,quod ſępedicto D. præſcripta eccleſia non fuerit perpetuo conceſſa, ſed ad tempus commendata &c. & infra. De violentia, & quod in taberna pernoctauerit,ita quod altera die nulla præmiſſa dormitione miſſam cantaſſet † &c. & infra. Sed etiam ſi de hoc rationabiliter fuerit cõuictus in iudicio ante † Epiſcopum, vel Archiepiſcopum ſuum accuſatus,vel ad rationem poſitus,ſine coactione coram pluribus fuerit confeſſus,ei nullius ap. ob. ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium imponatis, & ipſum ab impetitione G. deſiſtere compellatis. Ceterum ſi eidem D. fuit eccleſia ipſa canonice conceſſa, † & tradita, & poſtea de crimine aliquo non fuit † conuictus, propter quod debuit † de iure ſpoliari, vel poſt appellationem, ſicut aliquando allegauit, eccleſia illa fuerit ſpoliatus, ipſam facias † ei reſtitui,& in pace dimitti.

† *al. Clemens* *al. Alex. iij.* De accuſ. c. 12. † *al. cãtauerit* † *al. apud* † *al. cõmiſſa* † *al. fuerit* † *al. debeat* † *al. faciatis*

*Alexander iij.* *Cap. 2.*

MEMINIMVS iam pridem tibi pręcipiendo mandaſſe; vt dilectæ filiæ n. Caſsiotæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Zachariæ, cuius electionem confirmauimus, † munus benedictionis impenderes; ſed quia Henricus pro altera parte ad noſtram † præſentiam acceſsit, & te † exinde ad noſtram audientiam appellauit; proponens, quod eam accuſaret de ſimonia; & ideo mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mancipare. quia vero non decet te in hac parte appellationi eiuſdem H. deferre,cum non liceat laicis contra clericos,& monachos teſtimonium ferre; & cũ idem H. fuerit memoratæ Caſsiotæ manifeſtus † inimicus,& cõtra eam teſtimonium tulerit; nos ſi bene meminimus,eandem Abbatiſſam benedici mandauimus,& adhuc ap. ces. mandamus; quatenus, cum inde fueris requiſitus, præfatæ Abbatiſſæ contradictione,& appellatione ceſſante,munus benedictionis nõ differas impertiri.

c. 11. e. † *al. cõfirmamus* † *al. veſtram* † *al. am* † *al. manifeſtius*

DE SIMONIA. Tit. ij.

*Alex. iij.* *Cap. 1.*

VENIENS ad nos F. presbyter nobis ſupplici † relatione propoſuit; quod Abbas, & fratres ſancti R. noluerunt eum in monachũ recipere, quouſq. illis prõ monachatu triginta libras dare conuenit; cõuentione autem facta, ſtatim eum ſequenti die monaſticum habitum induerunt. Idem vero † monachi triginta ſol. Abbas vero xl. & familiæ xij. pro paſtu, aſſerentes hoc eſſe de conſuetudine monaſterij poſtulauerũt. Quoniam ergo rei veritas nobis non conſtat, & factum huiuſmodi pernicioſum videtur: f. v. † per A. s. m. p̃. † qua. rei veritatẽ diligẽter in-

De Sim. c. 10. † *ſimplici* † *al. deeſt vero* † *al. ſ.* † *al. deeſt pr.*

*† al. noueris*
*† al. acceptã*

inquiras,& ſi ita inueneris † eſſe; Abbatem, & monachos ad reſtituendam pecuniam pręfato F. tam indigne receptam, † inſtanter admoneas; & cum omni diſtrictione compellas; & Abbatem, & maiores perſonas monaſterij pro tantæ prauitatis exceſſu, ab officio ſacerdotali ſuſpendas. Prædicto autem F. in alio monaſterio præcipias, vt in habitu monaſtico domino † ſtudeat deſeruire.

*† al. Deo*

*Alexander iij.* *Cap. 2.*

*c.10.c.*

EX tuæ fraternitatis litteris, & confeſsione ſacerdotis præſentium latoris accepimus, quod cum ad ſacerdotis ordinem non aliter voluiſſet eum eius Archidiaconus præſentare; v. ſol. eidem Archidiacono ſoluit, & ſic poſtea ordinem ipſum per eum præſentatus accepit. Vnde ſuper eo, de quo noſtrum conſilium poſtulaſti, tibi ſic duximus reſpondendum; vt ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretũ; eundem ſacerdotem ſecreto conuenias, monens, ſine vlla tamen coactione eum propenſius, & inducens, vt ordinem alicuius religionis aſſumat, & perpetuo ab officio, quod illicite adquiſiuit, abſtineat. Si vero ad religionis ordinem obſeruandum † inducere eum forte non poteris; ſtudeas ei ad ſuſtentationẽ ſuam aliquod beneficium eccleſiaſticũ conſtituere: ad hoc, vt a ſacerdotio debeat in perpetuum abſtinere. Alioquin non erit tutum, cum ſit ſecretus exceſſus, ipſum inuitum ab eodem officio coërcere; ſed tamen ſecretam pęnitentiam, ſecundum quod tibi viſum fuerit, iniungere non poſtponas.

*† al. aſſumẽdũ*

*Alexãder iij. Herefordeñ. Archidiacono.* † *c.3.*

*† al. Epõ. & Archidi Hereford.*
*c. 21 c.*

A D noſtram noueris † audientiam perueniſſe, vnde, ſi verum eſt, plurimum admiramur, & aduerſus vos, † iure mouemur; quod in eccleſijs in veſtra iuriſdictione conſtitutis vicarios, niſi ab eis extorta pecunia nulla ratione miniſtrare permittis, † & perſonas eccleſiarum, quaſi ſeruos, & cenſuarios ſingulis annis indebitis exactionibus grauare pręſumitis, † extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas † diuerſis nominibus, aliquando auxilium Epiſcopi, interdum ejuſdem † Epiſcopi. & veſtras conſuetudines nuncupãtes; quas ſi vobis forte reddere contendunt; vos eaſdem perſonas, & eccleſiarum vicarios ab officio ſuſpenditis, & in eorum eccleſijs diuina prohibetis officia celebrari, & inter cetera denarium † chriſmatis pro † voluntate veſtra ab eis in veſtræ ſalutis periculum extorquere pręſumitis huiuſmodi exactionem; vt eam † liberius videamini exigere, quãdoq. conſuetudinem Epiſcopalem, quandoq. ſynodalia, quandoq. paſchales denarios appellantes. & infra. Quia vero non decerct † vos clericos ita viliter, & inhoneſte tractare: diſ. v. per A. s. m. qua. ab eis pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, ſiue pro vicarijs aſsignandis, ſeu pro chriſmate nullatenus exigatis pecuniam, & eos indebitis exactionibus, aut procurationib. de cetero grauare, vel perſonas eorum, aut eccleſias ſine manifeſta ratione, & rationabili cauſa nullatenus interdicto ſubponere præſumatis &c. Alioquin, ſi ad nos exinde iterata querella peruenerit, &c.

*† al. noueritis*
*† al. te*
*† al. permiſiſtis*
*† al. præſumis*
*† al. eaſdem*
*† al. poſſius*
*† al. denarios*
*† al. ex*
*† al. tã,*
*† deeſt*
*† al. decet*

*Lucius iij.* *Cap. 4.*

*c.14. &*
*† al. Seneuilla*

AD aures noſtras perueniſſe agnoueris, quod cum G. de Seueuilla † propter pecuniã, quam debebat, vinculo fuiſſet excõmunicationis aſtrictus, creditoribus ſatisfecit; ſed excommunicatoribus x. libras pro abſolutione quærentibus abſolutionis gratiam nõ valuit obtinere. Quoniam igitur indignum eſt, & rationi eccleſiaſticæ contrarium, vt abſolutionis beneficium redimatur: d. v. † per A. s. m. qua. ſi præfatus G. debitum ſoluit, pro quo fuerat † per ſententiam nominatus, ipſum nullius ap. ob. gratis faciatis † auct. Ap. abſolui, etſi † excommunicatores requiſiti id ei noluerint exhibere.

*† al. s.*
*† al fuit al. fuerit*
*† al. faciat*

*Clemens iij.* *Cap. 5.*

SVPER eo vero, quod quærere voluiſti, ſi alicuius electio caſſata fuerit, & idem ad regimen eiuſd. † eccleſiæ iterum cõcorditer nominatus, an † ſecunda electio debeat confirmari. hoc tuam tenere volumus diſcretionem, quod ſi prior electio non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, niſi forte ſimoniacę prauitatis aliquid (interceſiſſe conſtiterit, † promotionem † eius in eadem eccleſia non debeat impedire. †

*† al. deeſt & Non ponitur.*
*† al. eius*
*† al. deeſt an, al. vtrũ*
*† al. interceſſerit*
*† al. promotio*
*† al. impedire*

*Clemens iij.* *Cap. 6.*

QVAMVIS ad abolendam ſimoniacam prauitatem a prædeceſſoribus noſtris varia emanauerint inſtituta; vſq. adeo tamen in quoſdam Satanæ filios ille morbus irrepſit, vt adhuc peccatis exigentibus, nec leui potuerit † medicamine, nec igne curari, quin in eo potius iniquitatis ſemina pullularent, † quo amplius ſollicitudo meſſorum eſt viſa ſuffocare. quia vero interdum ex defectu teſtimonij non poteſt in pleriſq. huiuſmodi peruerſitas canonica pœna feriri, & † tu ſedem Apoſtolicam duxiſti conſulendam; vtrum mediatores, & † interlocutores, per quos ſcelus illud plurimum † cõmittitur, ad teſtimonium poſ-

*Non ponitur.*
*† al. potuerint*
*† al. pullularũt*
*† al. deeſt &*
*† al. vel*
*† al plerumq.*



poſsint cõtra ſceleris auctores admitti. quod in odiũ criminis admitti debeant, reſpondemus, quia cum tanta ſit labes huiuſmodi † criminis, ſicut in canone continetur, quod ad ferendum in ea teſtimonium quilibet admittatur. †

*† al. deeſt modi*
*† al. ad mittitur*

*Clemens iij.* *Cap. 7.*

*c.25.c.*

DE regularibus canonicis, ſeu monachis nos voluiſti conſulere, qui per ſimoniam ingreſſum ipſis ſcientibus, & machinantib. habuerunt; vnde cũ ſuper hoc auctoritates multæ inueniuntur † expreſſæ; non aliud, quam ſtatutum eſt, reſpondemus. vt locum, quem taliter adepti ſunt, omnino dimittant, & ſolitudinem, ſeu alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quib. tam execrabilem exceſſum ſine intermiſsione deplorent. Si autem † ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, cogaş eos ad renuntiandum loco eidem, & poſtmodum in ipſum reducere, ſi ibi abſq. ſcãdalo remanere potuerint, aut † eos in aliquo, quod † ſit de ordine ipſo, ad ſeruiendum Deo poteris collocare.

*† al. reperiuntur*
*† al. vero*
*† al. vel al. vt*
*† al. qui al. alio loco, qui*
*Non ponitur.*

*Clemens iij.* *Cap. 8.*

VENERVNT ad clementiam Ap. ſedis dil. filij noſtri P. & I. † & Iu. † eccleſię vię canonici, & tam ex veſtris litteris, quas gerebant, quam ex propria relatione nobis humiliter intimarunt, quomodo alter eorum ſcilicet P. in eccleſia veſtra quondam ea condicione ſocius fieri meruit, vt ad opus eius quendã librũ ſcribere teneretur; alius vero videl. I. canonicam non habuit † in eadem, niſi prius libros quoſdam, quos ſecum habebat, ipſi eccleſię curaret offerre. Poſt huiuſmodi vero ingreſſum, cum ſuas conſcientias ſuper hoc ſæpe requirerent, & ſe in eis culpabiles inuenirent, tamquam viri prouidi, & honeſti; † ac ſuarum animarum lucra quęrentes, ad te frater Epiſcope diuerſis temporib. acceſſerunt, & ſuis conſcientijs reſeratis, idem P. ſocietatem illius eccleſię, & Archidiaconatum, quo fungebatur, in tuis manibus reſignauit. Ad vltimum quidem ambo licentia veſtra communiter impetrata, de mandato veſtro Rom. eccleſiam adeuntes, cum maxima deuotione, ac humilitate, quod fuerant, vt dictum eſt, cõdicionibus iniquis adepti, in noſtris manibus coram fratrum noſtrorum præſentia refutarunt. † Nos igitur conſiderantes deuotiones eorum, † & quod vltro eis renuntiauerant, † nihilominus attendentes eos de benignitate ſedis Apoſtolicæ accedente fratrum conuenientia † ſupradictæ † ſocietati, & canonicis eccleſiæ veſtræ duximus reſtaurandos; & ab omni infamia, ſi quam ſuper hoc contraxerant, abſoluendos. Verum † veſtræ v. † m. qua. eos de cetero, tamquã canonicos veſtros habentes, in illis beneficijs, & honorib. quos habebant, ſeruetis indemnes; & ſicut fratres veſtros, & ſocios, vt condecet, honoretis; nec ob hoc impediantur, vel aliquatenus perturbentur, quominus, vt perſonæ legitimę honores, & gradus eccleſiaſticos valeant optinere. Volumus tamen, & præcipimus † Ap. auctoritatẽ. vt quia memoratus P. Archidiaconalẽ dignitatẽ, quã prius habebat, ſpontaneus reſignauit, & tu eam frater Epiſcope alij cõceſsiſti; ſi nũc facultates apparẽt, † vel quã citius apparebunt, † & eum interim in veſtrũ canonicum admittatis; & tu Epiſcope pro reſignatione Archidiaconatus recompenſationem facias cum eo indignitate conſimili, vel alia competenti.

*† al. Petrus Iohãnis al. P. Iohannes al. P. Iohãnis*
*† al. Iulianus al. Vıllanus al. Iulianus*
*† al. habuerit*
*† al. diſcretis*
*† al. reſignarunt*
*† al. ipſorum*
*† al. renũtiauerunt*
*† al. cõniuetia*
*† al. ſupradictos*
*† al. Vnde*
*† vniuerſitati*
*† al. præſentiũ*
*† al. facultas apparet*
*† al. apparebit*

*Cæleſtinus iij.* *Cap. 9.*

*c.27.c.*
*† al intimatũ*

NOBIS fuit ex parte tua cum magna diligentia propoſitum, † quod cum quattuor eſſent a capitulo cõſtituti, qui debebant quẽdam in plebanum eligere; amici eius de electione, cuius ſpes habebatur, vni eligentium, vel omnibus promiſerunt ſe pecuniam ſoluturos, eo tamen ignorante, qui huiuſmodi interueniente promiſsione poſtmodum eſt electus. Quia igitur ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ſollicitudini tuæ breuiter † reſpondemus; quod niſi forte conſtaret illos, qui promiſſum tale fecerunt, per fraudem in diſpendium ipſius, qui eligendus erat, id malitioſe feciſſe; quamuis ipſe promiſsionis conſcius non fuerit, tamen electio huiuſmodi tãquam ſimoniaca, per † prauitatem huiuſmodi adquiſita, eſt penitus reprobanda: &c. Ad vltimum ſuper hoc, quod in fine tuę conſultationis inuenimus, hoc duximus reſpõdendum, quod aliquis in plebanum, ſeu in quemlibet eccleſiæ prælatum electus, & vt dictũ eſt, per prauitatem ſimoniacam reprobatus, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam optinere de iure non poteſt.

*† al. r.*
*† al. per ſimoniacã*

*Cæleſtinus iij. Linconñ. Epiſcopo, & Priori de Fractoponte, & Archidiacono de Marin.* † *Cap. 10.*

*† al. Marien.*
*c.28.c.*

DILECTVS filius noſter R. præpoſitus nobis patefecit, quod cũ ve. f. n. G. Eboraceñ. Archiepiſcopus eum multis grauaminibus, & varijs iniurijs afficere non ceſſaret, promiſsit ei certam quantitatem pecuniæ ſe daturum, vt ab ipſius deſiſteret læſione. verum Archiepiſcopus poſt receptionẽ pecunię

 cũ,

eum, ſicut promiſit, in pace non dimiſit, nec ſuper dignitatibus, & beneficijs ſuis ab eius moleſtatione quieuit. Ideoq. diſ. v. per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet, Archiepiſcopum reſtituere, quod accepit, ſi eum contra promiſſionem ſuam veniſſe conſtiterit, auctoritate noſtra ap. re. compellatis; & prohibeatis etiã ipſum Archiepiſcopum ex parte noſtra diſtrictius, ne pendẽte lite Prępoſitum ipſum, vel ſuos moleſtare præſumat, & ſi forte fecerit, per veſtram ſollicitudinem corrigatur.

## DE MAGISTRIS, ET NE ALIquid exigatur ab eis. Tit. iij.

*Alexander iij. Remenſi Archiepiſcopo. Cap. vn.*

*Non ponitur. † al. Laudunen. al. Lañ. † al. cõſtituñ. al. debitum*

PERVENIT ad nos, quod cum in ecclesia Lameñ. † & eccleſia Tornaceñ. ad ſuſtentationem eius, qui ſcholas regit, beneficiũ olim deputatum † fuiſſet, ſicut per omnes fere alias eccleſias maiores Gallicanas, & fuiſſe quondã, & in quibuſdam adhuc eſſe dinoſcitur, ab aliquantis retro temporibus clerici eccleſiarum ipſarum auaritia deprauati idem beneficiũ in cõmunem vſum redigere pręſumpſerunt, qua de re ſtatim doctrina ceſſauit, dum doctoribus ſtipendium eſt ſubtractum. nos autem in concilio Lateraň. nuper auctoritate domini celebrato, ac tota eccleſia, quæ conuenerat, approbante ſtatuimus; vt per omnes eccleſias cathedrales ad ſubſidium magiſtri, qui ſcholas regat, prębenda vna debeat deputari. quo circa, † ne in vacuum decreta, quæ recta ſunt, fieri † videantur, ſi per noſtram, † & Epiſcoporum inſtantiam non fuerint obſeruata: tuę fraternitati m. qua. ad eccleſias ſupradictas accedẽs, † & ad opus magiſtri, qui ſcholas regat, aliquod reſtituas beneficium, quod ad illud opus deputatum fuit antiquitus, aut aliud facias de nouo ap. re. deputari, vt competentibus ſtipẽdijs doctori prouiſis, pauperes, qui parentum opibus non iuuantur, per miſericordiam eccleſiæ doctrinam ſibi lætentur adeſſe, & diuites, qui eccleſiaſticis poſſunt vtilitatibus deſeruire, ab eccleſia pro ſtudio litterarum lõge fieri non cogantur.

*† al. cura † al. inſtitui † al. veſtram † al. accedas*

*De Iudę c. 7. & in hac collectione c. 1. de app.*

## DE IVDAEIS, ET SARRACENIS, & eorum ſeruis. Tit. iiij.

*Alexander iij. Cap. 1.*

CONSVLVIT &c. Iudęos etiã de nouo conſtruere ſynagogas, vbi eas, non habuerunt, † pati non debes, verum ſi antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, vt reędificent, poteris † æquanimiter tolerari, † non autem, vt eas exaltent, aut ampliores, aut pręcioſiores faciant, quam antea fuiſſe noſcuntur, qui vtique pro magno debent habere, quod in veteribus ſynagogis, & ſuis obſeruantijs tolerantur.

*† al. habuerint † al. poteſt al. poteris † al. tolerare*

*Alexander iij. pars c. Licet. Cap. 2.*

*c. 8. e. † al. hac † al. de eſt eos † al. quia † al. inclinant*

AD hoc † præſentium auctoritate mandamus, atq. præcipimus, qua. omnibus Chriſtianis, qui ſunt in iuriſdictione veſtra, penitus interdicatis, & ſi neceſſe fuerit, eos † eccleſiaſtica diſtrictione compellatis, ne ipſi Iudæorum ſeruitio aſsidue pro aliqua mercede ſe exponant, quod etiam obſtetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Iudæorum in domibus eorum nutrire præſumant, quoniam † Iudæorum mores, & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam conuerſationem, & aſsiduam familiaritatem inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiam ſimplicium animos inclinarent. †

*Clemens iij. Cap. 3.*

*c. 9. e. † al. de eſt lege*

SICVT Iudæi non debent ſine licentia in ſynagogis, vltra quã lege † permiſſum eſt, pręſumere; ita in ijs, quę eis conceſſa ſunt, nullum debent præiudicium ſuſtinere: ſtatuimus enim, vt nullus Chriſtianus inuitos, vel nolentes ad baptiſma eos venire compellat. Si quis autem ad Chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, Chriſtianus abſq. calumnia efficiatur. quippe Chriſtiani fidem habere nõ creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſma non ſpontaneus, ſed inuitus cognoſcitur peruenire. † nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet ſine iudicio terrenę poteſtatis, vel vulnerare, † vel occidere, vel ſuas illis pecunias auferre præſumat, aut bonas, quas hactenus habuerunt conſuetudines, immutare, præſertim in feſtiuitatum ſuarum celebratione, quiſquam fuſtibus, vel lapidibus, eos nullatenus perturbet; neq. aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi quæ ipſi præterito tẽpore facere conſueuerunt. Ad hæc malorum hominum prauitati; & auaritiæ obuiantes, decernimus, † vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare, aut inuadere audeat, ſiue † obtentu pecunię corpora humata effodere. ſi quis autem huiuſmodi tenore decreti cognito, quod abſit, contraire præſumpſeit; honoris, & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis vltione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

*† al. cogitur pę uenisse † al. verberare † al. decreuimus † al. vel*

*Clemens iij. Cap. 4.*



*c. 10. e. † al. prædicandũ*

QVAM ſit laudabile &c. & infra. Tuis frater Epiſcope petitionibus annuentes, tibi tuiſq. ſocijs, cum ad prædicandam † Chriſti fidem paganis exibitis, Ap. auctoritate concedimus, vt vobis his cibis, cum modeſtia, & gratiarum actione, ſeruata temporum qualitate, iuxta canonicas ſanctiones, vti liceat, quæ † vobis ab ipſis infidelibus apponũtur. inſuper indulgemus, vt quicumq. viri, ſeu monachi, ſiue † clerici idonei ad adnuntiandã † gentibus euangelicam veritatem, requiſita, & habita prælatorum ſuorum licentia, tibi † voluerint adhærere, id abſq. contradictione qualibet exequẽdi liberam habeant Apoſtolica auctoritate facultatem.

*† al. qui † al. ſeu † al. adnuntiãdum † al. vbi*

*Idem. Cap. 5.*

*c. 11. e. † al. tuis*

SIGNIFICAVIT nobis tua fraternitas, quomodo aliqui ciuium tuorũ in Alexandriam valeant proficiſci pro recuperandis conciuibus ſuis, † qui illic in captiuitate tenentur; hæc arbitramur poſſe licite fieri, dũ modo nihil in mercibus, vel alio modo ſecũ illic † deferant; vnde poſsit Sarracenis, excepto redemptionis articulo, aliquod commodum, vel ſubſidium prouenire, † quod etiam corã te prius iuramẽto firmabũt. Illi quoq. † qui poſt treugam in tranſmarinis partibus factam, cum cõmercio Alexandriã adiuerunt, † ſi detulerunt † merces prohibitas cauſa lucrandi, excõmunicationis vinculum non euadunt, † ſimiliter & † illi, qui in perſonis proprijs non euntes, merces eo per alios deſtinarunt. Ad vltimum illos, qui iurauerunt ſe amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos, & ipſos, & poſt treugam factam venerunt illuc, illã cõdicione de pace, vel de treuga habenda ab excõmunicationis vinculo non abſoluit.

*† al. illuc † al. peruenire † al. vero † al. adierint † al. detulerint † al. euadent † al. ſicut nec, al. deeſt nec*

*Clemens iij. † Cap. 6.*

*† al. Alex. iij. c. 12. e.*

QVOD olim præceptum fuit &c. & infra. Sane licet hoc fuerit in Lateraň. concilio diſtricte inhibitum; nos tamen de conſilio fratrum noſtrorum omnes illos excõmunicationi ſupponimus, qui iam amplius cũ Sarracenis mercimonium habuerint, vel per ſe, vel per alios nauibus, ſeu quocumq. alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia, ſeu † conſilia impenderint, quamdiu inter vos, † & illos guerra durauerit. veſtræ igitur diſ. man. atq. diſtricte pręcipimus, qua. nec per vos, nec † per veſtras naues, nec alio quocumq. modo, aut ingenio eis mercimonia, conſilia, ſeu † alia ſubſidia tranſmittatis: ne † ſi forte aliqui in ſua malitia indurati, ſecus agere præſumpſerint, non ſolum ipſo iure incidant in excommunicationem illam, verũ etiam illi iram Dei viuentis incurrant.

*† al. vel † al. nos † al. vel † al. vel † al. &*

## DE HIS, QVI FILIOS OCCIderunt. † Tit. v.

*† al. De homicidio volũtario, vel caſu.*

*Alexander iij. Cap. vn.*

DE infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre, & matre, & non apparet, vtrum a patre, vel a matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus; nõ debent inde ſecuri eſſe parentes, nec ſine pœna: † ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus mortis cauſa fuit, † ſi autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe, quod Ancyritano concilio probabatur. † Quidam autem pænitentiam trium annorum indicant † eſſe debere, quorum vnum peragant in pane, & aqua.

*De ijs, qui fil. c. vlt. † al. pænitẽtia † al. fuerit † al. probatur † indicant*

## DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, ſeu † caſuali. † Tit. vj.

*† al. vel † al. deſunt verba tituli*

*Clemens iij. Cap. 1.*

*De homic. c. 12. † al. vt † al. quã*

AD audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod cum quidam presbyter volens corrigere quendã de familia ſua eo cingulo, quo cingi ſolebat, illum verberare temptauit; contigit, quod † cultellus de vagina, qui † cingulo adhęrebat, elapſus eum in dorſo ſuo aliquãtulum vulnerauit; poſtmodum vero cũ ille vulneratus aliquamdiu vixiſſet, & cõualuiſſet a vulnere, grauiore, vt dicitur, infirmitate percuſſus ſanamente, ac deuotione debita viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus. Quia vero vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habebatur; † eodem presbytero ab omni officio, beneficioq. † ſuſpenſo, quid ſuper hoc vobis eſſet agendum, Ap. ſedem conſuluiſtis. nunc itaq. (veſtræ diſcretionis induſtriæ duximus reſpondendũ, † quod cum in dubijs ſemitam debeamus eligere tutiorem, vos † conuenit iniungere presbytero memorato, vt † de cetero in ſacris ordinibus miniſtrare non præſumat † iniuncta tamen ei pænitentia congruenti poteris † ei concedere, vt ſit contentus in minoribus ordinibus miniſtrare. Si vero vobis legitime conſtiterit, quod ex alia infirmitate obierit, † de noſtra † licentia poterit, ſicut erat ſolitus, diuina officia celebrare.

*† habetur † al. & bñſio † al. diſ. v. reſpõdemus † al. nos † al. ne † al. accedat forte audeat al. de eſt non † al. pœteritis † al. obijt, † al. ueã*

*Clemens iij. Cap. 2.*

*De confeſ. c. 1.*

CVM monaſterium &c. & infra. Super eo vero, quod tuis litteris adnectere ſtuduiſti, quid

quid tibi faciendum ſit, de quodam eiuſdem monaſterij ſacerdote, qui diabolo inſtigante quendā ex fratribus, ſicut eū publice propoſuiſti confeſſum, occidit; hoc fraternitati tuæ reſcribimus, & per A.s.m. quatenus eum ſollemniter ab omni officio diuino non differas degradare: & in monaſteriū aliquod Ciſtercien. † ordinis reducere, in quo iniunctam ſibi tanti facinoris pænitentiā agens ibi, dū vixerit, digne lugeat, quæ commiſit. eos autem, de quorum ſuggeſtione ſcelus prædictum perpetraſſe proponit, niſi tibi alijs modis, & iuſtis rationibus verum eſſe cōſtiterit, nulli cenſemus pœnæ ſubdendos; quia ſecundū vtriuſq. iuris ſtatuta, de ſe confeſsi ſuper aliorum conſcientijs † interrogari non debent, & † crimine maieſtatis excepto, de reatu proprio cōfitentis periculoſa confeſsio non eſt aduerſus quemlibet admittenda; ſi tamē infamia hos† huiuſmodi laborare cognoueris, ſingulis eis adiunctis tribus ſocijs ſui ordinis purgationē iniungas.

† al. Ciſtren.
† al. cō ſortijs
† al. de eſt &
† al. eos
al. oēs
al. huiuſmodi eos.

*Clemens iij.* *Cap.* 3.

SCRIPSISTI nobis fili Decane, & capitulum, quod cum B. ſacerdos præſentium lator ad petitionem communitatis inductus, eccleſię ædificationi diligenter intenderet, & eum † compagem cuiuſdam laquearis vetuſtate attriti diſſoluere voluiſſet; quidam famulus ſibi laboranti in auxilium deputatus, licet pręmonitus eſſet, vt ab ipſo laqueari ſecederet; neglexit tamen, & id aure ſurda prætereiens, cum laqueari ruit in terram, & hac occaſione poſtea, duobus menſibus, & † tribus diebus † ęgrotans, rebus eſt humanis exemptus. cumq. ſuper hoc valde triſtatus, Authelegij † tunc Epiſcopi veſtri mandatum, & conſilium requiſiſſet; & ipſe † eum ad tēpus ex habundanti ſuſpendens cautela', deinde habito prudentium conſilio virorum duxit reſtaurandum. Tu vero frater Epiſcope, qui nunc Ildenenſi eccleſiæ præſides, ipſum voluiſti manere ſuſpenſum, donec ſuper hoc recepturus conſilium, præſentiam noſtram adiret. nos quoq. conſiderantes, quod idem B. cū daret operam rei licitæ, ſecundum quod in iure cautum eſt, omne ſtudium adhibuit, dicens, caue frater, vt damnum quodlibet euitaret; attendentes etiam, quod ſuſpenſus ad maiorem cautelam aliquamdiu fuit, & nunc propter hoc ſpecialiter ad ſe. Ap. veniendo in perſona, & ſumptibus proprijs laborauit. cōſultationi tuæ taliter reſpondemus p̄. auctoritate Ap. mandantes, vt prædictus B. ob hāc cauſam non impediatur, quo minus integre ſuo reſtituatur officio, & cum omni pace permittatur ap. re. cum integritate beneficij miniſtrare. † Præterea volumus, vt quia pręd ictus † B. proprietatem non habens, pro expenſis itineris coactus eſt pecuniam mutuari, facias ei recompenſationem congruam expenſarum.

Non ponitur.
† al. de eſt
al. cum
† al. vel
† al. de eſt dieb.
† al. ad Helegij
† al. ad Elogij
† al. de eſt &
al. & ipſe de eſt
† al. manere
† al. dictus

*Clemens iij.* *Cap.* 4.

SVGGESTVM eſt auribus noſtris, quod cum D. ſubdiaconus præſentium lator aliqua die per quendam pontem tranſitum faceret, & caſu in eo moram faciens, iuuenes† quendam puerum comprehendentes, vt immergerent eum † in flumine violenter, timēs bono zelo ductus, ne ab eis ſuffocaretur in aqua, ipſos leniter arguere, vt puerum relaxarent, cœpit. illi vero puero dimiſſo ſubdiaconem eundem conati ſunt per pedes ad † flumen pertrahere, verum cum ad murum, qui proximus erat, ne pro eorum violento tractu inpræceps rueret, & ſe, vt poterat, tenuiſſet; lapis inde euulſus † eundem puerum, quem prius liberare voluerat, interfecit. Quo circa f. t. p A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet, eodē ſubdiacono per aliquod tēpus, prout viſum tibi fuerit, ab ordinis ſuſcepti executione ſuſpēſo ipſum in eodem † poſtea miniſtrare permittas. Ad maiores autem ordines, ne ſcandalū in populum Dei generetur, licet quo ad hoc in culpa non videatur fuiſſe; nequaquam aſcendat, † niſi forte tranſierit ad monaſteriū, ſeu ad canonicam regularem, vt circa ipſum de ſuſcipiendis ordinibus fiat diſpenſatio, ſi † maiori ſuo viſum fuerit faciendum.

Non ponitur.
† al. inuenes
al. cum inueniſſet
† al. de eſt cum
† al. in
† auulſus
† al. eiſdem
† al. aſcendet
† al. & id

*Clemens iij.* *Cap.* 5.

INSPECTIS litteris, quas bonæ memorię Vrbano prędeceſſori noſtro miſiſti, plene † cognouimus, quod pręſentiū lator C. ſubd. dum olim in minori ætate poſitus cum quodam puero ludum exercens iactu lapidis vteretur, ipſum puerum non ſtudioſe, ſed caſualiter vulnerauit. de quo vulnere vix fuit cura medicorum agente, in breui temporis ſpatio, ſicut credebatur, plene curatus; tamen elapſo anno vulnus fecit poſtmodum aperturā: ſed quia medicus, qui fuit adhibitus ad curandū, circa ipſum negligentia, ſeu ignorantia, vel etiam alia culpa, minus neceſſariam ſollicitudinem creditur habuiſſe: puer occaſione ipſius † vulneris expirauit. reſpondentes igitur ad hoc f. t. m. quatenus, cum res ita proceſſerit, eundem in minoribus ordinibus miniſtrare permittas, acturus circa eundem † de beneficio, quod per te illi poſtulas conferendum, ſicut eius merita poſtulant, & tuæ melius inſederit voluntati, ad altaris vero officiū non accedat, qui occaſionem mortis eiuſdem pueri dediſſe videtur.

Non ponitur.
† al. plane
† al. illius
† al. eū



## DE TORNEAMENTIS. Tit. vij.

*Alexander iij. Abarieñ.* † *Epiſcopo.* *Cap. vn.*

AD audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod cum acceſsiſſet quidam ad locum deputatum torneamentis cauſa requirēdi debita ſua a quibuſdā militib. quos eo† venturos putabat, accidit, quod violenter, & incōſiderate ab equo, in quo ſedebat, ſuper eū cadente compreſſus, & mortuus eſt, ſed prius dominicum corpus ſuſcepit; & ſacri olei vnctione perunctus eſt. Vnde pro eo quod in torneamento mortem accepit, ei † ſepulturā fidelium prohibetur. nos vero attendentes, quod his tantū, ſicut credimus, eccleſiaſtica ſepultura debeat interdici, qui ad torneamentum animo id faciendi tantum accedentes, ibidem decedūt: fraternitati t. m. qua. ſi tibi† conſtiterit, quod præfatus I. ad prædictū torneamentum non animo ludendi, ſed animo recipiendi credita perueniſſet; licet ibi fortuito caſu obierit, corpus eius diſpenſatiue facias eccleſiaſticę † tradi ſepulturæ; maxime ſi dominicum corpus ſuſcēperit, & ſacri olei fuerit vnctione perunctus.

† al. Abbarinen.
al. Ambianen.
De torn. c. 2.
† al. ibi
† al. a
† al. vobis
† al. eccleſiæ
† al. bello

## DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN duello. † Tit. viij.

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* I.

HENRICVS † presbyter lator præſentium ad nos cum litteris tuis humiliter accedēs intimauit, quod cum laicum quendam ſuper furto in ſæculari placito † cōueniſſet, ſed ipſe quia teſtes ſui defecerunt, pugilem ſecundum prauam terræ conſuetudinem indixit, † qui reum vſq. adeo ictibus gladij vulnerauit, quod coactus eſt nocte proxima expirare. quia ergo † ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ambiguitatem tuam reſponſione huiuſmodi remouemus; quod tales pugiles homicidæ veri exiſtunt, nec prædictus ſacerdos, licet non ipſe, ſed aliquis pro eo† (in duello pugnauerat, † debet in ſacris ordinib. miniſtrare, ſicut etiam tradunt ſacrorum canonum inſtituta, homicidium † tam facto, quam præcepto, ſiue conſilio, aut defenſione non eſt dubium perpetrari: poteris tamen cū eo circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare.

De cler. pug. c. vl
† al. Vgo
† al. palatio
† al. induxit
al. conduxit
† al. igitur
† al. ipſō
† al. ante duellum iurauerat
al. in duello pugnauerit
† al. homicidia

*Cæleſtinus iij.* *Cap.* 2.

QVIA ſuſcepti regiminis cura nos inducit, vt fratrum noſtrorum debeamus conſultationibus reſpondere, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua duxit f. ſedem Ap. conſulendam, vtrum ſuper eccleſiarum pręſentationib. duella debeant ſuſtineri: tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum; quod in eo caſu, nec etiam in alijs debes aliquatenus tolerare.

De pur. vulg. c. 1. & eod. tit. in hac collect. c. vn.

## DE FALSARIIS. Tit. ix.

*Lucius iij.* † *Cap.* I.

IMPROBA peſtis falſitatis, quā falſarij quidam in terra kariſsimi in Chriſto filij noſtri Illuſtris H. Regis Anglorum morantes ad confingendas † litteras publicas inuenerunt, in communem noſcitur excreuiſſe perniciē, ita vt litterarum noſtrarum auctoritas in aliquibus locis in quadam dubitatione iam fluctuaret, niſi tantæ præſumptionis exceſſum cenſura eccleſiæ † quærat pariter, & emendet. Vnde nos de tua pręſertim induſtria cōfidentes, executionem rei huiuſmodi tibi duximus committendam, per A. s. p. mandantes, quatenus falſarios ipſos† qualicumq. caſu reperire, Deo volēte, poteris, ſi clerici ſunt, ab ordine, & beneficio, ſi quod habēt, abſq. vlla dilatione, & appellatione priuatos, diſtricta† facias ſub cuſtodia detineri, donec quid de ipſis agendum ſit, plenius tibi ex noſtra reſpōſione mandetur. ſi quos vero laicos deprehenderis inter eos, † Kariſsimo in Chriſto filio noſtro Illuſtri R. Anglorum Regi tradas illos † pro meritis iudicandos, vt in † iudicio videlicet, tam eccleſiaſtico, quam mundano, peſtis illa, quæ communiter omnibus pernicioſa dinoſcitur, cum ſuis auctoribus † condemnetur.

† al. Celeſt. al. Idem
Non ponitur.
† al. cōſignandas
al. confringēdas, al. confingentes
† al. eccleſ.
† al. illos
† al. diſtricte
† al. alios
† al. de eſt illos
† al. de eſt in
† actoribus

*Vrbanus iij.* *Cap.* 2.

AD audientiam noſtram te ſignificante peruenit, quod cum† quoſdam peruerſos clericos, qui falſauerant ſigillum kariſsimi † in Chriſto filij noſtri Phi. Regis Illuſtris. Francorum carcerali cuſtodiæ mancipaueris, quid vero faciendum tibi ſit de ipſis, ab Apoſtolica ſe. † duxiſti conſilium inquirendum. † vnde f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpon-

De cri. fal. c. 3.
† al. de eſt cum
† al. dilecti
† al. a ſede ap.
† al. requirendum

ſpondemus; vt eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem; per quam periculum poſsint mortis incurrere; ſed eis prius a ſuis proprijs ordinibus degradatis, in ſignum maleficij, characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios agnoſcantur, & prouinciam ipſam eos abiurare compellas, & abire permittas.

*Cæleſtinus iij.* *Cap.3.*

Non ponitur.

PER falſarios, qui nuper ſunt in vrbe reperti, quædam ſunt litteræ deſtinatæ, quas timemus ab aliquibus tāquam veras admittendas, ideoq. † f.v. † per A.s. m. qua. ſi quos tales valueritis † inuenire, quos cognoſcere poteritis † ex conparatione † bullæ, & qualitate ſtili faciatis † eos omni dilatione poſtpoſita capi, & tamdiu ſub arta cuſtodia detineri, donec id nobis fuerit intimatum, vt exinde quid fieri debeat, vobis † ſignificare poſsimus, quidquid enim occaſione litterarum illarum actum † fuerit, vacuum, & in irritum volumus reuocari.

† al. ideo † al. t. † al. valueris † al. poteris † al. opera, ratione † al. facias † al. tibi

DE CLERICO PERCVSSORE. T. x.

*Cæleſtinus* † *iij.* *Cap.1.*

CONTINENTIA litterar. veſtrarum inſpecta, qua ſignificaſtis nobis, quod cum P. acolytus præſentium lator cum quibuſdā hominibus ad reſiſtendum prædonibus arma præſumpſiſſet, † in conflictu illo tres fuerunt † ab alijs vulnerati ad mortē; ita tamen quod illa homicidia, neq. facto eius, neq. conſilio perpetrata fuerunt. † quia verò ſuper hoc noſtrum requiſiſtis † conſilium; vobis taliter reſpondemus; quod cum prædictū acolytum ad frugem melioris vitæ tranſiſſe dicatis, & in monachali religione fere per annos viij. laudabiliter huc vſq. vixiſſe, meritis eius alijs † non repugnantibus, ad ſubdiaconatus ordinem valeat promoueri, & merito altaris miniſterium † exercere.

† al. factum † al. Clemēs De cler. per. c. vl. † al. ſumpſ. † al. fuerint † al. ſūt † al. requiſitis † al. aliter † al. officiū

DE CLERICO MALEDICO. Tit. xj.

*Clemens iij.* *Cap. vn.*

INNOTVIT nobis &c. & infra. Ad vltimum f.t. mādamus, atq. præcipimus quatenus, quia nobis per litteras tuas retuliſti, S. † quod Ioannes † clericus ſanctæ Trinitatis multis coram aſtantibus, verba quædam in depreſsionem, & contumeliam Romanæ eccleſię protulit, † ipſum a temeritate ſua per ſuſpenſionem officij, & beneficij ſub. ap. ob. compeſcas; vt pœna illius alijs terrorem (incutiat, nec † de cetero contra Rom. ec. in talia verba prorumpant. †

De maled. c. 1 † al. deeſt S. al. videlicet † al. q. † al. profudit † al. inducat, nequis † al. prorūpat

DE EO, QVI FVRTIVE ORDINES ſuſcepit. Tit. xij.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*

CVM H. lator præſentium, ſicut nobis (ſua quæſtione † monſtrauit, ad tuam præſentiam ordinationis cauſa acceſsiſſet: f.t. † iuxta conſuetudinem patriæ illi quattuor ordines minores contulit, quibus nullatenus cōtentus, ſubdiaconatum auſu temerario recepit. quia vero idem clericus in facto iſto multum exceſsit, mandamus quatenus eum in minoribus ordinibus permittas miniſtrare, ſi vero domum religionis intrauerit, & vita eius, & mores exegerint, Abbas eius † in alijs poterit etiam ordinibus diſpenſare.

De eo, qui ord. fur. ſuſ. c. 2. † al. ſua conqueſtione al. ſua conq. † al. tua fraternitas † al. ſup

*Idem.* *Cap. 2.*

INNOTVIT nobis ex tenore tuarū litterarum, quod G. clericus lator p̄. & alij duo de tua diœceſi ad G. quondam Sagūtiñ. Epiſcopum accedentes, licet ab eodem Epiſcopo ſub excommunicationis ſententia ſuiſſet diſtricte prohibitum, ne quis ſe ad duos ordines ſuſcipiēdos ingereret, prędicti clerici non minus diaconatus, & ſubdiaconatus ordinem † clanculo † ſuſceperunt. Quia igitur quid tibi faciendum ſit pro his, tua nos duxit fraternitas conſulendos; tibi auctoritate Ap. reſpondemus, quod ordinati de rigore iuris in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non debēt, verumtamen, ſi ſe ad religionem aliquam voluerint transferre, & peracta pænitētia eis pro tuo arbitrio iniuncta, ibidem laudabiliter fuerint conuerſati, proceſſu temporis cum eis poteris de noſtra licentia diſpenſare, vt poſtmodum ſuſceptorum ordinum executione lętentur. præterea pro prædicto * autem * G. cum † in perſona propria laborauerit † f. tuā rogamus attentius, & monemus, vt eum facias in canonicum † regularem Sancti Petri de Seia; † vel in alium religioſum locum, vbi deploret exceſſum † tamquam fratrem aſſumi, vt † ſi ei ibidem viuenti regulariter ſua merita videris ſuffragari, miniſtrandi, prout diximus, tribuas facultatem.

c. vl. e. † al. ordines † al. clādeſtine † al. qui al. qui cum † laborauit † al. canonicā † al. Semiñ. † al. exceſſus † al. & † al. ſubiectos † al. Epis

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM in ſubditos. † Tit. xiij.

*Alexander iij. Vniuerſis Abbatibus.* † *Cap. 1.*

De exceſ prel. c. 5. † al. aliquid.

SANE ſi Epiſcopi aliqui † ab Abbatibus aliquid præter debitam obedientiam contra libertatem ordinis



dinis a prædeceſſorib. noſtris, & a nobis indultam exigunt, † liberum ſit eiſdem Abbatib. Ap. auctoritate denegare, quod petitur, ne occaſione iſta, ordo iſte, qui hactenus liber extitit, perpetuæ ſeruitutis laqueo vinciatur.

† al. exigam

*Lucius iij. Eboraceñ. Archiepiſcopo, & Lendoñ.* † *Decano & Abbati de Filieñ.* † *Cap. 2.*

RETVLIT nobis dil. fi. noſter I. Archidiaconus Ciſtreñ. † quod Epiſcopus eius, pro eo quod decanatum tāquam quem ſibi de iure credit competere, vindicare laborat. ipſi prorſus infeſtus, iura ipſius minuere, & quæ ad Archidiaconatum de conſuetudine, & de iure ſpectare noſcūtur, turbare, & ſubtrahere poſt ap. ad ſedē Ap. factā nō deſiſtit. præterea homagium, & fidelitatem nouam ab eo pro ſua requirit volūtate. Volētes itaq. patientiæ, & iuſtitiæ ipſius Archidiaconi paterna dilectione prouidere, d. v. per A.s.m. qua inquiſita diligentius veritate, ſi eum prædeceſſori Epiſcopo, & ſucceſſorib. eius fidelitatem iuraſſe conſtiterit; iam dictum Epiſcopum ex parte noſtra moneatis, & eccleſiaſtica cenſura nullius ap. ob. auctoritate noſtra cogatis, vt iura Archidiaconatus integre poſſidere ſine cōtradictione, & ap. ceſ. permittat, & ab exactione homagij, & fidelitatis omnino deſiſtat. Indignū ſiquidem eſt, & a Rom. eccleſiæ conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualibus facere homagium quiſquam compellatur &c.

† al. Lūdon. al. Lund. † al. Diſi. c. vlt. de reg. iur. † al. Ceſtre.

*Clemens iij.* *Cap. 3.*

CVM ad quorumdam malitiam coërcēdam in concilio fuerit Lateraneñ. multa deliberatione ſtatutum, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri etiam, & Decani certum euectionis numerū, & perſonarum in eccleſiarum viſitationibus non excedant; quia ſicut audiuimus, quidam ex prædictis perſonis id in eccleſijs veſtris nequaquam obſeruant, ſuper hoc commoditati veſtræ duximus ſalubriter, & attentius prouidendum. ideoq. diſ. v. præſentium auctoritate concedimus; vt ſi prænominatæ perſonæ numerum euectionis, & perſonarum in concilio conſtitutum, cum eccleſias viſitant, excedere forte præſumpſerint, & pro illis procurationem exegerint, liberum ſit vobis auctoritate Apoſtolica denegare, & ſi propter hoç in eccleſias veſtras, † vel clericos veſtros aliquam ſententiam promulgauerint, ipſam auctoritate Apoſtolica decernimus † nō tenere.

De exceſ. prel. c. 7. † al. eccleſijs veſtris † al. de nūcietis

*Cæleſtinus iij. Fauentin. Epiſcopo.* *Cap. 4.*

SICVT vnire Epiſcopatus, atq. poteſtati ſubicere alienę, ad ſupremum Pont. pertinere dinoſcitur; ita Epiſcoporū eſt ſuę diœceſis eccleſiarum vnio, & ſubiectio earūdem; cū ita, † ſicut nobis innotuit, Prior Grādeñ. monaſterium ſuum, quod eſt in tua diœceſi, & de tuo debet ordinari conſenſu, monaſterio de Cerat. † tuo aſſenſu minime requiſito, ſubiecerit, ſiue vnierit: f. t. per A. s. m. & indulgemus, vt quod fecit ſuper hoc te inconſulto, tibi liceat auctoritate noſtra, ſicut iuſtū fuerit, infirmare; non obſtante aſſenſu, vel cōfirmatione, quam metropolitanus interpoſuiſſe proponitur, cum in diœceſi ſui ſuffraganei, abſq. ſui Epiſcopi conſenſu, non debeat aliquid huiuſmodi contra conſtitutiones canonicas attemptare. Nos quoq. id † decreuimus, prout dictum eſt, irritandum, ſtatuentes &c.

c. 8. et † al. itaq. † al. de Turrato † al. idē

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIB. † priuilegiatorum. Tit. xiiij.

† al. exceſſu

*Alexander iij. I. A. S. Legato.* *Cap. 1.*

RECEPIMVS litteras, quas de eccleſijs cenſualib. Epiſcopatus veñ. f. n. Nouaceñ. † Epiſcopi direxiſti, & ex eis † perpēdimus, qualiter ad iura noſtra ſeruāda † vigil exiſtas. Ceterum diligentiam tuam volumus non latere, quod ſicut nō omnes, † quę ſpecialiter beati Petri iuris exiſtunt, annuatim Ap. ſedi cenſum exſoluunt; † ita nec † omnes noſtri cenſuales ab Epiſcoporum ſubiectione habentur immunes. Inſpicieda ſunt ergo priuilegia ipſarum eccleſiarum, & ipſorum tenor diligentius eſt attendendus, vt ſi fuerit deprehenſum, quod eccleſia, quæ cenſum ſoluit, ſpecialiter beati Petri iuris exiſtat, & ad iudicium perceptæ libertatis cenſus annuus conferatur, nō immerito poterit ſpeciali prærogatiua gaudere. ſi vero ad indiciū perceptæ protectionis cenſus perſoluitur, nō ex hoc iuri † diœceſani Epiſcopi ſubtractum aliquid videtur. Cum igitur conſtet presbyterum ſancti Petri præfato Epiſcopo obedientiam promiſiſſe in ordinatione ſua, ſicut in iure confeſſus aſſeruit, nolumus, quod eum, vel aliquos tuearis; quia ſicut iuſtitias noſtras a fratrib. noſtris, & coëpiſcopis noſtris volumus reſeruari, ita eorum iura nos conuenit illibata cuſtodire.

De priuil. c. 8. † al. Nouarien. † al. earum tenore † al. tenenda † al. oēs eccleſiæ † al. exſoluerīt † al. nō † al. iuris † al. Albanē.

*Cæleſtinus iij. Ambuleñ.* † *Epiſcopo.* *Cap. 2.*

X PA-

c.10.e.

PATENTIBVS litteris noſtris certificari deſideras, vtrum templarijs, hoſpitalarijs, & alijs oratoria habentibus in domib. ſuis, liceat campanas in eiſdem ponere, publiceq. pulſare. Reſpondemus autem conſultationi tuæ, quam facis, & dicimus, quod non licet eis hoc facere: † quin potius per te ap. rc. coërcēdi ſunt cenſura eccleſiaſtica, vt ita ſint ſuo iure contenti; quod iuſtitiam non impediant aliorum.

† al. agere

## DE PVRGATIONE CANONICA. Tit. xv.

*Clemens iij. H. Abbati de Riſbi. & Abbati de Criſmeb.* † *Cap. vn.*

VENIENS ad nos R. canonicus regularis de Grimeſdi. † lacrimabili nobis conqueſtione monſtrauit, quod cum inſtigante canonico ſuo R. de cil. † nomine, qui ſeminare ſolebat diſcordias, de crimine fuiſſet coram fratribus impetitus, non tamen † cōuictus, nec confeſſus ex habundanti coram priore, & canonicis ſuis de innocētia ſua, manu propria purgationem obtulit, ſed quorundam inſtinctu purgatio tertiæ manus fuit ei malitioſe indicta; cum non deberet purgationem huiuſmodi pro vnius tantum † S. R. de ſcolt † voce † ſubire, ipſe tamen in conſpectu ſui capituli promiſit, quod amotis illis c. quos de ratione ſuſpectos habebat, prioris ſui, & ſanioris partis capituli † iudicio ſiſteret.

† al. Rilis, & Grimeſ di
Non ponitur.
† Grimeſb.
† al. ſolis
† al. nec
† al. teſtimonio
† al. clu
† al. de eſt voce
† al. c.

## DE PVRGATIONE VVLGARI. Tit. xvj.

*Cæleſtinus iij.* *Cap. vn.*

CVRA ſuſcepti regiminis nos inducit, vt fratrum noſtrorum debeamus reſpondere conſultationibus, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua fraternitas duxerit ſe. Ap. conſulendam, vtrum ſuper eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri: tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum, quod in eo caſu, vel in alijs etiam hoc non debes † aliquatenus tolerare.

De purg. vulg. c. 1 & c. 2. de cler. pug. hac collectione
† al. habes

## DE PAENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS. Tit. xvij.

*Alexander iij. Beluacen. Epiſcopo.* *Cap. 1.*

QVOD † quidam, ſicut aſſeris, ad confeſsionem de criminibus conueniūt, & quamuis confiteri velint; ſe tamē aſſerunt non poſſe abſtinere: conſultationi tuæ taliter reſpōdemus; quod eorum confeſsionem accipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere, & licet non ſit vera pænitentia, admittenda eſt confeſsio, & crebris, & ſalutaribus † monitis pænitentia eſt indicenda.

De pænit. c. 5.
† al. de eſt Quod
† al. ſalub. ib.

*Alexander iij.* † *Cap. 2.*

† al. Clemēs iij.
c. 7. e. j

QVAESITVM eſt a nobis, vtrum ſacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet vti, pænitentia publica ſit inponenda, ſi eam ſibi poſtulent pro filijs oppreſſis iniungi. huic igitur conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſe negligentibus filij in lectis reperiuntur oppreſsi, ab officio altaris debeant perpetuo abſtinere, & eis grauior, quam laicis, non tamen publica, niſi id in publicum veniat, pænitentia debet inponi; qui tamen nō ſolum a ſacrorum ordinum † executione ceſſabunt, verum etiam ſi ſint † infra ipſos, ad eos minime aſſumantur. verum etiam ſi extra incuriam † mortui inueniantur in cunis, & illud fuerit occultum, pænitentia eis pro arbitrio pænitentiarij inponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abſtineant a celebratione miſſarum.

† ſacris ordinis
† ſunt
† ex incuria

*Alexander iij.* † *Cap. 3.*

† al. de

DE muliere, quæ, vt nobis ſignificaſti, cupiens viri ſui ampliorem amorem ſibi acquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, cum viro oſculum porrexerat, & ipſum traicere, † cum voluit, non potuit; ſed poſtea verſum eſt in carnem, cum tangeret iuxta dentes molares, † & caro ſuccreuit, & adhuc eſt in ore. Fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, niſi quod eam inducas, † & cōpellas, vt tanta per condignam † pænitentiam, & bona opera ſatagat expiare delicta. Nempe credimus, quod ſi vere contrita † fuerit, & pænitentiam egerit condignam, & tu pro ipſa ad Deum oraueris, corpus Domini traicere † poterit diuina gratia ſuffragante.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 50. c. 30.
† al. trahere
† al. maiores
† al. moneas
† dignā
† cōfeſſa
† al. trahere

## DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, & ABSOLUTIONIS. Tit. xviij.

*Clemens iij.* *Cap. 1.*





De ſent. exc. c. 13.
† al. igitur
† de his

EA noſcitur &c. Quod vtiq. † fraternitas tua diligenter attendens certificari humiliter poſtulauit, de eis, † qui violentas manus in clericos aliqua temeritate iniciūt, nec eis ſuppetunt facultates, vt ad ſedem Ap. valeant laborare: quomodo his .ſ. poſsit ſalubriter prouideri. ſuper quo taliter tibi duximus reſpondendum; vt mulieres, quas ſexus fragilitas nō permittit ad ſedem venire Apoſtolicam, ſenes, & valitudinarij, ſeu alij membrorū deſtitutionibus impediti, licet ad Ap. ſe. non venerint, ab Epiſcopis valeant ſalutis remedium accipere, † & ex eorum officio fidelium communioni reſtitui ſatisfacto iuxta facultates ijs, quibus per eos conſtiterit iniurias irrogatas. alios autem ſiue pauperes, ſiue diuites ſedi Ap. vel eius legato, vt beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe eſt pręſentari. Si vero huiuſmodi infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit abſolutionis indultum, per † iuramentum eis iniungatur, vt poſtquā fuerint ſanitati reſtituti, ad Rom. eccleſiam, vel eius legatum accedant, mandatum ſuper talibus recepturi.

† recipere
† al. de eſt per

*Clemens iij.* *Cap. 2.*

Non ponitur.
† al. direxiſtis
† al. Abieñ.
† al. Ciſtarieñ.

INSPECTIS litteris, quas ad ſedem Apoſtolicam direxiſti, † ex earum tenore perpendimus, quod cum G. Petri miles, dum ludendo ſe lancea propria perforauit, coram filio noſtro Abiañ. † Abbate fuiſſet cum humilitate confeſſus, quod ven. fratrem noſtrū Cyſtren. † Epiſcopum cum quibuſdam alijs carcerali cuſtodiæ mancipaſſet, & W. Bricet presbyterum eccleſiæ veſtræ, cum in hac temeritate fautoribus temerario auſu cepiſſet, varijſq. tormentis aflictum compuliſſet ad redemptionem non modicam; & aſſeruiſſet cū ſuſpirijs, & dolore præter alia crimina, hæc eadem de alijs clericis ſe feciſſe. Quia ſe promiſit hæc omnia correcturum, & heredibus ſuis diſtricte mandauit, vt ad veſtrum, & memorati Abbatis arbitrium de his omnibus ſatisfacerent cōpetenter nobilib. viris de G. geñe. † & R. Bernardi de monte Petroſo ſuper his fideiuſſorib. conſtitutis, & præterea matre ipſius R. de Armaniciſte † ſe ſatisfacturos de illis exceſsibus per interpoſitum iuſiurandū firmiter promittentibus, prędictus Abbas audita confeſsione illius, & promiſsionibus aliorum, ad pænitentiā ipſum admiſit, & ei dato habitu monachali * eum * ſacramentis eccleſiaſticis apud idem cœnobium poſt deceſſum eius Chriſtianę cum † tradidit ſepulturę. Verum cum per eaſdem litteras a nobis duxiſti ſollicite requirendum, quid ſit faciendum de Abbate, qui eum apud monaſterium ſuum ſepulturæ tradidit, iuramento recepto ſuper ſatisfactionibus pro ipſo præſtandis; & vtrū pro eodem milite, & alijs, qui in canonem latæ ſententię inciderunt, † & morte pręuenti, licet pænitentiam, vt miles præſcriptus, acceperunt, † & de ſatisfactione mandauerunt, † abſolutione tamen a ſe. Ap. nullatenus impetrata, oblationes ſint, & eleemoſynæ admittendæ, & ſollemniter pro ipſis, ſicut pro alijs Chriſti fidelibus ſit orandum. præſenti itaq. pagina vobis reſpondemus, quod cum tam præſcriptus Abbas, quam fideiuſſores, & heredes mortui, & alij etiam, qui de ſatisfaciendo † pro ipſo ſe, vt diximus, obligarunt, vt de rebus Ablatis ab illo, & iniurijs, & damnis illatis ſatisfaciant competenter, ſunt diſtricte cogendi. & volumus, & mādamus, vt vos eos auctoritate noſtra per cen. ec. † ſine appellationis ob. compellatis. cuius vtiq. oblationes, & eleemoſynæ, ex quo ad Deū eſt corde cōtrito, & humiliato reuerſus, & recognito ex vera confeſsione reatu pænitentiam iniunctā accepit: licite a clero, & populo iuxta morem eccleſiaſticum poſſunt admitti. &c. Hæc eadē de alijs in conſimili caſu deprehenſis ſentimus, quamuis enim pro eo, quod cum potuerunt, pro † abſolutione ſedem neglexerint Apoſtolicam viſitare, grauius multum exceſſerūt, † ſi tamē mortis articulus interuenerit, pęnitentia non eſt eis deneganda, vel alia ſacramenta eccleſiaſtica, dummodo fuerint veraci contritione confeſsi, & paſsis iniuriam iuxta propriam ſatisfecerint † voluntatem, vel præſtiterint cautionem de his, ſuper quib. dum ageretur in rebus humanis, impediente mortis occaſu, eos ſatisfacere non contigerit: hęc tamen in confeſsione talium maturitas eſt conſeruanda; † vt eis ſollicite iniungatur, quod ſi eis ſoſpitas, vel corporis † valitudo fuerit reſtituta, ſedem Apoſtolicā viſitabunt.

† al. Gorgeno
† Armatriciſte
† al. ipſum
† al. incurrerunt
† accęperint
† mādauerint
† al. ſatisfactione
† al. canonicā
† al. de
† exceſſerint
† al. ſatisfecerūt
† ſeruāda
† corporalis

*Clemens iij.* *Cap. 3.*

c. 14. e.
† al. iterum

CVM non ab homine. & infra. A nobis itaque fuit ex parte tua quęſitum; an † tenearis a communione illius abſtinere, qui pro temeraria manuum iniectione in ſententiam incidit; ante quam excommunicatus publice nuntietur; & an incidant

in canone latæ ſententiæ interfectores cleri-
corum,aut presbyterorum illorum,qui abie-
cto ſuſcepti ordinis miniſterio,in publicis bel
lis , vel etiam præter bella ſe homicidijs pol-
luere non verentur ; cum in comeſſationib.
& ebrietatibus,atq.rapinis,& alijs enormita-
tibus æque ſunt, vt laici , vel deterius debac-
chantes.In ſecunda igitur conſultatione tali-
ter reſpondemus;quod a communione eius,
qui pro ſacrilega manuum iniectione in cle-
ricum intedictum excommunicationis inci-
dit ; licet denuntiatus non ſit,ab hoc debeas
abſtinere,niſi forte id tibi ſoli pateret, in quo
†al. pri casu ipſum priuate † tantummodo euitabis,
uatim quamdiu ab eccleſia toleratur ; vt ſaltem ve-
recundię rubore ſuffuſus,pro latenti exceſſu
taliter ſatisfacere cōpellatur.In articulo vero
quæſtionis tertiæ tale præbemus reſponſum,
†al. aut vt occiſores clericocum,vel † presbyterorū,
qui vt dictum eſt,contempto clericali habitu
tyrannidi, & enormitati, ſe inuerecunde cō-
†al.cor miſcent,in odium clericalis exceſſus, & in ter
reptio- rorem,atq.correctionem † ſimilium canoni-
nem ce† latæ ſententiæ laici minime coërceātur,†
†al. ca iniungatur tamen eis pænitentia cōpetens
none aliquantulum aſperior , quam ſi omnino in
†al.co laicos talia cōmiſiſſent. præterea , quia nemo
artan- deſperandus eſt,dum fuerit in mortali cor-
tur pore conſtitutus, cum id, quod differtur,ali-
al. coer quando conſilio poſtmodum maturiore per
centur ficiatur. Ad vltimum quoq. quod † conſu-
†al. de luiſti nos, ſi de iure communi tibi liceat,ac †
eſtquod ſuffraganeis tuis,illos, qui protemeraria ma-
†al.aut nuum iniectione excōmunicationis ſentētia
†al. percelluntur , abſoluere. huic † manifeſtius
huic q̃- reſpondemus ; quod obſeruata exceptione
ſtioni quorundam,quæ in decretalibus Alexandri
iij.continetur, hoc nemini liceat, niſi Ap. ſe.
gaudeat priuilegio ſpeciali.verumtamen vo-
lentes illis , qui in tam remotis partibus tuæ
prouinciæ commorantur,diſpenſatione pro-
uidere paterna:f. t. p̄. litteris indulgemus, vt
illos, qui taliter excōmunicati ſunt ipſo iure,
ſi corporum impotentia , aut paupertas eos
†al.aut impediat,aut aliqua ineuitabilis,& † manife-
ſta neceſsitas,dummodo ſatisfaciant ijs, quos
offenderint, & aliquam agant pænitentiam,
ad correctionem ſui,ceterorumq. terrorem a
†al.per ſententia excōmunicationis,auctoritate Ap.
cuſſione fretus abſoluas . ſi tamen ex perſecutione †
huiuſmodi læſio corporalis enormis , aut
mors non fuerit ſubſecuta; nimirum in his
omnibus, ſi quis ſanctorum patrum ſtatuta
diligenter perſcrutetur,nihil nouum nos re-
ſpondiſſe repertet, ſed quod antiquum eſt,
quaſi quadā manu ſollicitudinis innouaſſe.

*Clemens iij.* Cap. 4.

C V M deſideres , quid tua fraternitas c.15.e.
obſeruare debeat ſuper ijs, quæ dubietatem
continent, Apoſtolicæ ſedis reſcripto plenius
edoceri ; nos qui licet inmeriti ex † accepto †pro
adminiſtrationis officio conſultationibus re-
ſpondere cogimur ſingulorum. &c. & infra.
Fuit autem primæ quæſtionis tenor huiuſ-
modi,vtrum alicui excommunicato,qui mā-
dato eccleſiæ ſtare iurauit, & ante abſolutio-
nem Epiſcopus ei communionem reddidit,
ſit communicandum ab alijs ; & an Epiſco-
pus id facere debeat. cui ſiquidem † quęſtio- †al. ſci-
ni taliter, duximus reſpondendum. quod cū licet
cautio iuratoria,quam hodie,qui excommu-
nicati ſunt,præſtant,potius ad cautelam ex† †al. de
conſuetudine eccleſiæ,quam ex rigore cano-
num ſit inducta, neq. † momenti tam validi †al.ne
reputetur,vt niſi abſolutionis beneficiū ſub-
ſequatur ille , qui excommunicatur , debeat
communioni aliorum reſtitui, præſertim cū
ex eo iuramento abſolutionem conſecutus
non ſit, & conſtat † eum excommunicatum †al.cō-
fuiſſe,& verum ſit abſolutum non eſſe; non ſtet
poteſt Epiſcopus, nec debet ei communionē
dare;neq.alij eidem communicare,niſi fuerit
ſecundum formam eccleſiaſticam poſt iura-
mentum præſtitum abſolutus;quia ſecundū
Apoſtolorum canones , & Fabiani ſtatuta
Pontificis,qui cum excommunicato ſcienter
communicauerit, eſt cōmunione priuandus,
immo iuxta Iſidori ſtatuta cum eo excom-
municationis contrahit pœnam . Secundæ
quæſtioni ſtatuta canonum,& præcipue piæ
memoriæ Alexandri iij. prædeceſſoris no-
ſtri ſequentes,hūc finem duximus imponen
dum, quod ſi publica fama eſt, aliquem ver-
beraſſe clericum, neq. Epiſcopus, neq. alij ei
communicare debent,niſi ad arbitrium Epi-
ſcopi de hoc ſe purgauerit , vel ad maiorem
cautelam beneficium abſolutionis acceperit.
Tertio loco tua diſcretio requiſiuit, ſi cleri-
çus verberatus ab aliquo , querimoniā apud †al.de-
ſuum Epiſcopum depoſuerit,†& teſtes pro- poſuit
ducere paratus fuerit , ſed † Epiſcopo me- †al de
diante , & communicante ei , qui clericum eſt ſed
verberauit , amicabiliter cum eo com- †al.cō-
poſuerit , † & reconciliatus ei fuerit , poſuit
an



an ei cōmunicandum ſit ab alijs. Super quo
taliter reſpondemus,quod licet ille, qui vio-
†al in- lentas manus iniecerit †ei,quem † lęſit,ſatiſ-
iecit feciſſe videatur;eccleſiæ tamen,quam offen-
†al.qui dit ex hoc,non ſatisfeciſſe dinoſcitur,niſi for
al.cui ma eccleſiaſtica,quę pro abſolutione talium,
vt ſupradictū eſt,introducta eſt, obſeruetur,
non eſt ei communicandum. Vltimæ præte-
rea quæſtionis omnes perplexiones reſolui-
†al.qua mus,quod non † in pari ſtilo criminis cōqua
non dratur, qui clericum captiuum retinet, licet
violentas manus in ipſum non iniecerit, vt is,
†al.vi- qui violentas manus iniecerit,eſt euitandus,†
tandus neq. eſt communioni fraternæ reducendus,
niſi iuxta formam eccleſiæ fuerit, vt ſupra-
dictum eſt,abſolutus.

*Clemens iij.* Cap. 5.

c.16.e. V E N I E N S ad Ap.ſe.L.† lator prę-
†al.I. ſentium, ſua nobis aſſertione propoſita mō-
ſtrauit , quod cum matutina officia celebra-
ret,quædam monialis eccleſiam ipſam ingre-
diens,cum alio clerico ludendo impedimen-
tum præſtabat,quominus poſſet Deo diuinū
†al.ob- officium † exhibere.vnde memoratus ſacer-
ſequiū dos commotus, vt liberius poſſet circa diui-
norū celebrationem vacare, manibus in eā
†pone- appoſitis,vt extra eccleſiam apponeret,† cū
ret nollet exire,vi † trahendo ipſam coēgit tan-
†al. in dem † intra eccleſiam reſidere ; ſed tu † illū
†al.eā- propter hoc tamquā excōmunicatū vitaſti,
dem & facis † ab alijs euitari,ideoq. tibi per Ap.ſ.
†al. cū m.quatenus ſi res ita ſe habet,eum de cetero
†al.fe- non euites,cum ex hoc ipſum excommunica
ciſti tum nullatenus iudicamus † detineri.
†al.vi-
deam?

*Clemens iij.* Cap. 6.

c.17.e. P E R V E N I T ad nos &c. Illos autem
†al.va qui ægritudine † præpediti pro abſolutionis
litudi- beneficio ad ſe. Ap. nequeunt laborare, re-
ne cepto ab eis,ſicut moris eſt,iuramento, potes
abſoluere;ita quod ſanitati priſtinæ reſtituti,
Apoſtolico ſe conſpectui reprę ſentent;ſexui
vero feminco,ac pueris, & ſeruibus ſatis ſuper
hoc te credimus poſſe libere diſpenſare.de ijs
etiam,qui clericis non enormem,ſed modicā,
vel leuem iniuriam irrogarunt,tuæ fraterni-
tatis arbitrio duximus committendum.

*Clemens iij.* Cap. 7.

c.18.e. S I G N I F I C A V I T nobis &c.& in-
fra. Verū clericos,qui ſcienter,& ſponte par-
ticipauerunt excōmunicatis a nobis,& ipſos
in officijs receperunt;eadem ſententia cū ip-
ſis non dubitamus inuolui , quos etiam pro
beneficio ſuæ abſolutionis habendo , ad nos
volumus cum inſinuatione litterarum tuarū
tranſmitti.

*Clemens iij.* Cap. 8.

T V A nos duxit fraternitas conſulendos, c.19.e.
an ij ſoli ſint ad ſe. Ap.deſtinandi, qui in la-
tæ ſententiæ canonem incidentes , manus in
clericos iniciunt violentas ; & vtrum poſsint
ab eadem ſententia, niſi per Rom. Pontificē
liberari. Vnde fraternitati tuæ breuiter reſpō
demus,quod non ſolum ij,qui in clericos te-
merarias manus iniciunt,ſed etiā incendiarij,
ex quo ſunt per eccleſiaſticam ſentētiam pu-
blicati,pro abſolutionis beneficio,ad ſe.ſunt
Ap.deſtinandi,& non niſi per Romanū Pon
tificem abſoluendi.Illi vero,qui eccleſiaſtica
beneficia de manib.accipere præſumunt lai-
corum,non conſueuerunt pro tali exceſſu ad
ſedem Apoſtolicam laborare.

*Clemens iij.* Cap. 9.

A D eminentiam ſedis Apoſtolicæ, eſt c.20.e.
recurrēdum,quotiens articulus dubitationis
emergit, vt tanto quis promptiori conſcien-
tia recipiat,& obſeruet, quod ſuper re dubia
ſibi fuerit a ſe. Apoſtolica reſponſum; quāto
prærogatiua dignitatis illius certiori noſcitur
ipſius ſententia veritatis roborata; † quæ in †al. cō-
beato Petro Apoſtolorum principe præ om phata
nibus alijs amplitudinem prælationis acce-
pit.ſicut autem ex parte fraternitatis tuæ no
ſtris eſt auribus intimatum,dubium tibi exi-
ſtit,† vtrum ij ſint pro abſolutionis habēdi †al. ex
beneficio ; † qui,cum pro iniectione manuū tat
in clericos,vel alias religioſas perſonas excō- †al.ab
municationem incurrerint:† a legatis Cardi- ſolutis
nalibus,qui a latere Rom. Pont. deſtinantur habēdi
pro tempore, fuerint abſoluti, cum idem le- †al.in-
gati mandatum ſibi ſuper hoc nō oſtendant curre-
expreſſum,ſuper quo id a te, ac tuis ſuffraga- runt
neis volumus obſeruari;vt eos habeatis abſq.
omni hæſitationis ſcrupulo abſolutos, quos
conſtiterit a talibus beneficium fuiſſe abſo-
lutionis adeptos.

*Clemens iij.* Cap.10.

A nobis fuit ex parte tua quæſitum, vtrū c.21.e.
ſi quis ita pronuntiauerit;quiſquis furtū fece †al. ge
rit,excōmunicatus ſit,hęc generalis† clauſula neraliter

ad ipſius excommunicatoris ſubditos referatur; an generaliter extendatur ad omnes, qui nō ſunt de iuriſdictione illius: ad quod vtiq. dicimus, quod hac ſententia non niſi ſubditi obligantur, niſi forte poſtea contulerit maior, & largior auctoritas delegantis.

*Celeſtinus iij.* † *Cap.* 11.

†al. Clemens iij. c. 22. e. †al. W †al. Caualca †al. Iuliaco

CONQVESTI ſunt nobis dil. fi. Regin. canonici, quod I. de Malafrena, & I. † filius Caualca, † & eorum ſequaces, eccleſiam de Miliaton. † & alias quaſdam eccleſias Regin. Epiſcopatus violenter fregerunt, eaſque ſpoliare minime dubitauerunt, & quoſdam homines Regineñ. eccleſiæ deprædari nullatenus dubitauerunt. Quoniã igitur hæc grauia ſunt, nec clauſis debent oculis pertrãſiri; mandamus, qua. ſi ita eſt, memoratos ſacrilegos publice accenſis candelis ap. ces. excommunicatos denuntietis, & faciatis, ſicut excõmunicatos, artius euitari, donec paſsis iniuriã congrue ſatisfaciant, & illata damna data reſarciant, & cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ſe ſedis Apoſtolicæ cõſpectui repræſentent.

*Celeſtinus iij.* *Cap.* 12.

c. 13. e. †al. erga

PERPENDIMVS ex litteris tuis, quod quidam ſacerdos tuæ diœceſis, pro eo quod ſe filium Regis nominare prǽſumpſit, & armis acceptis ſeditionẽ fecit, & guerram; a dilecto filio H. comite per vicos iuſſus eſt fuſtigari, qui poſtea eius mãdato traditus patibulo expirauit. Quia igitur † tam ipſum comitem, quã alios huius facti participes velle ſuper hoc ſatisfacere intimaſti; præſenti pagina duximus reſpondendum, quod ſi memoratus ſacerdos tali modo exceſsit, & arma ferens, non propulſando iniuriam, ſed eam inferendo fuit occiſus, nõ videtur nobis, quod interfectores eiuſdem propter hoc ad optinendam abſolutionem Ap. ſe. adire cogãtur; tu vero, qui merita perſonarum bene noſti, eis pænitentiam competentem iniungas.

*Celeſtinus iij.* *Cap.* 13.

c. 24. e. † al. requiſitis † al. excoĩs †al. ſi

VNIVERSITATIS veſtræ conſultationem accepimus, qua a nobis requiritis, † vtrum ille laicus inciderit in excõmunicationis † edictũ, qui ad iuſsionem Abbatis, in cuius ſeruitio cõmoratur, in clericum, aut monachum, aut conuerſum manus temerarias præſumit inicere; maxime vbi cauſa non ſubeſt, propter quam debent verberari. nobis autem videtur, quod niſi cauſa regularis diſciplinæ hoc faciat Abbas in propria perſona, vel vbi eum † neceſsitas vrget, per clericum, aut † monachum fieri iubeat; tam qui tales verberare præcipit, quam illi, qui verberant, etiã ſi cauſa ſubeſſet, excõmunicationis † ſententiam, donec ad ſe. Ap. veniant, nequaquam euadant.

†al. vel † al. excoĩs

*Celeſtinus iij.* *Cap.* 14.

c. 25. e. †al. eis †al. debent †al. implorat † al. quia †al illorum

IN audientia noſtra talis fuit ex parte tua conſultatio propoſita, vtrum clerici, qui arma militaria, etiam relicto habitu clericali geſtare nullatenus erubeſcunt; ſi ei † fuerit iniuria corporalis illata, vel ſe a captione redemerint, illa clericorum debeãt † immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione facta in clericũ excõmunicatus quis ipſo iure notatur. Ad hoc tibi breuiter reſpondemus; quod cum fruſtra eccleſię inuocat † auxilium, qui cõmittit in ipſam, & lex ſæcularium principum huic reſponſo ſatis efficax offerat argumentum, qua † manifeſte cautũ habetur; matronam, cuius pudicitia attemptata fuerit, non poſſe iniuriarum agere, ſi fuerit in veſte meretricali deprehenſa; huiuſmodi clerici ſi * fuerint * a prælatis ſuis tertio commoniti, noluerint arma militaria deponere, de priuilegio aliorum † clericorum ſubſidium aliquod habere non debent.

*Celeſtinus iij.* *Cap.* 15.

c. 26. e. †al. ob hoc ab

QVOD de his etiam, de quibus nõ dubitas, & quid de his ipſis ſeruari debeat, plurimum agnouiſti, Ap. ſe. reſponſa requiris: tanto fraternitatem tuam magis in domino commendamus; quanto in ijs, quę ſacrorum canonum inſtitutionibus ſunt expreſſa, noſtra auctoritate procedere deſideras, & diſponis. Sane requiſiuit a nobis tua fraternitas; vtrum, qui ſe confitetur in latæ ſententiæ canonem incidiſſe, nec ad hoc poteſt induci, vt ad ſe. Ap. veniat abſoluendus, ab Epiſcopo, vel etiam ſimplici presbytero abſolutionis poſsit, vel debeat beneficium promereri; & vtrum presbyteris bigamis, & viduarum maritis eorum vxoribus viam vniuerſæ carnis ingreſsis, miſſarũ liceat ſollemnia celebrare. Verum licet, quid de his obſeruari debeat, ſacris canonibus ſit diffinitum, hoc tamen tuæ fraternitati ad præſens duximus reſpondendum: quod is, qui ſe aſſerit in canonem latæ ſententiæ incidiſſe, non niſi per ſe. Ap. abſolutionis poteſt benefi cium promereri, niſi forte in mortis ſit articulo conſtitutus, vel paupertate, vel infirmitate, vel ſenectute tanta grauetur, quod ad eccleſiam Rom. laborem ſubire non valeat veniendi, vel ab hoc † alio impedimento canonico retrahatur. Ceterum

ab



ab his in forma ſacramenti exigi conſueuit, vt reſumptis viribus, & oportunitate cõceſſa Rom. eccleſiam in perſona propria debeant viſitare.

†al. De puero baptizato De bap. c. 1.

## DE BAPTISMO PVEROR. † tit. xix.

*Alexander iij.* *Cap.* 1.

†al. deeſt, amẽ †al. dixerit †al. deeſt amẽ

SI quis ſane puerum in aqua ter inmerſerit, in nomine pa. &. f. & ſpiritus ſ. amen, † & non dicit, † ego baptizo te in nomine pa. & f. & ſ. ſ. amen. † non eſt puer baptizatus.

*Alexander iij.* *Cap.* 2.

c. 2. e.

DE quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſsis, non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego baptizo te &c.

## DE CONSECRATIONE ECCLEſiæ, vel altaris. Tit. xx.

*Alexander iij.* *pars c. deſinunt.* † *Cap. vn.*

†al. dũ fuerit De cõſe. eccl. c. 1. † debet

AD hęc ſi altare motum fuerit, aut lapis ille ſolummodo ſuppoſitus, qui ſigillum continet, contractus, aut enormiter deminutus extiterit, debet denuo conſecrari; eccleſia vero propter hoc nequaquam ſuam conſueuit † conſecrationem reiterare; licet id quidam canones innuere videantur, non tamen id facere prohibetur.

## DE VENERATIONE SANctorum. Tit. xxj.

*Alexander iij.* *Cap. vn.*

De re. & ven. ſan. c. 1. †al. ſint † permittit

AVDIVIMVS, quod quidã inter vos ſint, † qui diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctũ more infidelium venerantur; cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis orare permittat † eccleſia; dicit n. Apoſtolus, quod ebrioſi homines regnũ Dei non poſsidebunt. hominem ergo illum de cetero colere non præſumatis, cum etiam ſi per eum miracula plurima fierent, non liceret vobis pro ſancto abſq. auctoritate Rom. ec. eum publice venerari.

† De ſuffragijs forte De cele. miſſ. c. 1.

## DE SVFFRAGANEIS. † Tit. xxij.

*Ex conci lio Agathenſi.* *Cap.* 1.

PRESBYTER mane matutinali officio expleto penſum ſeruitutis ſuę canendo, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamq. perſoluat, ita tamen, vt horis competentibus, & ſignatis, iuxta poſsibilitatem aut a ſe, aut a ſcholaribus publice compleantur, deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus, vt iterũ neceſsitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium, infirmorum quoq. atq. defunctorũ ſuccurrere poſsit, vſq. ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & oportunitate. Ex dictis beati Benedicti, Propheta dicente, ſepties in die laudem dixi tibi, qui ſeptenarius numerus, a nobis ſic impletur, ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ veſperæ, completorij tempore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. quia ſicut propheta ait, † ſepties in die &c. nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait, media autem † nocte ſurgebam ad confitendũ tibi &c. ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ.

† al. dixit † al. deeſt autẽ

*Alexander iij. Ex concilio Triburieñ.* † *Cap.* 2.

†al. Triburum c. 2. e. †al. hoc

QVIDAM etiam laicorum habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant euangelium In principio erat verbum, & miſſas peculiares, hoc eſt de ſancta Trinitate, & de ſancto Michaële, & ideo ſancitum eſt in eodem concilio, vt hæc † vlterius non faciãt, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis velit audire propter reuerentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione. ſed ſi voluerint, vt ſibi miſſæ cãtentur de eodem die, audiant miſſas pro ſalute viuorum, vel defunctorum.

## DE VERBORVM SIGNIFICAtione. Tit. xxiij.

*Celeſtinus iij.* *Cap. vn.*

De verb. ſign. c. 15 †matricem † al. referri † al. Mech. †al. ergo

IN ijs, quæ in ſe ambiguitatem cõtinent, ad ſe. Ap. ex debito recurſus habetur, ad quam reuera, tamquam matrem, † & caput omniũ eccleſiarum maiores, & difficiliores quæſtiones ab antiquis patribus conſtitutum eſt, & moribus vtentium recte approbatum, vſq. quaque cõferri, † debere. Innotuit ſiquidem Apoſtolatui noſtro, quod cum de controuerſia, quæ inter magiſtrum Math. † & conuerſos hoſpitalis ſancti Simpliciani ſuper eodem hoſpitali haberetur, in præſentia v. fratris noſtri. O. Archiepiſcopi Mediolaneñ. cõcertatio verteretur, ipſe Archiepiſcopus poſt cognitionem cauſæ in prolatione ſententiæ his verbis non fuit vſus, vt ſecundum ius ciuile diceret talem partem cõdemno, & talem abſoluo; ſed pronuntiauit ita, ſtatuo, & præcipio, ne decetero, & reliqua, & infra, vt expreſsim continetur in inſtrumento. Quoniã igitur † ſicut ex relatione dilectorum filiorũ noſtrorum Cinthij tit. ſancti Laurentij in Lucina, & Ioãnis ſanctæ Priſcæ presbyteror.

Cardinalium di dicimus, quos ad hoc conceſſimus auditores, ſuper hoc † fuit in † prolatione ſententiæ dubitatum. Nos † attendentes, quod hoc verbum ſtatuo, ſecundum legē rem perfectam ſignificat; & cum effectu, nō verbotenus accipitur. Item ſecundum Gregorium, quod præcipitur, inperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, & aliquando ſi nō fiat, pœnā habet; conſiderantes nihilominus, quod iuxta eundem Gregorium, non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem, quia intentio non debet verbis deſeruire, ſed verba intētioni. Interpretamur in præſenti articulo, & de fratrum noſtrorū conſilio, procuratoribus vtriuſq. partis præſentibus definimus, quod præfati Archiepiſcopi verba, tali forma prolata perpetuo valituræ ſententię obtineant firmitatē. Nos itaq. ſententiā ipſam, licet appellationis obſtaculo huc vſq. fuerit impedita, præſenti pagina ſe. Ap. confirmamus, & huius ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, & auctoritate Ap. pręcipiētes, vt ipſius hoſpitalis præfati fratres Abbati, eiuſq. ſucceſſorib. obediant in perpetuū, tamquā prælatis illis, † & dominis, ſicut ipſe Archiepiſcopus præcepit.

† al. hac † al. de eſt in † al. quod † al. ſub

# TERTIA COLLECTIO

## DECRETALIVM

## LIBER PRIMVS

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis magiſtris, & ſcholaribus Bononiæ commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non ponitur.

DEVOTIONI veſtræ inſinuatione præſentium innoteſcat, Decretales epiſtolas a dilecto filio magiſtro P. ſubdiacono, & notario noſtro compilatas fideliter, & ſub competentibus titullis collocatas, in noſtris vſq. ad xij. annum contineri regiſtris, quas ad cautelam vobis ſub bulla noſtra duximus tranſmittendas; vt eiſdem abſq. quolibet dubitationis ſcrupulo vti poſsitis, cum opus fuerit, tam in iudicijs, quam in ſcholis.

### DE CONSTITVTIONIBVS. Tit. j.

*Idem Senon. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Trecenſi.* *Cap. 1.*

De conſtit. c. 6.

CVM omnes vnum corpus ſimus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, non debent maiores minoribus, aut ſeniores iunioribus inuidere. ſed omnes, qui in vna eccleſia vni domino famulantur, pari gaudeant libertate; cum pondus, & pondus, menſura & mēſura vtrūq. abominabile ſit apud Deū; & euangelicus paterfamilias pari mercede primos vineę ſuæ operarios remunerauerit, & extremos. Verū ad audientiā Apoſtolatus noſtri peruenit, quod dilecti filij Treceñ. canonici proprijs inhiantes commodis, & aliorum profectibus inuidentes, nouum fecerunt in Treceñ. eccleſia conſtitutum; vt eis tam in præſentia ſua, quam abſentia redditus ſuos ex integro percepturis, qui in eadem eccleſia poſt illam conſtitutionem fuerunt, vel decetero fuerint inſtituti, redditus ex ea in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolum cum in ea fuerint reſidentes: cum ſecundum Treceñ. eccleſię conſuetudinem, omnes in hoc conſueuerunt eſſe pares. ſtatuerunt etiam, vt cum ſingulis præbendis adnexæ ſint vineæ, ipſis ſuas, dum vixerint, poſsidentibus, vineæ decedentium ad ſucceſſores non tranſeant, ſed prouentus eorum inter ſingulos diuidantur. cum igitur, quod quiſq. iuris in alterum ſtatuit, ipſe debeat vti eodem, & ſapientis dicat auctoritas: patere legem, quam tu ipſe tuleris: f. v. per A. s. m. qua. antiquos canonicos iuniorib. & iuniores in perceptione fructuum tam pręben darum, quam vinearum coæquetis antiquis, ſecundum priorem conſuetudinem vſq. ad tempus pręd ictę inſtitutionis ſeruatam; vel ſecundum rationabilem inſtitutionem deinceps obſeruandā, illos per diſtrictionē eccleſiaſticā percellentes, ſi qui duxerint renitendū.

Idem



† Ceneteñ. in reg. c. 2. e.

*Idem Epiſcopo Ceteñ.* † *Cap. 2.*

QVAE in eccleſiarum, & eccleſiaſticorū virorum præiudicium attemptantur, firmitatem ſortiri non debent, ſed ad eccleſiarum indemnitatem debent potius infirmari. ſane peruenit ad audientiam noſtram, quod Teruſionen. † & Conneglanen. conſtituendi legem ſibi, & vtinam ſibi tantum, iuriſdictionē temere vſurpantes, impietatem palliant ſub nomine pietatis; & dum quibuſdam ex alieno gratiam exhibere volentes, eccleſijs ſunt, & viris eccleſiaſticis oneroſi. Conſtituerunt ſiquidem, ſicut accepimus, quod ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegauerit; alienandi feudum, quod ab eccleſia, vel alijs tenent, per officiales ad hoc a Teruiſineñ. ciuibus, & Conglan. deputatos liberam habeāt facultatem; nec emptor priori teneatur domino reſpondere, niſi tantummodo in ſexta parte pretij, quam ipſe, ſi recipere voluerint, exhibebit; ex quo eccleſiaſtica nō modicum iura læduntur. Volentes igitur eccleſiarum indemnitati conſulere, & huiuſmodi grauaminibus prouidere, conſtitutionem huiuſmodi, & venditiones feudorum eccleſiaſticorū factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, occaſione conſtitutionis, immo verius deſtitutionis, vel deſtructionis iſtius præſentium auctoritate caſſamus, & vires decernimus non habere.

† Teruiſini in reg.

*Idem Amelienſi Epiſcopo.* *Cap. 3.*

De iure iu. c. 27.

SICVT noſtris eſt auribus intimatū, dudum eccleſia Tundentina † vacante ipſius canonici & ven. quoq. frater noſter Epiſcopus Tundentinus † cum eis, dum in minori eſſet officio conſtitutus; iuramenta quædam in damnum Epiſcopalis iuris fecerunt, priuſquam de Pont. electione tractatus aliquis haberetur, quæ vtrum ſeruari debeant, cum ex eis præſertim contingeret Epiſcopales redditus minorari; tamquam vir prouidus, & diſcretus, olim nos duxit idem Epiſcopus conſulendos. Nos igitur ſaluti eius paterna volentes ſollicitudine prouidere, ipſi pro iuratione incauta imponi * ei * fecimus pęnitentiam congruentem, & nihilominus attendentes, quod iuramentum non, vt eſſet iniquitatis vinculum fuerit inſtitutum; & quod non iuramenta, ſed periuria potius ſunt dicēda, quę contra vtilitatem eccleſiaſticam attemptantur: f. t. per A. s. m. quatenus perſonaliter ad eccleſiam Tudentinam † accedens, ab ipſis canonicis inquiras ſuper pręmiſsis diligētius veritatem; & ſi ea, quæ dicta ſunt ſuperius, inueneris eſſe vera; quod in damnum Epiſcopalis iuris repereris taliter attemptatum: noſtra ſuffultus auctoritate in ſtatum debitum ap. re. reducas: faciens, quod decreueris, per cenſurā eccleſiaſticam firmiter obſeruari.

† Tudertina Greg. 9 † Tudertinus malo † Tudertinam ſcribo.

*Idem.* *Cap. 4.*

De conſtit. c. 8.

CVM acceſsiſſent ad Apoſtolicā ſedem dil. S. Archid. Tull. & G. Tull. capituli procurator venerabilem fratrem n. Hoſtieñ. Epiſcopum eiſdem conceſsimus auditorem; in cuius præſentia Archidiaconus propoſuit memoratus, quod cū olim dil. fil. magi. Gl. p. ſubd. M. H. & F. Tulleñ. canonici noſtris aurib. intimaſſent, quod primitiatus in Tulleñ. eccleſia tanto tempore vacauiſſet, vt ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio deuoluta: dilectis filijs Altę Siluæ, & Belliparti Abbatibus, & Columbę mōnaſterij Decano dedimus in mādatis, vt ſuper hoc inquirerent veritatem, & ſi perſonatus ille tanto tempore vacaſſe conſtaret, quod iuxta Lateraneñ. ſtatutum concil. ad nos ipſius eſſet deuoluta donatio, ipſi perſonam idoneam de Tulleñ. eccleſia, vel aliunde in ipſo primiceriatu inſtituerent vice noſtra, & eundem facerent ab illa pacifice poſsideri. & ita fuit inſuper ex parte capituli allegatum; quod reſcriptum ad prædictos iudices inpetratū, extiterit per falſam ſuggeſtionem optentum. cum enim cōmuni conſenſu, & vnanimi voluntate canonicorū Tull. fuerit conſtitutum, ne primiceriatus dignitas eſſet vlterius in eccleſia memorata, inter canonicos ipſos primiceriatus prouentib. & poſſeſsionibus diſtributis, & eadem inſtitutio a bonæ me. Alexandro Papa pręnominato fuerit poſtmodum confirmata; euidenter apparet, quod primiceriatus ipſe multo tēpore non vacauerit, ſicut nobis fuerit falſa inſinuatione ſuggeſtum. & infra. Quo circa d. u. per A. s. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi vobis conſtiterit Tulleſes canonicos, ne vlterius in Tulleñ. eccleſia primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate ſe. Ap. fuiſſe poſtmodū cōfirmatum; vos illud faciatis in ſuo robore permanere; niſi poſtea dicti canonici cōtrauenerint, aliquē videlicet in Primicerium eligendo.

*Idem Flugieñ. Epiſcopo.* *Cap. 5.*

c. 9. e.

CVM M. Ferrarieñ. canonicus F. W. B. & G. canonicorum, & magiſter G. Ferrarieñ. capituli procuratores ad ſedem Ap. acceſsiſſent ſuper quæſtione, quam & de præbendis, & redditib. habebant adinuicem; dil. filiū noſtrū ſanctæ M. in Coſmidin diaconū

Car-

Cardinalem eis conceſſimus auditorem. coram quo dictus M. pro ſe, ac quattuor ſocijs propoſuit; quod Ferrarien̄. canonici, vt eo amplius ſuos redditus augmentarent, quo prouentus eccleſiæ, qui diuidi conſueuerant inter plures, in vſus cederent pauciorum, quattuordecim præbendis tantū præter id, quod menſæ communiter deputarunt, in eadem eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtatuerunt. poſtmodum vero contra conſtitutionem ipſam volūtarie venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis aſsignatis eiſdem. & licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerint ex ſupercreſcentibus redditibus prouidere. Verum dictus magiſter ex aduerſo propoſuit, quod olim de communi tam canonicorum, quam Ferrarien̄. Epiſcopi voluntate quattuordecim prębendarum numerus in Ferrarien̄. eccleſia prouida fuerat deliberatione ſtatutus, & Ap. protectionis præſidio roboratus. tandem cum vna in eadē eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces ven. f. n. Ferrarien̄. Epiſcopi dictum M. & quendā alium ſine pręiudicio dictæ cōſtitutionis in canonicos receperunt, ita quod ipſi de canonica nihil perciperent, donec primi duo præbendas eſſent integre aſſecuti. cumq. per canonicorū induſtriam fuerit procuratum, vt ex poſſeſsionibus, quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis redditus ſoluerentur ſuperexcreſcentes redditus cōmuni menſæ, quę minus ſufficiens fuerat, cōmuniter deputarunt, quos dicti quinque ſibi poſtmodum petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium aſsignari. Quia vero ſuper his plena nobis, ſicut idem aſſerit, exhiberi non poterat certitudo, cauſam ipſam tuo duximus examini committendam, mādantes, qua. cum in conſtitutione prędicta, & confirmatione ſedis Ap. vel fuerit, vel eſſe debuerit, ſicut conſueuit, expreſſum, niſi tantū excreuerint eccleſiæ facultates, quod plurib. poſsint ſufficere competenter, & cum idem canonici in derogatione ſuę conſtitutionis ad vacaturas præbendas quattuor receperunt vltra numerum conſtitutum ab antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes redditus prædictis canonicis ap. re. facias aſsignari. ita tamen, quod ſi ex eis pares cum alijs potuerint ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit, in communes canonicorum vſus, ſiue vt prius ſtatuerant, ſiue aliter, prout melius videbitur, conuertatur. reuocatis in irritū omnibus, quæcumq. ab alterutra partium in prę iudicium alterius poſt motam quęſtionē coram Epiſcopo Ferrarien̄. circa præbēdas, vel poſſeſsiones fuerint innouata.

## DE RESCRIPTIS, ET EORVM INterpretationibus. Tit. ij.

*Idem Abbati Imolen̄.* *Cap. 1.*

PORRECTA ex parte tua petitio continebat, quod plures ex monachis tuis, qui Prioratib. præſunt, a nobis ſuper ipſis Prioratibus, quo ad vixerint, poſsidendis confirmationis litteras ſe aſſerunt impetraſſe, quarum occaſione bona ipſorum Prioratuum diſtrahunt, & conſumunt, aſſerentes ſe tibi, quo ad Prioratus illos, nulla ratione ſubeſſe. Cum igitur a Cancellaria noſtra non credimus huiuſmodi emanaſſe: d.t. per s. m. qua. illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus Prioratus, tamquam monachis confirmātur, eoſdem punias, tamquam falſitatis auctores. Si vero in eis non ſit mētio Prioratus, vel monachatus, illas tamquam tacita veritate ſubrectas. † denunties non valere. [Decef. vtil. vel inu. c. 6.] [† ſubreptas Greg. 9]

*Idem vniuerſis Chriſti fidelibus per Lombardiā conſtitutis.* *Cap. 2.*

SI aliquando forte cōtingat, quod ab eis, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excommunicationi ſubiecti, noſtræ litteræ cum ſalutationis alloquio obtinentur, non propter hoc excommunicationis credatur ſententia relaxata; cum per ignorantiam, vel negligentiā, aut occupationem nimiam, vel etiā per ſubreptionem contingat huiuſmodi litteras impetrare. ſicut in Placentin̄. nuper dicitur contigiſſe, qui cū ſint propter iniquitatem, quam in Deum, & eius eccleſiam commiſerunt, excommunicationis vinculo innodati, ſe quaſi abſolutos per huiuſmodi litteras, quas eis pro templarijs miſiſſe dicimur, gloriantur; quamuis non ſimus memores talium litterarum. cum etſi eis iam excommunicatis exhibitæ fuerint, forſan tamen prius fuerāt impetratę. Quo circa vniuerſitati v. per A. s. m. qua. eos ſicut excommunicatos artius euitetis, donec a ſuo reſipiſcant errore. in ſimilib. ſi quando forte contigerit, ſimile iudicium obſeruate. [De ſent. exc. c. 41]

*Idem Epiſcopo Helien̄.* *Cap. 3.*

PASTORALIS officij & infra. Prę terea quæſiuiſti, quando de reuocatione ambigitur litterarum, vtrum iudicum priores, aut poſteriores cognoſcere debeant; vtrum per [De reſc. c. 14.]



per ſecundas ſint primæ litterę reuocatę. Ad quod taliter reſpōdemus, quod niſi poſteriores prioribus, vel e conuerſo duxerint deferendum, ſimul vtriq. cognoſcant, & ſi forte nequiuerint in vnam ſententiam concordare, quāuis plures ſint ex vna parte, quam ex altera, per arbitros cōmuniter electos a partib. huiuſmodi cōcertatio ſopiatur. Quoniā autē ſub huiuſmodi forma, videlicet cauſam, quā talis aduerſus talem, & quoſdam alios ſuper hoc, & quibuſdam alijs ſe proponit habere, tibi duximus committendam; a nobis multotiens litteræ impetrentur, ſollicite quæſiuiſti; an iudex ex delegatione huiuſmodi ante perſonarum, vel rerum expreſsionem ſuper perſonis, vel rebus exprimendis habeat poteſtatem, adiciens, vtrum ſi antequam perſonę, vel res expreſſæ fuerint nominatim, ſuper nō expreſsis in commiſsione priori, ſed generaliter comprehenſis ſpeciales litteræ, quæ de prima commiſsione nullam faciant mentionem, ad alios iudices a ſede Ap. emanauerint, eædem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo, taliter reſpondemus; quod cum generali per ſpeciale proculdubio derogetur, iuriſdictio per generales litteras attributa, per ſpeciales, quamtum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus eneruatur; licet de prioribus non faciant mentionem. Vnde ſuperflua relinquitur prima quæſtio; etſi merito dici poſsit, quod donec iuriſdictio reuocetur, eam ſuper rerum, vel perſonarum articulis exprimēdis optinet delegatus; ſed antequam exprimantur perſonæ, vel res, delegatus nequit iuriſdictionem huiuſmodi exercere.

*Idem Senonen̄. Archiepiſcopo.* *Cap. 4.*

[c. 15. e.] SEDES Apoſtolica conſueuit exhibere ſe petentibus liberalem, ſed quidam eius gratia nequiter abutuntur; dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes in commiſsionibus noſtris minores, & viliores perſonas proprijs nominib. exprimūt, maiores autem, & digniores ſpecialibus vocabulis non deſignant; ſed ea ſub quodam generalitatis inuolucro comprehendunt; vt cōmiſsiones ipſas a nobis facilius inpetrent ſub hac forma. Conqueritur talis de iſto, vel de illo; & alijs quibuſdam proprijs nominibus exprimendis; qui eis ſuper tali negotio, & rebus alijs iniurioſi nimis, & graues exiſtunt. Nos igitur eorum volentes malitijs obuiare, decernimus, vt cum in commiſsionibus veſtris minores, & viliores perſonę ſolummodo deſignantur; maiores, & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi; ſed nec liceat occaſione generalitatis huiuſmodi multitudinem effrenatam in iudicium euocare; nec ſuper maioribus, & grauiorib. negotijs audiantur, qui de leuioribus, & minoribus tātum faciunt mentionem. Si qui vero maiores perſonas expreſſerint, non vt velint cum eis in iudicio experiri, ſed vt deſcendere valeant ad minores, quia fraus, & dolus eis patrocinari non debent, tamquam mendax precator careat penitus impetratis.

*Idem R. Cantori. & R. Priori de Monte Leproſorū, & I. de Sagio Canonico Rothomagen̄. c. 5.*

EX tenore litterarum, quas nobis per dil. f. Ph. latorem præſentium deſtinaſtis, intelleximus euidenter R. ſacerdotem de Colleuill. ad dilectos f. de Prato, de Monte Leproſorū, & ſancti Laudi Priores Rothomagen̄. ſuper quæſtione, quæ inter ipſum, & dilectū f. Abbatem, & conuentum de Beato ſuper manerio de Colle vill. & rebus alijs vertitur, litteras Ap. impetraſſe, qui cū partem citauiſſent aduerſarij, dictus presbyter coram eis voluit† litigare. poſtmodum vero idem presbyter ſuper eodem negotio vobis litteras noſtras prę ſentauit, in quibus de prioribus mentio non fiebat. Cumq. vos in cauſæ cognitione velletis procedere, partib. ad veſtram præſentiam conuocatis, memoratus Abbas coram vobis propoſuit, quod non tenebatur per illas litteras ſæpedicto presbytero reſpondere; cum per alias fuiſſet citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant reuocatæ. Vnde quia ſuper hoc dubitaſtis, ſedem duxiſtis Ap. conſulendam. Nos igitur attendentes fraudem presbyteri memorati, duas commiſsiones ſuper eodem negotio inpetrantis, quarū altera non faciebat mentionem de reliqua; quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, decernimus, vt ipſe commodo careat vtriuſq. [c. 16. e.] [† noluit Greg. 9]

*Idem Patriarchæ Granden̄.* *Cap. 6.*

OLIM tibi ſcripſiſſe recolimus; vt ſi dil. f. Archipresbyter, & canonici Paduani, quib. ſuper hoc ſcripta noſtra direximus; dil. f. ma. G. canonico Paduano, præbendam, quę tantum reſidentib. de communi confertur, ſicut vni ex alijs, de cōmunib. prouentib. & manualia beneficia omni dilatione poſtpoſita non conferrent, tu eos ad id ap. ceſſante conpelleres. Verum, quia, ſicut noſtro Apoſtolatui reſeratum eſt, quidam mandatum noſtrum in- [De ver. ſig. c. 16.]

interpretari aliter,quam deceat, moliuntur;
cum beneficia principalia ſint interpretanda
largiſsime,volentes a mandato noſtro dubie-
tatem auferre, non quæſtionis ſcrupulum re
ſeruare;vt quæ mandamus,diligentius, & li-
berius exequaris;noſtrum tibi in eo aperien-
dum duximus intellectum . videlicet , quod
prębendam,quæ tantum reſidentib.in victu,
& veſtitu de communi confertur ; ipſi mag.
G.plene,ſicut vni ex alijs reſidentibus, iniun
ximus conferendam. Quo circa f. t. per A. s.
m.qua.in negotio ipſo malitioſam interpre-
tationem aliquam non attendens , ſic quod
de præfato magiſtro tibi pręcipimus,ſub.cu-
ius.con.ap.ob.exequi ſtudeas diligenter.

*Idem Mediolanē. Archiepiſcopo.* *Cap.* 7.

De reſc. c. 17. C V M adeo ſcripta ſe.Ap. moderemur,
vt ex certa ſciētia nihil in eis faciamus apponi,
quod de iure debeat reprehendi: miramur nō
modicum,&mouemur;quod,quotiens ad te,
vel ad aliquos tibi ſubiectos noſtras litteras
deſtinamus ; te ſuper eis mirari reſcribis;ac ſi
mandaremus aliquid inhoneſtum. Scripſiſti
etenim nobis, quod cū P. clericus in eccleſia
† *Medocieñ.* Medioceñ. † ſufficientem ſibi ſit præbendā
adeptus; mirabaris, quod pro receptione ip-
ſius in eccleſia de Grontoſola Præpoſito, &
fratribus eiuſdem eccleſiæ litteras Apoſtoli-
cas miſeramus.Cum ſi litterarum noſtrarum
diligenter ſeriem attendiſſes, nihil penitus
inuenires in eis; quod tuum debuiſſet animū
offendiſſe. cum enim in litteris ipſis, nec de
prębenda ipſius P.mentio haberetur,nec Me
docieñ.canonicus,immo nec clericus dicere-
tur in eis,& in litteris ipſis hęc eſſet adiecta cō
dicio,ſi dignus exiſteret ad eccleſiaſticum be
neficium obtinendum , & ſi eadem eccleſia
ex dono parentum ipſius quādam capellam
cum dote fuiſſet adepta , & a conſanguineis
eius oblationes,& mortuaria pro tempore, &
decimas perciperet annuatim:intelligere po-
tuiſſes,qualiter ipſę fuerāt impetratæ,in qui-
bus de beneficio ipſius,pro quo ſcribebatur,
mentio non fiebat.Ideoq.f.t.per A.s.m. qua.
cum ad te,vel ad tuos litteræ Apoſtolicæ di-
riguntur,earum tenorem diligenter attēdas,
& quod mandatur in eis,dum tamen nec per
ſuppreſsionem veritatis , aut expreſsionem
falſitatis obtentæ fuerint, facias effectui man
cipari.

*Idem Abbati de* Alcobiatia,*F. & P. monachis*
*Alcobatiæ.* *Cap.* 8.

c. 18. e. C A V S A M, quæ inter Præmonſtra-
teñ.& Prumaceñ.eccleſias ſuper poſſeſsioni-
bus de Anapia vertitur,d. v. commiſiſſe me-
minimus fine canonico terminandā,ſed quia
in litteris illis animaduertimus fuiſſe inſertū,
quod ſi alterutra partium legitime citata prę
ſentiam veſtram adire, vel iudicio parere cō-
temneret, vos nihilominus præſentis partis
probationes recipere, & quantū de iure poſ-
ſetis, in cauſæ cognitione, ac deciſione pro-
cedere minime tardaretis. Nos volentes , vt
clauſula illa,quantum de iure poteritis , quæ
antequam de probationum receptione men-
tio fieret , fuerat inſerenda , clauſulam illam
de probationum receptione præcedat:d. v. p
A.s.m.qua.ipſam intelligentes ibidem,in ea-
dem cauſa iuxta tenorem litterarum illarum
procedere non tardetis; attente prouiſuri, vt
ſi litterarum auctoritate priorum in eodem
negotio legitime eſt proceſſum ; firmum , &
ſtabile perſeueret,alioquin ſi occaſione clau-
ſulæ memoratæ aliud conſtiterit in alteru-
trius partis pręiudicium attemptatū,id virib.
decernimus cariturū; volentes,& mandantes,
vt in deciſione ipſius negotij, ſicut præmiſſū
eſt,tam ſuper principali,quam ſuper inciden
tibus quæſtionib. ap.re.canonice procedatis.

Idem *Archiepiſcopo Senoneñ. & P. Sanctæ Mariæ in via lata Diaco. Cardin.* A. S. L. *Cap.* 9.

C O N S T I T V T V S in præſentia c. 19. e.
dil.f. noſtri G. ſancti Angeli Diaconi Cardi-
nalis P. clericus, quem ei conceſſeramus, &
parti alteri auditorem;propoſuit coram ipſo,
quod cum bonæ memoriæ G.Papa p̄. noſter
dilecto f. Decano, & capitulo Bituriceñ. de-
derit in mandatis, vt ipſum reciperent in ca-
nonicum,& in fratrem,& præbendam ei cō-
ferrent,ſi qua tunc in eorum vacaret eccleſia,
vel proximo vacaturam;veñ. f. noſtro Bitu-
ric. Archiepiſcopo ei monitore conceſſo; etſi
ipſi mandatum eius admittere nō curaſſent,
eis præcipiendo mandauit, vt quod eis man-
dauerat, adimplerent ; dicto Archiepiſcopo,
& ven.f.n.Claromōteñ. Epiſcopo ſuper hoc
executorib.deputatis.& infra. Verum dil. f.
P. ex aduerſo reſpondit, quod cum in Bitu-
riceñ.eccleſia certus eſſet numerus canonico-
rum inſtitutus firmatus iureiurando , & per
multos Rom.Pont. cōfirmatus,& de hoc me
moratus P. non feciſſet in ſuis litteris men-
tionem,intelligendum erat circumueniſſe p̄.
n.& dictas litteras veritatē tacita impetraſſe.
licet enim cum in aliqua eccleſia certus ſtatui
tur numerus,hæc apponatur condicio,vel in
telligatur apponi,ſalua ſedis Ap.auctoritate;
non tamen erat credendum , quod cum ex
certa



certa ſcientia contra iuramenta eorum recipi
mandauiſſet ; cum de hoc in ſuis litteris nihil
fuiſſet expreſſum.Nos igitur de prędictis per
Card.inſtructi,d.v.per A.s.m.qua.ſi legitime
vobis conſtiterit numerum canonicorū, qui
nunc in eccleſia per Decanum, & capitulum
eiuſdem eccleſiæ iuramento firmatum, ante-
quam prædictus clericus a p̄.n.litteras execu
torias impetraſſet;quidquid factum eſt occa-
ſione litterarum,quas idem clericus a ſe. Ap.
impetraſſe dignoſcitur,caſſum,& irritum de-
cernatis haberi ; alioquin ei faciatis in eadem
eccleſia præbendam, ſi qua vacat ſub. cuius.
ap.ob.aſsignari.

*Idē Aymon. ſancti Hilarij canonico Pictauieñ c. 10.*

c. 20. e. S V P E R litteris,quæ ab aliquib.ex ma-
litia,& a nonnullis ex ignorantia,tacita veri-
tate, vel ſuggeſta falſitate impetrantur a no-
bis;diuerſos intelleximus diuerſa ſentire:alijs
aſſerentibus eos debere prorſus carere omni
commodo litterarum,cum mendax precator
carere debeat impetratis; alijs vero dicentib.
quod etſi forma carere debeant in litteris no-
ſtris expreſſa,nihilominus tamen iuxta rigo
rem iuris ſit a delegato iudice in negotio pro
cedendum.Nos igitur inter eos,qui per frau-
dem,vel malitiam,& illos, qui per ſimplicitu
dinem,vel ignorantiam litteras a nobis impe
trant huiuſmodi,credimus diſcretionem ha-
bendam;vt hi,qui priori modo falſitatem ex
primunt , vel ſupprimunt veritatem , in ſuæ
peruerſitatis pœnam nullum ex litteris com
modum conſequantur;ita videlicet,quod de
legatus, poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit
fides,nullatenus de cauſa cognoſcat. Inter a-
lios autem,qui poſteriori modo litteras impe
trant,dicimus diſtinguendū,quę falſitas ſug-
geſta fuerit,vel quæ veritas ſit ſuppreſſa. Nā
ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occulta
ta, quæ quamuis fuiſſet tacita, vel expreſſa,
nos nihilominus ſaltem in forma communi
litteras dediſſemus,delegatus nō ſequens for-
mam in litteris ipſis appoſitam,ſecundum or
dinem iuris in cauſa procedat.Si vero per hu
ius falſitatis expreſsionem, vel ſuppreſsionē
etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ,qua
tacita,vel expreſſa,nos nullas prorſus litte-
ras dediſſemus; a delegato nō eſt aliquatenus
procedendum, niſi forſan eatenus, vt partib.
ad ſuam præſentiam vocatis de precum qua
litate cognoſcat, vt ſic in vtroq. caſu eadem
ratio,quę delegantem moueret,moueret etiā
delegatum,& vbi delegans ſuas litteras dene
garet, delegatus etiam ſuæ cognitionis offi-
cium nullatenus interponat.

*Idem Abbati, & conuentui Præmonſtrateñ. c. 11.*

E D O C E R I a nobis per veſtras litte- c. 11. e.
ras poſtulaſtis,vtrū per litteras aduerſus Ab-
bates veſtri ordinis nulla mentione habita de
ſuis conuentibus impetratas teneantur Ab-
bates ipſi ſuper cauſis,quæ ad conuentus per
tinent,& eiſdem de ipſis querelantibus reſpō
dere,ac licet appellatio ſit inhibita per appel
lationis obiectum poſsint,ne reſpondeant, ſe
tueri . ſuper quo vobis duximus reſponden-
dum, quod idem Abbates, niſi alia cauſa ra-
tionabilis ſuffragetur, per appellationem ſe
tueri non poſſunt,quominus debeant aucto
ritate litterarum huiuſmodi legitime reſpon
dere, cum ex officio ſuo teneantur Abbates
congregationum ſuarum negotia procurare,
niſi forte Abbatis , & conuentus negotia eſ-
ſent omnino diſcreta.

*Idem Archiepiſcopo, & magiſtro V. Canonico*
*Magdeburgen.* *Cap.* 12.

C V M dilecta in Chriſto filia R. cuſtos c. 21. e.
Hereſien. eccleſiæ, ac V. clericus procurator
G. monialis olim ad ſedem Ap. acceſsiſſent
ſuper electionibus celebratis de cuſtode , ac
moniali prædictis , litigauerunt aliquamdiu
coram nobis.& infra. Nos igitur hæc,& alia,
quæ tam cuſtos prædicta , quam I. clericus,
qui pro eodem negotio venerat cōtra ipſam,
nuper apud ſe. Ap. conſtituti,proponere vo-
luerunt,& acta iudicij ab eiſdem nobis exhi-
bita diligentius attendentes, deprehendimus
manifeſte prædictas litteras ad memoratum
Abbatē de Remeshuſem , & ſuos coniudices
impetratas per ſubreptionem optentas;cum
in eis illius articuli videlicet de ſubtractorum
reſignatione fuerit præter conſcientiam no-
ſtram cognitio demandata;qui prioribus lit-
teris ad ſcholaſticum Hildeſemen.cuſtodem,
ac ſcholaſticum Mideſeñ. obtentis inſertus
fuerat , de quibus in ſecundis litteris mentio
aliqua non fiebat.& ideo quod ipſarum litte
rarum occaſione dignoſcitur attemptatum,
duximus penitus irritandum;dictum inſuper
ſcholaſticum Hildeſemen.& coiudices ſuos
inuenimus minus prouide proceſsiſſe , quia
cū in noſtris litteris eiſdem principaliter mā-
daretur; vt ad prædictam eccleſiam perſona-
liter accedentes,perſonæ idoneæ adminiſtra
tionem committerent Abbatiæ, cui ad opus
eiuſdem Abbatiæ fieret hinc inde reſignatio
ſubtractorū; ipſi formam mādati Apoſtolici

tranſponentes, illo capitulo prætermiſſo, de
alijs articulis inordinate plurimum cognoue
runt; propter quod proceſſum ipſorum con-
tra noſtri formam reſcripti, ac iuris ordinem
attemptatum irritum decernimus, & inane
præſentium vobis auctoritate diſ.p̄. mandan
tes, qua. conuenientes in loco competenti, &
tuto G. A. & quibuſdam alijs eiuſdem eccle
ſiæ ſororibus, ſicut iuſtum fuerit, reſtitutis, &
forma mandati noſtri exacta diligentia ob-
ſeruata, in negotio ipſo iuxta tenorem præce
dentium litterarum ap. re. ratione præuia pro
cedatis, ita quod per veſtram ſollicitudinem
circumſpectam, ſaltem hac vice negotio tam
diu prorogato finis debitus imponatur.

*Idem.* *Cap.* 13.

c.23.e. PLERVMQVE contingit, quod a-
liqui contra quoſdam ſuper aliquibus rebus
noſtris litteris impetratis, illis vti multo tem-
pore proponentes, tunc demum eas exhibere
procurant, cum aliarum litterarum auctori-
tate ab eiſdem, contra quos ipſi primitus lit-
teras impetrarunt, cœperint conueniri dicen
tes, poſteriores litteras non valere, vt pote nõ
facientes de priorib. mentionem. Cum igitur
non ſit malitijs hominum indulgendum, prę
ſentium auctoritate ſtatuimus, qua. ſi quis no
ſtras litteras impetrans infra annum, poſtquã
copiam iudicum habuerit, ex malitia, vel ne-
gligentia poſtpoſuerit vti, eis auctoritate po-
ſteriorum valeat conueniri, licet in illis nulla
de prioribus mentio habeatur.

## DE CONSVETVDINE. Tit. iij.

*Idem Archiepiſcopo, & Capitulo Lundi-
nienſi.* *Cap.* 1.

Decõſu. c.2. EX litteris, quas tu frater Archi-
epiſcope deſtinaſti; intelleximus
manifeſte, quod regnum Daciæ,
quantum ad ea, quę ius fori con-
tingunt, conſuetudinibus ſuis, &
inſtitutionibus Regum ſuorum omnino re-
gatur. vnde nullum vſum teſtamentorum il-
lius prouinciæ habere contingit, qui alibi in
vltimis decendentium voluntatibus ſecun-
dum legalem obſeruantiam cuſtoditur. Si
vero aliquis poſſeſsiones aliquas clauſtris, vel
alijs religioſis locis in bona valitudine, vel
voluntate vltima conſtitutus vult pro ſuorũ
remedio peccatorum conferre: hanc eccleſiæ
conferendi formam eſſe proponis, quod in
huiuſmodi donationibus modicum terræ cõ
ſueuit accipere, aut in extremitate pallij, quod
manu Epiſcopi, vel cuiuſlibet alterius pręlati
eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper ipſum altare a-
liquo inuolutum panniculo cum debita hu-
militate ponendum ſub teſtimonio videntiũ,
& audientiũ, forma donationis huiuſcemodi
ſubſequente, quæ ſcotatio vulgariter appella
tur. Verum, quoniam huiuſmodi donatio
malitioſe a quibuſdam cauillatoribus, ſicut
aſſeris, impeditur, a nobis humiliter poſtula-
ſti, ne loca religioſa, & eccleſiæ, quibus multę
poſſeſsiones ſub ſcotatione huiuſmodi ſunt
collatæ, ab aliquibus poſsint, vel debeant te-
mere perturbari; plurima debeamus ſollicitu
dine prouidere. Nolentes igitur, vt tales con-
ſtitutiones, quas diuturnitas temporis, vt aſ-
ſeris, obſeruauit, & vſus conſuetudinis hacte-
nus approbatæ retinuit, temeritate qualibet
infirmetur; d. v. per A. s. m. qua. donationes
eorum, quæ ſub optentu conſuetudinis clau-
ſtris, eccleſijs, vel quibuſlibet locis religioſis
pie, ac prouide conferuntur, vel etiam ſunt
collatæ, faciatis irreuocabiles obſeruari, cum
huiuſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, nõ
tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſ-
ſionis ſit euidens argumentum, ſi quos con-
tradictores inueneritis, aut rebelles, auctori-
tate freti Apoſtolica per cen. ec. monitione
præmiſſa ſub. ap. ob. compeſcentes.

*Idem Epiſcopo Piteuieñ.*† *Cap.*2. ¶al. Pa tauieñ. c.3.c.

AD noſtram audientiam noueris perue-
niſſe, quod in tua diœceſi etiam in cauſis ec-
cleſiaſticis conſuetudo minus rationabilis ha
beatur; quod cum aliqua cauſa tractatur ibi-
dem, allegationibus, & querelis vtriuſq. par-
tis auditis, a præſentibus litteratis, & illittera-
tis, ſapientibus & inſipientibus quid iuris ſit
quæritur, & quod illi dictauerint, vel aliquis
eorum præſentium, conſilio requiſito pro
ſententia teneatur. Nos igitur attendentes,
quod conſuetudo, quæ canonicis obuiat in-
ſtitutis, nullius debeat eſſe momenti; cum ſen
tentia a non ſuo iudice lata nullam optineat
firmitatem, vt in cauſis eccleſiaſticis ſubiecto
rum tuorum poſtquam tibi de meritis earum
conſtiterit, ſententiam proferre valeas, ſicut
ordo poſtulat rationis, auctoritate tibi præ-
ſentium, præmiſſa conſuetudine non obſtan
te, concedimus facultatem.

*Idem Luci Vicario noſtro apud Conſtantinopolim
conſtituto.* *Cap.* 3.

QVANTO de benignitate ſe. Ap. locum c.4.e.
optines celſiorem, tãto tibi eſt ſollicitius pro-
curandũ, vt te talem exhibeas in agendis, nõ
declinãs ad dexterã, vel ſiniſtrã, quod nõ mi-
nus re, quã nomine vices Ap. gerere videaris.
Peruenit ſane ad audientiam noſtram, quod
qui-



quidam ſimplices ſacerdotes apud Conſtan-
tinopolim ea ſacramenta præſumunt fidelib.
exhibere, quę ab Apoſtolorum tempore rite
fuerunt ſolis Pontificib. obſeruata, vt eſt ſa-
cramentum confirmationis, quod chriſmãdo
renatos ſoli debent Epiſcopi per manus im-
poſitionem conferre. ad excuſandas excuſa-
tiones in peccatis, & ſui erroris fomentum,
ſolam conſuetudinem prætendentes; cũ diu-
turnitas temporis peccata non minuat, ſed au
gmentet, quæ tanto grauiora exiſtunt, quãto
infelicem animam diutius detinent obliga-
tam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos
diuinæ maieſtatis offendunt, de agro domi-
nico extirpari, d. t. per A. s. m. qua. omnibus
Latinis presbyteris apud Conſtantinopolim
conſtitutis, diſtricte prohibeas; ne talia dece-
tero ſua temeritate præſumant. quæ licet non
ſint a fidelibus contemnenda, tutius tamen
eſt ea ſine periculo ex neceſsitate, quæ legem
non habet, omittere, quam vt ab ijs, quibus
ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege
damnatur, non ſine graui periculo inaniter
conferantur, cum vmbra quædam oſtenda-
tur in opere, veritas autem non ſubeat in ef-
fectu. *Idem Decano, & capitulo Camerin. c.*4.

c.5.e. CVM inter vos ex vna parte, & canoni-
cos ſancti P. de Curia ex altera, ſuper eo quod
dicti canonici ſancti P. generale interdictum
a ve. fratre noſtro Epiſcopo veſtro, vel vobis
in ciuitate Cenomañ. poſitum nõ ſeruabant,
quæſtio verteretur: vtraq. pars, vt eadem cau-
ſa poſſet ſine debito terminari, ſuum nuntiũ
ad ſedem Ap. deſtinauit. partib. igitur in no-
ſtra præſentia conſtitutis per procuratores
idoneos audientiam præbuimus liberam, &
benignam, & quidam eccleſiæ veſtræ propo-
ſuit procurator, quod cum Cenomañ. eccle-
ſia ſuo loco, & tempore pro exceſsib. ſæcula-
ris poteſtatis interdicto voluit ſupponere ci-
uitatem, eccleſia beati P. de Curia tamquam
menbrum ſuo capiti non adhærens, campa-
nis pulſatis, apertis ianuis diuina officia cele-
brare, alijs ceſſantibus non omiſit. Cum autẽ
ve. f. noſter B. Hoſtieñ. Epiſcopus tunc in par
tib. illis legationis officio fungeretur, idem ad
eius præſentiam accedẽtes ſuam ei ſuper hoc
querimoniam exponere curauerunt. Qui par
tib. conuocatis, & rationib. vtriuſq. diligenter
auditis, & cognitis, cum pars eccleſię ſancti P.
per priuilegia ſe. Ap. non poſſet oſtendere
ſe munitam, immo ei firmiter conſtaret, quod
ex ſuperbia potius, quam ex cauſa rationa-
bili ducerentur, ſententialiter diffiniuit, quod
cum in ciuitate Cenomaneñ. poſitum fuerit
interdictum, eadem eccleſia obſeruaret. vin-
culo quoq. excõmunicationis, ac pœnæ ordi-
nis, ac beneficij eos ſupponens, qui ſui duce-
rent ſententiæ reſiſtẽdum. poſtmodum vero,
cum propter quoſdam exceſſus ſæcularis po
teſtatis tota Cenomaneñ. ciuitas ſupponere-
tur eccleſiaſtico interdicto, & ipſis canonicis
ſancti P. denuntiatum fuiſſet, vt a diuinorũ
celebratione ceſſarent, & obſeruarent; ſicut
aliæ eccleſiæ illius ciuitatis interdictum, ipſi
maiorem temeritatem ſuæ audacię adiũgen-
tes, cum maiori ſollemnitate ſuum ſunt offi-
cium executi, venire contra Legati ſentẽtiam
non verentes. Procurator vero ipſorum pro-
poſuit ex aduerſo, quod ipſa eccleſia ſancti P.
ab ipſa ſui fundatione libera extitit, & exem
pta, & de bonis progenitorum Kariſsimi in
Chriſto filij n. I. Anglorum Regis Illu. fun-
data fuerat, & dotata, firmiter aſſeuerans, &
ex hoc ſuam credens intentionem fundare,
quod Decanatum, & præbendas illius eccle-
ſiæ idem Rex, & progenitores ſui conferebãt
diœceſano Epiſcopo inconſulto. propoſuit
etiam, quod ex conſuetudine tali hactenus
eadem eccleſia gauiſa fuerat libertate, & hoc
idem multotiens veſter Epiſcopus recogno-
uit, quod vos parochialẽ poteſtis interdicere
capellanum, qui extra chorum celebrat eccle
ſiæ antedictę, allegans de conſuetudine ante
dicta, quod in generali etiam interdicto licitũ
erat eis pulſatis campanis, alta voce, interdi-
ctis tamen & excõmunicatis excluſis diuina
officia celebrare. Nos igitur auditis hinc inde
propoſitis, quod ex tali conſuetudine, ſi qua
foret, diſrumperetur neruus eccleſiaſticę di-
ſciplinę; ipſam decõſilio f. noſtror. penitus du
ximus irritandam: cum non conſuetudo, ſed
corruptela potius ſit cenſenda.

*Idem Helieñ. Epiſcopo.* *Cap.*5.

CVM olim ve. f. nr̃. Londonieñ. Epiſco- c.6.e.
pus noſtris aurib. intimaſſet, quod in ſua ec-
cleſia propoſuerat ſtatuere Pręcentorem, cer
tum redditũ aſsignaturus eidem ſine lęſione
cuiuſquam: nos eius precib. inclinati, licentiã
ei conceſsimus Pręcentorẽ huiuſmodi ordi-
nandi, dũmodo, in conferendis ſibi redditib.
nulli pręiudiciũ inferretur. nihilominus ſta-
tuentes, vt Pręcentor taliter inſtitutus in ſeſ-
ſionib. proceſsionib. & alijs illã haberet in Lõ
donieñ. eccleſia dignitatẽ, quã habẽt alij Pręcentores in alijs eccleſijs Anglicanis. Poſtmo
dũ autẽ noſtris fuit aurib. intimatũ, quod li-
cet idẽ Epiſcopus dil. f. B. in eadẽ inſtituiſſet

eccleſia Præcentorem, quod tamen a nobis fuerat de prælibata dignitate ſtatutum, biennio iam elapſo exequi non curarat. Quapropter tibi dedimus in mandatis, vt illud ſub. cuius.contrad.& ap.ob. exequi non poſtponeres, contradictores per cen. eccleſiaſticam conpeſcendo. Nouiter vero dil.f. Decanus, & quidam alij perſonatus habentes in eccleſia memorata ſuam nobis traſmiſere querelam; quod cum per Anglicanas eccleſias conſuetudines ſint diuerſæ, ac quidam Cantorum minorem, quidam vero maiorem habeant dignitatem, nec poſſunt dignitates eorum, cũ ſint, vel variæ, vel repugnantes, conuenire ſimul in vnam: is, qui nouiter eſt inſtitutus in eccleſia Londonieñ. Pręcentor, non contentus eo, quod habere poteſt ſine præiudicio aliorum, occaſione litterarum noſtrarum quaſdam ipſius Decani, & aliarum perſonarum eiuſdem eccleſiæ dignitates ſibi nititur in eorum pręiudicium arrogare. Quo circa f.t. per A. s. m. qua. ſi ſecundum diuerſas locorum conſuetudines, diuerſas noueris habere Pręcentores in Anglicanis eccleſijs dignitates, iam dictũ Pręcentorem illam habere facias in Londonieñ. eccleſia dignitatem, eaq. ap.re. permanere cõtentum, quam rationabilib. & approbatis cõſuetudinibus eius ſaluis, ſine alieno præiudicio poterit obtinere.

*Idem Conuentui Corbieñ. monaſterij.* *Cap.* 6.

c.7.c. CVM v.f.n. Epiſcopus Hoſtieñ, & dilectus filius L. tituli ſanctæ Crucis presbyter Cardinalis olim in partibus Alamaniæ legationis officio fungeretur, inuenerunt dilectũ f. Abbatem de monaſterio HerWordeleñ. quod ad Romanam eccleſiam nullo mediante noſcitur pertinere, ad monaſteriũ Corbieñ. quod eſt etiã Romanæ eccleſiæ ſpeciale, propria temeritate migraſſe, licentia illud deſerendi, vel confirmatione a nobis, vel ab ipſis etiam, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita. & infra. Poſtmodum autem, cum ſuos ad ſedem Ap. nuntios deſtinaſſet; idem volentes eum multipliciter excuſare, ad defenſionem generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt. Cũ igitur hæc non tam conſuetudo, quã corruptela merito ſit cenſenda, quę profecto ſacris eſt canonibus inimica, ipſam mandauimus decetero non ſeruari.

*Idem Decano Saleſbieñ. A. Archidiacono, & magiſtro P. Peuerel Canonico Pariſieñ.* *Cap.* 7.

CVM dilectus filius W. Andreñ. eccleſię monachus, qui pro electo eiuſdem eccleſię ſe gerebat, & G. Daubitis monachus, ac procurator monaſterij Karoſeñ. ſuper iure eligẽdi Abbatem Mandreñ. † monaſterio, & de electione eiuſdem W. inuicem in noſtra præſentia litigarent: idem W. electionem ſuam a fratribus Andreñ. cõcorditer celebratam auctoritate petijt Apoſtolica confirmari: aſſerens tam de iure communi, quam priuilegio ſpeciali eis a fe. re. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro conceſſo, & a nobis poſtmodũ cõfirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eoſdem fratres tantummodo pertinere. Nam de iure communi omnis congregatio monachorum eligere ſibi debet Abbatem, & in eiuſdem Alexandri priuilegio continetur, vt obeunte monaſterij Andreñ. Abbate, in illis † ibi, qualibet & ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, vel eorum pars conſilij ſanioris, ſecundum Deũ, & beati Benedicti regulam, duxerint eligendum. A nobis quoq. prædictis fratribus dinoſcitur eſſe conceſſum; vt licitum ſit eiſdẽ, cum eccleſiam Abbate vacare contigerit, perſonam idoneam de gremio eiuſdem eccleſię, vel aliunde per regularem electionẽ ſibi pręficere in paſtorem Karoſeñ. monaſterio pręſentandam; vt ab ipſo confirmationem accipiat, & reuerentiam ei, quam debet, impendat. Dictus vero G. procurator propoſuit ex aduerſo, quod cum olim ad petitionem Comitis Balduini vxoris, & filiorũ eius Aldreñ. eccleſiæ patronorum a bonæ memoriæ G. Moriñ. Epiſcopo fuerit conſtitutum, quod ſi pręfatus locus, quod diuino munere adeo pullularet, vt Prior, aut Abbas cõſtitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiuſdem loci, & capitulum Karoſeñ. penderet, & huius obtentu ſtatuti ſic fuerit longe retroactis temporibus obſeruatum; vt monaſterio Andreñ. vacante, Andreñ. fratres in Karoſeñ. capitulo aliquem de gremio monaſterij Karoſenſis ſibi eligerent in Abbatem; electio prædicti W. tam contra ſtatuti tenorem, quam etiam cõtra conſuetudinem approbatam, quę optima eſt legum interpres, minus canonice attemptata merito caſſari debeat, & mandari fratribus antedictis, vt iuxta quod eſt hactenus obtentum, procederent ad electionem Abbatis. & infra. His igitur, & alijs, quæ corã nobis vtrinq. fuere propoſita, perſpicaciter intellectis; quia nobis conſtitit electionẽ ipſam a ſuſpẽſis, & de ſuſpẽſo etiã celebratã; ipſã de cõ.

c.8.c.

† *Andren. forte*

† *ap. nullus*





fr. noſtrorũ iuſtitia caſſauimus exigente. Ceterum cum ſupradictum ſtatutum, videlicet quod penes fratres eiuſdem loci, & capitulũ karoſen. pendeat Abbatis electio; ita ſane poſſet intelligi, quod per illud nec iuri cõmuni, nec priuilegio derogetur; vt videlicet ad ſæpe dictos fratres electio ſpectet Abbatis, ad Karoſeñ. capitulum confirmatio, deuotioni veſtræ pr. auctoritate. m. qua. auditis hinc inde propoſitis, ſi ex parte Karoſeñ. cœnobij talis fuerit conſuetudo probata, quod iuri cõmuni præiudicet in hac parte, vos ſecundum illã conſuetudinem decernatis electionem Andreñ. Abbatis decetero faciendam. Quod ſi talis conſuetudo probata non fuerit, per quã in hoc caſu præiudicetur iuri communi, vos Andreñ. monachis ius eligendi Abbatẽ ſub. ap.ob. adiudicare curetis; vt ſic decetero liberam habeãt facultatem, vt de gremio eccleſiæ ſuæ, vel aliunde per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in Abbatem pręſentandum Karoſeñ. capitulo, vt ab eo ſi fuerit canonica, confirmetur.

## DE POSTVLATIONE. Tit. iiij.

*Idem Decano, & capitulo Senon.* *Cap.* 1.

Depoſt. pręl. c. 1. AD hæc in beato P. & infra. Sane cum eccleſia Senoñ. ſemper fuerit eccleſiæ Rom. deuota, non immerito ipſius eccleſiæ paſsioni compatimur, & doloribus condolemus, cũ eo ſit viduata paſtore, qui etſi nobilis eſſet genere nobilior tamẽ fuit, ſicut credimus, ſanctitate. & infra. Dolemus inſuper, quod dolori nimi, quem de tanti patris obitu conceperat eccleſia Senoñ. dolor alius ſuperuenit, cum ea vix ſurgente ab officio funeris tam funeſti vix digne celebratis exequijs tanti patris, Rex ipſe iniuſte commotus poſſeſsiones ipſius, tam ad menſam Archiepiſcopi, quam canoniorum etiam pertinentes, non vt decuit, vel debuit, ſed vt voluit, & valuit, occupauit, & perſonas etiam, quę de mandato noſtro ſubenderant organa ſua, compulit exulare. & infra. Cumq. propter perſecutionem inſtantem, & diffidentiam animorum, quam in talibus, & zelus mouet interdum, & vſus excuſa; de facili non poſſetis in vnum locũ, & propoſitum conuenire; ſi ad nos fuiſſet ab aliquibus appellatum, tandem non ſine difficultate conuenientes in vnum, Altiſiodoreñ. Epiſcopum in Archiepiſcopum vnanimiter poſtulaſtis; poſtulationem veſtram per magiſtrum R. Pręcentorem veſtrum virum in vtroq. iure peritum, honeſtum, prouidum, & diſcretum, qui apud nos ſuper aſſumpti promotione negotij fideliter inſtitit, & de cõtingentibus nihil omiſit, & per Abbatem ſancti P. & per veſtras etiam litteras exponentes, ac petentes humiliter, vt faciendæ trãſlationi fauorem Apoſtolicum, & pium præberemus aſſenſum, conſiderata præſertim perſecutione, quæ communiter inſtat eccleſiæ Gallicanæ, ac neceſsitate, quæ incumbit ſpecialiter eccleſiæ Senoñ. Verum quoniam antequam idem magiſter ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet; audieramus a multis, immo etiã nobis quaſi pro certo conſtabat, quoniam idem Epiſcopus interdicti ſententiam non ſeruaſſet, quod & idem magiſter non negauit, a nobis in noſtra, & fratrum noſtrorum pręſentia requiſitus, in ipſius Epiſcopi excuſationem allegans, quod ſententiam illam ſeruare nullatenus tenebatur, quæ ad eius notitiam nec per noſtras litteras, nec per dil. filium P. ſanctæ M. in via Lata diaconum Cardinalem tunc Ap. ſe. Legatum, qui eandem ſententiã promulgauerat, nec per deputati ad hęc executoris mandatum, vel litteras perueniſſet, & quod in Altiſiod. diœceſi Rex ipſam terram propriam non haberet, & quod eadem Altiſſiod. diœceſis ex alia cauſa fuerat interdicta & infra. Nec ſufficit, immo nec profuit ad excuſationem prædicti Altiſiod. Epiſcopi, & aliorum ſimilium, quod mãdatum noſtrum, & Card. eiuſdem, vel executoris etiam ad ſe per ſpeciales litteras ad ipſos directas, vel ſpeciale mandatum non perueniſſe proponunt. Cum Card. idem ſententiam interdicti præſentibus multis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſollemniter, ac publice promulgauit, & eadẽ interdicti ſententia in regno Francorum iam a multis publice cœperit obſeruari; nec ſit neceſſarium, cum cõſtitutio ſollemniter editur, aut publice promulgatur, ipſius notitiam ſingulorum aurib. per ſpeciale mandatum, vel litteras inculcare; ſed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruãtiam teneatur, quod nouerit eam ſollemniter editam, aut publice promulgatã; cum etiam contra quoſdam, qui Sardicen. cõcilium non ſeruabant, tamquam illud nõ habuerint, aut receperint, canonica tradat auctoritas, quod eis nõ facile facultas credendi tribuitur, cũ idem penes illos in ſuis regionib. actum fuerit, & receptum. nec valet, quod in Altiſiod. diœceſi dictus Rex propriam terram dicitur non habere; cum nos totam

terram Regis ipſius ſubici mandauerimus interdicto, & Cardinalis interpretatus mandatum in terram illam ſententiam promulgauit, quę Regi tunc temporis adhęrebat, quod ſi Epiſcopatus eius ex alia cauſa fuerat interdictus, interdicti ſententiam, & tenebatur fortius, & poterat facilius obſeruare. ſed inde liquido conſtat ſæpedictum Epiſcopum ſufficienter excuſari non poſſe, quod ſuam metropol. eccleſiam generalis interdicti ſententiam, & recepiſſe nouerat, & ſeruare. Ideoq. vnus eorum extiterat, qui deliberantes ſuper eadem ſententia, communi conſilio decreuerunt, ſed errauerunt; vt ipſam ſententiam nō ſeruarent. cum ſi verbum Apoſtoli P. de Clemente dicentis diligentius attendiſſent, commonitionem ſuper hoc non debuerint expectare, ſed obſecundare prudenter, & humiliter obedire. Nos igitur, qui ſecundum Apoſtolum prompti ſumus inobedientiam omnem vlciſci, eiuſdem Altiſsiod. inobediētiam attendentes; ne nihil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet; cum iuxta canonicas ſanctiones quædam ſint culpæ, in quib. culpa eſt relaxare vindictam: habito cum fratribus ſuper hoc diligenti tractatu, quantumcumque vobis tamquam obedientiæ filijs deferre vellemus; poſtulationem tamen huiuſmodi non propter poſtulantem eccleſiam, ſed propter poſtulatam perſonam repulimus, vt indignā; licet autem ex eo, quod hominem, qui veſtro non conueniebat propoſito, poſtulaſtis, cum vos interdicti ſententiam ſeruaretis, ipſe tamen eam contemneret obſeruare, permiſſa vobis abuſi fueritis poteſtate, ac ideo vos eam non immerito priuare poſſemus, cum iuxta diuinæ legis edictum, non liceat veſtem induere de lana, linoq. contextam; ne tamen veſtræ videamur deuotionis ingrati, de ſolita Ap. ſedis benignitate concedimus; vt vobis, & eidem eccleſiæ vel per poſtulationem idoneam, vel per electionem canonicam de perſona congrua conſulatis.

*Idem Hoſtieñ. Epiſcopo Ap. ſe. Legato.* *Cap. 2.*

c.2.c. GRATVM gerimus, & acceptum, & fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem venerabilis f. noſtri P. quondam Camaraceñ. Epiſcopi, nunc autem Senoneñ. Archiepiſcopi prudenter, & efficaciter intendiſti. Accepimus etiam ex litteris tuis, quod canonici Senoneñ. vt cum poſtulatio, quam fecerunt, noſtra fuiſſet auctoritate caſſata, licet caſſationis litteras ſuppreſſiſſent in fraudem, vt cōcorditer, & canonice ad electionem procederent, mandauiſti, addens etiam, quod niſi forſitan in talem perſonam concorditer ſua vota transferrent, pro qua merito tuū optinere deberent aſſenſum; de prouiſione ipſius eccleſiæ poſtmodum faceres, quod crederes expedire. Cumq. plures eorum poſtulationem caſſatam a nobis innouare denuo niterentur, quidam vero prædictum Cameraceñ. in Archiepiſcopum poſtularunt, tu intelligens eos, qui caſſationem noſtram quodammodo reuocare volebant, eligendi priuilegium amiſiſſe; quia conceſſa ſibi ex Apoſtolicę ſedis benignitate abuterentur temere poteſtate; ac ideo ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hæc pertinet cōſilio ſaniores eligendi, vel poſtulandi deuolutam eſſe licentiam; prædictum Camaraceñ. ad eorum inſtantiam in paſtorem auctoritate f. Apoſtolica prouidiſti, & deputaſti ad regimen eccleſiæ Senoneñ. Nos igitur tanto id magis gratum, & ratū habentes, quāto in eius promotione de mandato noſtro, & beneplacito potius proceſsiſti, a ſollicitudine Camaraceñ. eccleſiæ ipſum reddimus abſolutū, vt liberius gerat curā metropolis Senoñ. quod a te factum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmantes.

*Idem Clericis Raueñ. eccleſiæ.* *Cap. 3.*

BONAE me. W. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſę carnis ingreſſo, eius nobis obitum per veſtras litteras intimaſtis. No autem vobis dedimus in mandatis, vt perſonam idoneam, quæ in noſtra deuotione periſteret, vobis eligeretis canonice in paſtorem Cumq. vos poſtmodum receptis litteris ſupe electione ſubſtituendi Pōtificis tractaretis, ota veſtra fuerunt in diuerſa diuiſa. Nam qidā veſtrum di. fi. n. S. tt. ſanctę Praxedis pesbyterum Cardinalem, quidam vero ven. f noſtrū Imoleñ. Epiſcopum poſtulauerunt. Cumq. partes poſtulationes ſuas per ſuos nuntios præſentaſſent, proponebatur ab ijs, qi Cardinalem poſtulauerant memoratum quod plures, etiam duæ partes veſtrum, conuenerant in eundem. Verum pars altera pponebat, quod digniores perſonę poſtularat Epiſcopum Imoleñ. & quod in poſtulatine ipſius, & forma canonica, & tenor cōpromiſsionis fuerat obſeruatus: cum tamquam ſuffraganeus Rauennatis eccleſię poſtulatus de ipſius gremio extitiſſet. fuerat enim cōpromiſſum, vt de corpore Rauēnat. eccleſiæ, vl Archiepiſcopatu perſonā eligerent congruentē; c.3.e.

quod



quod pars altera friuolum aſſerebat, cum etſi talis condicio fuiſſet adiecta, poterat tamen de Romanæ ſedis collegio propter ipſius priuilegium præfata poſtulari perſona: cum mēbra capitis a membris corporis cenſeri non debeant aliena. Nos igitur auditis, quæ de facto fuerunt hinc inde propoſita, & de iure inſuper allegata, deliberauimus cum fratrib. noſtris, & plenius etiam pro vtralibet partiū curauimus allegare. Cōſiderauimus vero quod eiuſdem Cardinalis præſentia vtilior ſit, non ſolum Romanæ, ſed etiam eccleſiæ generali apud Ap. ſedem, quam apud Rauennatē eccleſiam; & quod maioris meriti ſit, in huiuſmodi neceſsitatis articulo pręire in ſanctę terrę ſubſidium exercitui Ieſu Chriſti, quam ſuſcipere pondus officij paſtoralis. Vnde nō immerito præferentes ſpeciali vtilitati cōmunē, & minori maiorem; prædictum Cardinalem poſtulationi veſtræ non duximus concedendum. attēdentes autem ex altera parte, quod prędictus Epiſcopus Imoleñ. a minori, quam tertia parte fuerit poſtulatus, & quod Ap. ſe. poſtulationes huiuſmodi non conſueuerit in tanta diuiſione, ac contradictione recipere, cū quando etiam aliquis ab alijs vnanimiter poſtulatur, admittendam poſtulationem eorū, non tam ex iuſtitia, quam gratia moueatur; poſtulationem ipſius nō duximus admittendam. monemus igitur di. v. & exhort. at. & per A. s. m. qua. infra menſen poſt ſuſceptionem præſentium, cum ijs, qui vocem in electione habere noſcuntur, per electionem, poſtulationem, ſeu nominationem canonicā in perſonam idoneam, quæ in eccleſiæ Romanę deuotione perſiſtat, concorditer cōuenire curetis, & electionem, poſtulationē, ſeu nominationem veſtrā per idoneos nuntios ſedi Ap. præſentetis. Venient autem ijdem nuntij parati; vt ſi forte, quod abſit, factū veſtrū fuerit exigente iuſtitia reprobandum; illū recipiāt, quem nos vobis prouidebimus in paſtorem. Alioquin cū eidem eccleſiæ cupiamus ſollicitius prouidere, nullatenus omittemus, quin ei auctoritate Ap. paſtorem idoneum aſsignare curemus.

*Idē Præpoſito, & C. Strigonieñ.* *c. 4.*

c.4.e. BONAE me. W. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cū in ve. f. noſtrū Coloceñ. Archiepiſcopū poſtulādum a nobis contuliſſetis vnanimiter vota veſtra, & regiū ſuper hoc obtinuiſſetis aſſenſum, ſuffraganei Strigonieñ. eccleſię. Quinq. eccleſiē. videlicet, Watieñ. Weſprūeñ. & Nitrieñ. Epiſcopi poſtulationi vrę ſe opponere curauerūt, aſſerentes, quod eis contemptis, qui ius habebant eligendi vobiſcum, poſtulatio eadē fuerat attēptata; licet nuntij veſtri proponerent ex aduerſo, quod ſuper pręficiēdo vobis Pōt. de gratia multotiens ſuffraganeorū fuerat requiſitus aſſenſus; ſed Epiſcopi vobis conſiliū denegauerūt. nuntijs igitur in noſtra pręſentia cōſtitutis, & proponentib. aduerſarijs quædam alia cōtra poſtulationis veſtrę proceſsū, quæ in priorib. litteris meminimus nos plenius expreſsiſſe, quia nobis de propoſitis nō conſtabat, ita duximus prouidendū, vt ſi ſuffraganeis perſiſtentib. in contradictione ſua, vos poſtulationi veſtræ volentes inſtare, vſq. ad ſeptuageſimam tunc primo vēturam, per procuratores idoneos ad omnia ſufficiēter inſtructos ad ſedem Ap. veniretis, vt ſtatueremus vtraq. parte præſente, quod iuſtitia ſuaderet. ſi autem illi a contradictione ceſſarent, & vos propoſito veſtro inſtaretis, mitteretis ad præſentiam noſtram perſonas idoneas infra terminum ſupradictū, qui ſuper ijs, quæ oportuna forēt, nos redderet certiores. Quod ſi contradicentib. Epiſcopis memoratis vos contingeret de iure veſtro diffidere, ne laborem, & dolorem ſubiretis incaſſum, aliā perſonam idoneam prouideretis vobis canonice in paſtorem. Ceterum cū inclitæ recordationis Rex Vngariæ viam fuiſſet vniuerſæ carnis ingreſſus; quidam veſtrū a poſtulatione, quam nobis præſentaueratis cōmuniter, temere recedentes, alijs perſiſtentib. in eadem, & ad ſe. Ap. appellantib. prędictū Quinq. eccleſieñ. Epiſcopū in Archiepiſcopū poſtulauerunt, quorū votis nullus ſuffraganeorū aſſenſit, excepto dūtaxat Epiſcopo Nitrieñ. & licet Kariſsimus in Chriſto filius nr̄. A. Vngarię Rex Illuſ. tunc Dux regni Vngarię L. nepotis ſui Regis nomine, cuius tutelam, & regni curam ipſi frater eius cōmiſerat gubernator, †precū ſuarum primitias ad nos prædicti Coloceñ. poſtulationē tranſmiſerit, poſtmodum tamē pro Quinq. eccleſieñ. Epiſcopo ad Strigonieñ. metropolim transferendo nobis per litteras ſuas humiliter ſupplicauit. Nos igitur ſuper poſtulatione ipſa, cū fratrib. noſtris habito diligenti tractatu; quoniā inuenimus eam poſt appellationes interpoſitas in multa diſcordia non ſolum ſuffraganeorum, verum etiam canonicorū Strigonieñ. eccleſię contra formam mandati noſtri, regulari ordine prętermiſſo, temere celebratā, illam exigente iuſtitia nō duximus admittēdam; ſed vobis dedimus in mandatis; vt ad prouidēdum vobis

*† forte gubernandā.*



pa-

paſtorem idoneum, per electionem canonicam, vel poſtulationem cōcordem requiſito ſuffraganeorum aſſenſu, ſi eſſet de antiqua, & approbata conſuetudine requirendum, intra menſem poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarum procedere curaretis. alioquin extūc, ne gregi dominico deeſſet diutius cura paſtoralis, nos ipſi prouideremus eccleſiæ viduatæ, ſecundum officij noſtri debitum, ex plenitudine Apoſtolicę poteſtatis. Verum antequam ad vos noſtræ litteræ peruenirent, innitentes mandato priori, ſuffraganeos, qui erant in regno præſentes, præter prædictum Quinq. eccleſień. Epiſcopum ad concordiam reuocaſtis, ita quod Watień. & Weſprumeń. & Iaceń. Epiſcopi pro tranſlatione Coloceń. Archiepiſcopi ſaluo ſuo iure in poſterum, cui propter afflictionem, & neceſsitatem Strigonień. eccleſiæ ſuperſedebant ad præſens; nos humiliter rogauerunt prædicto Nitrień. ſcribente, quod ſi non placeret vobis, electionem factam de Quinq. eccleſień. admittere poſtulationem alterius ſine pręiudicio iuris ſui, ſupplicĭter exorabant. Poſt hęc autem mandato noſtro ſuſcepto ij, qui conuenerant in Archiepiſcopum Coloceń. ab eius poſtulatione, ſicut fuit propoſitum coram nobis, recedere noluerunt, ſed innouantes eandem, quibuſdā canonicorum, qui in partem alteram declinauerant, reuerſis ad eos, cum prædicti Regis, & ſuffraganeorū litteris, di. f. A. magiſtrū ſcholarum, M. Theſaurarium, A. Archidiaconū, & A. & N. canonicos Strigonień. eccleſiæ ad ſedem Ap. deſtinauerunt, ſuper poſtulatione diſpenſationis gratiam petituros, ceteri vero, qui Quinq. eccleſień. Epiſcopū poſtulauerāt, ſicut ex eorum parte fuit propoſitū coram nobis, conuenientes in vnum, ceteros canonicos ad capitulum conuocarunt ad poſtulationem concordem, vel electionem canonicam, iuxta mandatūm Apoſtolicum, infra terminum præfixum procedere cupientes; ſed illis nolentib. conuenire, intelligentes penes ſe tātum remanſiſſe facultatem liberam eligendi; quia reliqui ius ſuum proſequi negligebant; prædictum Quinq. eccleſień. Epiſcopū, licet ne id fieret, fuiſſet ab alijs appellatum, denuo poſtularunt. Cum ergo vtriuſq. partis nuntij ad ſedem Ap. perueniſſent, ij, qui pro Quinq. eccleſień. Epiſcopo venerant, proponębant partem ſuam, iuxta mandatum Apoſtolicū proceſsiſſe, nec obſtante diſcordia, vel contradictione eorum, qui iuxta formam mandati noſtri procedere contemnentes, illo recepto nec elegerant quemquam canonice, nec concorditer poſtularant. Vnde concors debebat eorum poſtulatio reputari, cum ceteri tanquam iuſsionis Apoſtolicæ contemptores, eligendi, & poſtulādi ſe iure priuaſſent, dum nec poſtulare, nec eligere voluerunt, immo etiam nec ad capitulum conuenire. Ad hoc autem poterat reſponderi, quod illi, qui Coloceń. Archiepiſcopum poſtulauerant, formam ſecuti fuerant per noſtras litteras ſibi datam; quoniam innitentes poſtulationi priori iuxta tenorem litterarum priorum noſtrarum, concordem fecerant, quæ fuerat prius diſcors, dū ſuffraganeos ad concordiam reuocauerunt; nec nocebat eorum diſcordia, qui alium poſtulauerunt, cum prius in poſtulatione Archiepiſcopi ſupradicti conueniſſetis pariter vniuerſi, & conſenſum veſtrum annotatum litteris, & ſubſcriptionib. proprijs roboratum petiiſſetis a nobis per communes nuntios cōfirmari. noſq. veſtram recepiſſemus poſtulationem diiudicandam, ſuffraganei forſitan in contradictione perſiſterent, vel ſi conſentirent, aut concederent approbādam. Si enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptionib. poſtulātiū roboratur, & pręſentatur Romano Pont. approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulātes, nobis frequenter illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur. Poterat quoq addi, quod pars altera mādatum Ap. non ſeruarat, vt pote, quæ nec poſtulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarat, cum in maiori contradictione, quam prius non ſolum canonicorum, ſed ſuffraganeorum etiam ipſo Rege aduerſę parti fauente, prædictum Quinq. eccleſień. Epiſcopum poſtulaſſet. Auditis igitur his, & alijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita, & habito ſuper his cum fratribus noſtris diligenti tractatu, intelleximus, quod etſi neutra eſſet poſtulatio approbāda, iuxta tenorem tamen poſterioris reſcripti ad nos decetero Strigonień. eccleſiæ prouiſio pertineret. Quia vero non plenam de perſonis illius regni notitiam habebamus: ideoq. non poteramus, ſalua conſcientia noſtra, eidem eccleſię in alia perſona, quæ de regno Vngarię origenem duceret, cōgrue prouidere; nec vellemus ei pręficere alienum, quamuis & honeſtius videretur, ſi ſuffraganeus ad metropolim ſuā accederet, quā Archiepiſcopus ad metropolim trāsferretur; partem tamen elegimus potiorē, vt & eūdem Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum cōſenſus in electione, vel poſtulatione paſto-

ris



ris requiritur, licet temporibus diuerſis conuenerat; a vinculo, quo tenebatur Coloceń. eccleſiæ, abſoluentes, ad metropolim Strigonień. transferimus, & ei licentiam tribuimus tranſeundi; pallium ei ad nomen, & vſum eiuſdem eccleſiæ tranſmiſſuri.

*Idem Capitulo Strigonień.. Cap. 5.*

c.5.e. POSTVLATIONEM, quam celebratis. & infra. Licet ergo per poſtulationē huiuſmodi nullum ius ſit alicui acquiſitum, ideoq. ſine pręiudicio alicuius poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam; vt tamen vobis, quantum cum Deo poſſumus, de ſpeciali gratia conſulamus; ita duximus prouidēdum; quod ſi præfati Pontifices in contradictione perſiſterent, & vos ad poſtulationem eorum inſtiteritis optinendam, quia nobis non conſtitit de præmiſsis, vſq. ad ſeptuageſimam proximo venturam per procuratores idoneos ad omnia ſufficienter inſtructos, noſtro vos conſpectui præſentetis, qua. vtraque parte præſente, quod iuſtum fuerit, decernamus.

## DE TRANSLATIONE EPISCOPI, & electi. Tit. v.

*Idem Antiocheno Patriarchæ. Cap. I.*

Detrāſl. Epi c.1. CVM ex illo generali priuilegio, quod beato Petro, & per eum eccleſiæ Romanæ dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manauerint inſtituta continentia, maiores eccleſiæ caſus eſſe ad ſedem Ap. perferendas, ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum, ſicut depoſitiones eorum, & ſedium mutationes ad ſummum Ap. ſedis Antiſtitem de iure pertineant; nec ſuper his aliqua præter eius aſſenſum debeant inmutari; miramur non modicum, & mouemur, quod prędeceſſoris tui exempla ſecutus, qui motu propriæ voluntatis Manuſtań. in Tarſeń. dicitur tranſtuliſſe, Ia. quondam Apamień. electum in Tripolitanā eccleſiam tranſtuliſti, nec tibi ſufficit dictam prædeceſſoris tui præſumptionem ſolummodo imitari, immo etiam iniuriam noſtram ipſius tranſgreſſus exceſſum, nouo quodam mutationis genere paruificaſti maiorem, & magnum quodammodo minoraſti, Epiſcopare Archiepiſcopum, immo potius dearchiepiſcopare præſumens, cum dictus prædeceſſor tuus dictum Archiepiſcopum de Tarſeń. eccleſia in eccleſiam tranſtulit ſimilis dignitatis. Licet enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia, quantum ei licuerat, miniſtrarat, ſicut ipſius relatione nobis innotuit, qui Senalimeń. Epiſcopum, cum in noſtra eſſet præſentia conſtitutus, aſſeruit confirmaſſe. Ne igitur perpetrandi ſimilia ceteris audacia tribuatur, ſi tantus exceſſus relictus fuerit impunitus, te a cōfirmatione Epiſcoporum duximus ſuſpendendum, quo vſque ſuper hoc aliud ſtatuamus.

*Idem Decano, & Capitulo Andegaueń. c. 2.*

INTER corporalia, & ſpiritualia eam cognouimus exiſtere differentiam; quod corporalia facilius deſtruuntur, quam conſtruantur; ſpiritualia vero facilius cōſtruuntur, quā deſtruantur. Vnde iuxta canonicas ſanctiones, Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſolus autē auferre nō poteſt. Epiſcopi quoq. a metropolitanis ſuis munus conſecrationis accipiunt, qui tamen non poſſunt, niſi per Romani Pont. ſententiam damnari. Cū ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam ſuo iudicio reſeruauerit diſſoluendum; qui diſſolutionem carnalis coniugij, quod eſt inter virum, & feminam, ſuo tantum iudicio reſeruauit, præcipiēs, vt quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. nō enim humana, ſed etiam diuina poteſtate coniugiū ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, vel depoſitionem, aut etiam ceſsionem, auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab eccleſia remouetur. & ideo tria hæc, quæ pręmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pont. reſeruata. ſicut autem Epiſcopus conſecratus ſine licentia Romani Pont. ſuam non debet eccleſiam derelinquere, ſic & electus, & confirmatus præter eius aſſenſum, ſuam nequit deſerere eccleſiam, cui eſt matrimonialiter alligatus, cū nō debeat in dubium reuocari, quin poſt electionem, & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium, & electi coniugium ſit ſpirituale contractum. cui profecto Epiſcopalis dignitas nil addit, cum quis Epiſcopali præditus dignitate, nullius tamē eccleſiæ poſsit Epiſcopus eſſe, quemadmodū de illo contingit, qui oneri pontificali renuntiat, nō honori. Vnde, cum non maius ſit vinculum Epiſcopi ad eccleſiam, quam electi; c.2.e.

ma-

maxime cum fuerit cõfirmatus, immo idem
penitus, & non aliud idem iuris optinet in
vtroq. Sicut enim Epiſcoporũ tranſlatio, vel
etiam depoſitio, ſic & electorum ceſsio poſt
confirmationem ſpiritualis ratione coniugij,
ſoli eſt Rom. Pontifici reſeruata, vſq. licet ad
tempora iſta, quod cautum fuerat de Epiſco-
pis, expreſſum non fuerat de electis, propter
expreſſam tamen ſimilitudinem, vel indem-
† idem-titatē forte nitatem† potius nemini poterat videri dubiũ
ſubtiliter intuenti: cum idem iudicium de ſi-
milib. ſit habendum. ſed neq. illud, quod in
canone legitur de electo, ſi vltra ſex menſes
per ſuam negligentiam eccleſiam retinuerit
viduatam, nec ibi, nec alibi donum conſecra-
tionis accipiat; immo metropolitani ſui cedat
iudicio, aliter intelligentibus poterat ſuffra-
gari, cum non intelligatur eccleſia viduata,
quaſi ſponſum nõ habeat; ſed quia, cum ſpõ-
ſus eius nondum ſit conſecratus; adhuc, quo
ad quædam, quaſi viri maneat ſolatio deſtitu
ta, ſicut iuxta communem modum loquẽdi,
illa dicitur eccleſia viduata, quæ licet Epiſco
pum habeat, inutilem tamen perhibetur ha
bere. nec quod de ceſsione ſubſequitur, & ſta
tutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiã,
vt ſicut metropolitani iudicio electus deici-
tur, ita etiam ad aliam eccleſiam poſsit tranſ-
ferri, præſertim cum nec ſine auctoritate Ro
mani Pontificis fiat ceſsio, vel deiectio memo
rata, qui vt hęc poſſent ex canone illo, metro
politañ. indulſit. Vnde ſi circa tranſlationem
idem fieri voluiſſet, quod de ceſsione dixerat,
& de tranſlatione poterat expreſiſſe; & quod
nõ eſt ſanctorum patrum decreto ſancitum,
ſuperſtitioſis non eſt adinuentionibus præ-
ſumendum; prę ſertim cum numquam intel-
ligatur prohibitum, quod non inuenitur ex-
preſſum. Sane nos, qui ſacra docente ſcriptura
monemur, ne noſtrum alij demus honorem,
quoniam Apoſtolatui noſtro multis referen-
tibus innotuerat, quod ve. f. nr̃ Turoñ. Archi
epiſcopus magiſtrum W. qui electus fuerat
in Epiſcopum Abriceñ. & per metropolita-
num ſuum poſtea confirmatus, qui aliquam-
diu tam in ſpiritualibus, quam in temporali-
bus miniſtrauerat in eccleſia veſtra, præter
Ap. ſe. auctoritatem transferre præſumpſit,
& Epiſcopum conſecrare, quem etiam ve. f.
n. Rothomageñ. Archiepiſcopus pręter Ap.
ſe. mandatũ abſoluit, & ei præbuit licentiam
tranſeundi, ve. f. n. Bituriceñ. Archiepiſcopo,
de quo plenam fiduciã optinemus, dedimus
in mandatis; vt inquiſita plenius veritate, ſi
rem geſtam taliter inueniret, tam memoratũ
Turoñ. quam ipſum Rothomageñ. Archiepi
ſcopos, qui ſaltẽ Ap. ſe. ſuper hoc, quod nouũ
emerſerat, præſertim cũ iuxta canonicas ſan-
ctiones maiores eccleſiaſticę cauſę ad ſe. Ap.
ſint referendæ, conſulere debuerunt, a confir
matione pariter, & conſecratione Pontificũ,
memoratum vero W. ab executione Pontifi
calis officij, noſtra fretus auctoritate ſuſpen-
deret. qui mandati noſtri diligens executor,
ſuper quo deuotionem eius digna gratiarum
proſequimur actione, cum per confeſsionem
ſpontaneam eidem Bituriceñ. Archiepiſcopo
de veritate negotij conſtitiſſet, dictos Archi-
epiſcopos, & Epiſcopũ, iuxta tenorem man-
dati noſtri, ſuſpendit, & quamuis ijdem Ar-
chiepiſcopi Turoñ. & Rothomageñ. tãquam
maiores plus exceſſerint in præmiſsis, præfa-
tus vero Epiſcopus minus, vt pote illorum
tamquam maiorum errorem ſecutus; nos ta-
men intellecta per litteras, & per nuntios eo-
rundem Archiepiſcoporum confeſsione ſpõ
tanea, & ſupp. deuota veniã errori dedimus,
quia non ex malignitate, ſed ex ſimplicitate
peccauerãt. & quoniam præfatus Epiſcopus
& minus peccauerat, ſicut ex pręmiſsis appa-
ret, ſeuerius fuerat caſtigatus, ad Ap. ſe. licet
ſpontanea voluntate, non tamen ſine multis
laborib. & expenſis acceſsit, reatum ſuum re
cognoſcens humiliter, & deuote miſericordiã
poſtulans, & iudicium non requirens. Nos ſu
per facto eius cum fratrib. noſtris cõmunem
tractatum habentes, & ſubtiliter indagantes,
quod licet ſibi munus conſecrationis inpen-
ſum, nec prioris eccleſiæ ipſum Pontificem
fecerit, nec ſecundæ, cum ad primam non fue
rit conſecratus, & ad ſecũdam priori vinculo
perdurante non potuit canonice conſecrari,
adhuc autem coniugaliter alteri alligatus; il-
lud tamen prouide attendentes, quod & vr-
gens neceſsitas, & euidens vtilitas eccleſiæ ve
ſtræ; quoniam non poteratis in aliam perſo-
nam idoneam conuenire, diſpenſationis gra-
tiam requirebant; eo de plenitudine poteſta-
tis, tam a vinculo prioris eccleſiæ, quam a pœ
na ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benigni
tate ſibi ſe. Ap. duximus concedendum, vt
priore cõſenſu hactenus perdurante, ſicut per
litteras perſonarum eccleſiæ veſtræ nobis in-
timatum eſt, Andegaueñ. eccleſiam, tãquam
proprius Pontifex ad gloriam, & laudem no
minis Dei, ad honorem, & exaltationem ip-
ſius, & ad ſalutem, & vtilitatem ſuam, & tam
cleri, quam populi ſibi commiſsi ſtudeat gu-
ber-



bernare; vt præueniente diuina gratia, & ſe-
quente, plus prodeſſe velit, & valeat, quam
pręeſſe.

*Idem Bambergeñ. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Magunt.* Cap. 3.

4.3.c. QVANTO perſonam ve. f. noſtri Hilde-
ſem. quondam Epiſcopi ſinceriori diligeba-
mus affectu, tãto ſecurius ſperabamus, quod
nihil aduerſus matrem ſuam Romanam ec-
cleſiam in præiudicium ſui ordinis, & eccle-
ſiaſticæ diſciplinæ diſpendium attemptaret.
ſane ſicut certa multorum aſſertione compe-
rimus, & ſuarum didicimus nihilominus te-
ſtimonio litterarum, quibus ad nos directis,
Herbipolenſem ſe Pontificem nominabat, ip
ſe relicta Hildeſem. eccleſia, cui fuerat ſpiri-
tuali gratia coniugio copulatus, ad Herbipo-
leñ. ſine auctoritate Romani Põt. auctoritate
propria tranſiuit. non attendens, quod veri-
tas in euangelio proteſtatur: quos Deus con-
iunxit, homo non ſeparet. Poteſtatem tranſ-
ferendi Pontifices, ita ſibi retinuit dominus,
& magiſter, quod ſoli beato Petro vicario
ſuo, & per ipſum ſucceſſorib. ſuis, & nobis ip
ſis, qui locum eius, licet indigni, tenemus in
terris, ſpeciali priuilegio prębuit, & conceſsit,
ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum
ſanxerunt reuerentiam exhibendam, & eui-
denter aſſerunt ſacrorum canonum ſanctio-
nes. non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos
Romanus Pontifex, qui non puri hominis,
ſed veri Dei vicem gerit in terris, eccleſiarum
neceſsitate, vel vtilitate penſata, nõ humana,
ſed diuina potius auctoritate diſſoluit. Nolen
tes autem tantæ præſumptionis audaciam re
linquere inpunitam: cum ſecundum Apoſto
lum, omnem inobedientiam prompti ſumus
vlciſci, ne facti peruerſitas tranſeat præſum-
ptorib. in exemplum. quod quidem ſi verum
eſt, nõ poteſt non eſſe notorium; auctoritate
omnipotentis Dei, & beatorum P. & P. Apo
ſtolorum, & noſtra, de communi fratrum n.
† ſibi Greg. 9 conſilio, in virtute ſancti S. diſtricte tibi† præ
cipimus, vt viſis litteris noſtris, omni contra-
dictione, & ap. ces. adminiſtrationem ipſius
Herbipoleñ. eccleſiæ, tam in ſpiritualib. quã
tẽporalib. penitus derelinquat. ſi vero, quod
non credimus, hanc ſuſpenſionem noſtram
nõ curauerit humiliter obſeruare, & inhibita
ſibi vſurpare pręſumpſerit, excõmunicationis
vinculo ipſum decernimus innodatum. om-
nib. etiam tam clericis, quam laicis Herbipo-
leñ. diœceſis ſub anathematis interminatione
præcipimus, vt non obſtante iuramento fide
litatis, omnem ipſi obedientiam ſubtrahant,
quam ipſe ſibi contra ſacros canones vſurpa
uit; non attendens, quod dicit Apoſtolus. Ne
mo ſibi aſſumat honorem, ſed qui vocatur a
Deo, tamquam Aaron. Ceterum, quoniam
Herbipolen. canonici vota ſua in ipſum pror
ſus illicite contulerunt, volentes, ſicut dignũ
eſt, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, eli
gendi eos hac vice poteſtate ſuſpendimus, et ſi
contra ſedis Apoſtolicæ interdictum ad cu-
iuſquam nominationem proceſſerint, quod
ab eis factum fuerit, irritum decernimus, &
inane. Quia vero iam dictam Hildeſemeñ. ec
cleſiam, cui fuerat alligatus, vnde ſecundum
Apoſtolum, ſolutionem quærere non debe-
bat, nimis inprobe dereliquit, ne ad ipſam re-
deat vlterius, in virtute S. S. ei diſtrictius inhi
bemus. cum ſecũdum canonicas traditiones,
qui ad maiorem ſe plebem tranſtulerit, a ca-
thedra debet pelli aliena, & carere propria; vt
nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpre-
uit, nec illis præſideat, quos per auaritiam cõ-
cupiuit.

*Idem Bened. Burgeñ. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Maguntaneñ.* Cap. 4.

LICET in tantum & infra. Quędam vero c. 4. e.
ſibi Ap. ſe. quodam modo ſpecialiter, & ſin-
gulariter reſeruauit, vt pręter ſpecialẽ aucto-
ritatem ipſius nec iure agi debeant, nec attem
ptari valeant cum effectu. In his autem ſpecia
liter tranſlationes Epiſcoporũ adeo non tam
conſtitutio canonica, quam diuina eius tãtũ
poteſtati cõmiſit; vt ſicut legitimũ matrimo-
niale vinculum, quod eſt inter virum, & vxo
rem, homo diſſoluere nequit domino dicente
in euangelio: quos Deus coniunxit, homo
non ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus coniugij,
quod eſt inter Epiſcopũ, & eccleſiam, quod
in electione initiatur, ratũ in confirmatione,
& in conſecratione intelligitur cõſummatũ;
ſine illius auctoritate ſolui nõ poteſt, qui ſuc
ceſſor eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti, hæc
autem S. quondam Hildeſem. Epiſcopus nõ
attẽdens, licentiam noſtram, nec poſtulatam,
nec habitam, contra canonicas ſanctiones, &
iniuriam Ap. ſe. cuius ſuper hoc fuerat, & re-
quirendus, & optinendus aſſenſus, ad Herbi-
poleñ. eccleſiam ab Hildeſem. non auctori-
tate noſtra, ſed propria temeritate tranſiuit,
& adminiſtrationi eius ſe ingerens, Herbipo-
leñ. ſe fecit Epiſcopũ nominari. & infra. Nec
illa ſe. re. Cæleſtini Papæ prædeceſſoris n. in
dulgentia, quã impetraſſe refertur, in hoc prę
ſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem
ac-

accuſat,vt pote,quæ ipſum reddidit de ambi-
tione notabilem;non autem cõtulit ad aliam
Epiſcopalem eccleſiam trãſeundi licentiam;
cum ſit in ea expreſſum,quod ſi ad maiorem
vocaretur forſitan dignitatem, eã liceret ſibi
aſſumere;dum tamen nihil ei de ſtatutis cano
nicis obuiaret. Vnde licet forſitan aliquibus
videatur indulgentiæ occaſione ipſius, vt ad
dignitatem poſsit trãſire maiorem, ad parem
tamen ipſi tranſire non licuit;cum in maiori
dignitate propter maiorẽ vtilitatem, facilius
ſoleat diſpenſari. Propterea cum poſtulatio,
ſicut & electio,examinari ſoleat diligenter,&
tenor illius indulgentiæ non ſolum videatur
poſtulationis examinationẽ,ſed perſonę etiã
reſeruaſſe,ſubiungens,dummodo nihil appa
reat,quod tibi de canonicis obuiet inſtitutis,
antequã per eũ poſtulatio examinata fuiſſet,
cui fuerat facienda , nulla debuerat ratione
tranſire.

## DE ELECTIONE, ET ELECTI poteſtate. Tit. vj.

*Idem de Cella ſancti P. & Nutrieñ. Abbatibus, & Præpoſito Vercelleñ.* Cap. I.

De elec. c.16. CVM inter dilectũ fi.R. ſeniorem,
& R. iuniorem ſuper Abbatia Sca
fuſeñ.quæſtio verteretur; eis in nña
præſentia conſtitutis,dilectos fi. G.
ſanctor. Coſinæ & Dam. & ſanctæ M. in
Acquiro dia.Card.dedimus auditores:in quo
rum præſentia fuit propoſitũ,quod cũ cõtro-
uerſia ipſa fuerit diuerſis iudicib.cõmiſſa,de-
inde ambę partes ad ſe.Ap.acceſſerunt.quib.
a bo.me.Cæl. Papa prædeceſſore noſtro nos
ipſi cũ in minori eramus officio conſtituti,&
di.fi.n.tt.S.Stephani presbyteri Car.dati fui-
mus auditores, & cũ vtrinq. corã nobis eſſet
diutius allegatũ,& eidem prędeceſſori noſtro
per nos eſſet proceſſus negotij declaratus;ip-
ſe prędictũ R.ſententiã cũ inſtantia poſtulã-
tem,ad conponendũ coëgit inuitũ.& ſic Ab-
batiæ renuntians de manu eius cuſtodiam,&
etiã Prioratũ recepit ab eo,dum viueret,ſine
quæſtione qualibet poſsidendos.Huic autem
ordinationi licet inuitus conſentiret,domum
tamen reuerſus aduerſarijs cõpoſitionem ip-
ſam in nullo volentib.obſeruare,non potuit,
quæ conceſſa ſunt, optinere ; quin potius in
eum,quod deterius eſt,manus iniecerunt po-
ſtea monachi violentas, ſed adiutus ab illius
loci hominib.& monachorũ manus euadens,
ad app.ſubſidiũ conuolauit.Interim vero dil.
fi.n.P. ſanctæ M. in via Lata Diaconus Car.
Ap.ſe.Legatus ad partes illas accedens pro iã
dictis,& alijs multis exceſsib.& ſuſpẽdit mo
nachos,& monaſteriũ interdixit,ipſi vero cõ
tempta ſententia Car.diuina promptius, quã
antea celebrarũt,& poſt ap.ab eodẽ R.ſenio-
re ad nos interpoſitã, dictũ R.iuniorẽ pariter
eligentes,ipſum benedicendũ diœceſano Epi
ſcopo pręſentarũt.qui poſt ap.interpoſitã be
nedixit eũ,& in eccleſia interdicta.& infra.Cũ
autẽ,quę pręmiſſa ſunt,& alia quędã pręfati
Car.nobis,& fratrib.noſtris prudenter, & fi-
deliter retuliſſent ; nos attendentes,quod ex
conſenſu cõpoſitionis receptę,quam p̃.n.cõ-
firmauerat,ius,quod ſibi cõpetierat,R.ſenior
amiſiſſet;ac per hoc ne monachi procederent
ad electionem,appellare de iure minime po-
tuiſſe; cũ niſi quorũ intereſt, audiri non ſo-
leant appellantes:de cõſilio f.n.app.illam di-
cimus legitimam nõ fuiſſe,vnde per eam ele-
ctio non potuit inpediri.& infra.Sane quãuis
dilectus f.P. Prępoſitus, & capitulũ Cõſtan-
tien. de interdicto præmiſſo a Car. quod po-
ſuerat,illud in ſuis litteris inſeruerit, quia ta-
mẽ per id,quod R.iuniori diœceſ. Epiſcopus
munus benedictionis inpẽdit,ei videtur,quod
præmiſimus,obuiare. Vnde vel ſcriptura fa-
cto,vel factũ ſcripturæ præiudicat; nec pro-
batũ fuit,licet obiectum,quod ab interdictis
electio fuit celebrata,ipſam nõ potuimus irri
tare,præſertim cũ contra perſonã electi nihil
fuerat intemptatũ. Ideoq. cauſam ipſam ſub
eadẽ forma vobis duximus de cõmuni cõſen
ſu partiũ cõmittendam;vt ſi cõſtiterit, quod
electio facta fuerit a ſuſpenſis;ea omnino caſ-
ſata ipſi monaſterio poſt ſatisfactionẽ condi-
gnã ſuſpenſionis,interdicti ſentẽtia relaxata,
de perſona idonea cõſulatur.alioquin,ne vti-
litas mo.retardetur, pręmiſſam electionẽ per
vos ap.re.volumus cõfirmari,& R. iuniorem
Abbatiæ pacifica poſſeſsione gaudere.

*Idem Capitulo Peñ.* Cap. 2.

QVALITER poſt obitũ bonę me. c.17.e.
Peñ.Epiſcopi eccleſia veſtra vacante,receptis
prius ſuper electione facienda litteris noſtris
Primicerium veſtrum vobis elegeritis in pa-
ſtorem;vos tamquam auctores electionis ip-
ſius plenius cognouiſtis. Verum quoniam
electus ante confirmationem optentam,ad-
miniſtrationi Epiſcopatus ſe irreuerenter im
miſcuit , & tam a clericis, quam laicis iura-
menta recepit,non attendens, quod ſecundũ
Apoſtolum;nemo debet ſibi honorem aſſu-
mere,ſed qui vocatur a Deo tãquam Aaron;
nec donũ ſcientiæ põtificis fuerat aſſecutus,
cum



cum iuxta verbum dominicum; qui fecerit,
& docuerit,magnus vocetur in regno cęlorũ.
poſtquam nobis eundem pręſentaſtis electũ,
ſufficienti examinatione pręmiſſa, cõmuni-
cato f. n. conſilio,electionem de ipſo factam,
exigente iuſtitia duximus irritandam, quid-
quid ex ea,vel ob eam factum eſt, denuntian
tes penitus non tenere.

*Idem Capitulo Capuano..* Cap. 3.

c.18.e. CVM inter vniuerſas metropoles Ca-
puañ.ſit Ap. ſe.vicinior,ad prouiſionem ip-
ſius ſpiritualius aſpiramus, talem ipſi perſo-
nam præfigi cupientes, quæ ſicut alios metro
politanos loci vicinitate,ſic & deuotionis affe
ctu pręcellat,per quam & ipſa metropol.tam
in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſuſci
piat incrementum. Intelleximus autem per
dil.f.L.& F.canonicos veſtros,& litteras,quas
ad ſedem Ap. detulerunt, quod ad Decanũ,
& ad alios canonicos veſtros Panormi ma-
nentes,cum ex eorum parte fuiſſet per litte-
ras intimatum, vt eccleſiæ Capuanæ damna
penſantes,ſic tractaretis ſuper electione ſub-
ſtituendi paſtoris, quod nullum deberetis in
eorum abſentia nominare;quendam ſocium
veſtrum cum litteris deſtinaſtis, xij. terminũ
dierum aſsignãtes,infra quem poſt receptio-
nem litterarum veſtrarum iter arriperent re-
deundi, quamuis eccleſiaſtica conſuetudo nõ
exigat, vt ad electionem paſtoris canonici tã
remoti vocentur; & illi præcipue , qui longe
antequam vos metropolitani veſtri obitum
pręſentialiter cognouerint,quorũ aliqui poſt
eius deceſſum ad Capuanam eccleſiam ſunt
reuerſi. Quia vero mora lõgior in electionib.
eſt valde ſuſpecta,immo ſæpe damnoſa, di.v.
per A.s.m.qua.inuocata ſpiritusS.gratia,per
ſonam idoneam per electionem canonicam
cõcorditer aſſumatis ad regimen eccleſię Ca-
puanæ: cõſequenter ad noſtram audientiam
nuntios idoneos tranſmiſſuri,per quos a no-
bis vice Regia poſtuletis aſſenſum,& Ap.cõ-
firmationis gratiam requiratis, attentius pro
uiſuri,vt in eo diſcretionis,& karitatis ſtudio
procedatis,quod nec in electione vitium, nec
in electo defectus valeat inueniri. Alioquin&
factum electionis reuocaremus in irritum, &
perſonas eligentium puniremus.

*Idem Archidiacono, & Capitulo Capuano.* c.4.

c.19.e. CVM nobis olim de obitu.& infra. Cum
autem ex vtriuſq. partis aſſertione conſtaret
interpoſitam fuiſſe ap.canonicã,ne fieret ele-
ctio,niſi canonica ſecundũ mandati noſtri te-
norem, ad noſtrã fuit audientiam appellatũ,
videri poterat, quod poſt eam medio tẽpore
nihil debuit innouari. Vnde talis electio iudi
canda erat irrita,& inanis, vtpote poſt ap. ca
nonice interpoſitam attemptata. ſed ecõtra
cum appellatũ fuiſſet,non vt nulla fieret ele-
ctio,ſed vt fieret canonica; ſi factũ electionis
fuit canonice ſubſecutũ,nõ vtiq.cõtra formã
appellationis huiuſmodi,ſed magis ſecũdum
eam videbatur eſſe proceſſum : & ideo licet
poſt app. non tamen contra fuit eadem ele-
ctio celebrata;propter quod non erat aliqua
tenus irritanda.Nam cum duæ partes,& am
plius electioni conſenſerint , & conſentiant:
licet cautũ reperiatur in canone,vt tunc alter
de altera eligatur eccleſia,cum nullus in pro-
pria fuerit repertus idoneus, quia tamen hoc
in fauorem introductum eſt clericorũ,& cuiq.
licet renuntiare iuri,quod pro ſe noſcitur in-
troductum;vos qui duæ partes eratis, & am-
plius;cũ hoc,quod duę partes capituli faciũt,
totum facere videatur,in hac parte iuri,quod
pro vobis facere videbatur, renuntiare potui
ſtis,& electionem de perſona alterius eccleſiæ
celebrare , præſertim cũ illud decretũ locum
videatur habere,quãdo clericis renitentib. &
inuitis per alicuius violentiam poteſtatis ex-
traneus ingeritur ex aduerſo , propter quod
ſequitur in decreto, vt ſit facultas clericis re-
nitendi, ſi ſe viderint pręgrauari;etſi quos in
geri ſibi viderint ex aduerſo, nõ timeant re-
futare. Præterea,cum ſe. Ap. caput omnium
eccleſiarum exiſtat,& Romanus Pont.iudex
ſit ordinarius ſingulorũ, quando de ipſa quis
aſſumitur in pręlatum alterius,ei poſſe obici
non videtur,propter capitis priuilegiũ,quod
optinet plenitudinẽ poteſtatis; quod de alie-
na eccleſia eligatur,cum a capite membra re-
putari non debeant aliena.Item cũ poſt app.
emiſſam non vt fieret electio,quia talis appel
latio nulla foret,ſed vt fieret canonica;dictus
Archidiaconus Theatinus cũ ſuis fautorib.
chorum exiſſet,& vos illos,vt intereſſent ele-
ctioni faciendæ vobiſcũ curaſſetis ſollicite re
uocare,quoniam ad electionem faciendã ac-
cedere noluerunt,alienos ſe feciſſe videntur,
propter quod electioni a vobis concorditer
celebratæ non poſſe de iure contradicere vi-
debantur.Præſertim cum idem Archidiaco-
nus poſtea requiſitus reſpõderit,quod in pręs
ſentia noſtra ei vellet ſuum præbere conſen-
ſum;& ideo, cum ſecundum ſtatutum Late-
raneñ.concilij appellatione re. ſemper id de-
beat præualere, quod a pluribus, & ſaniori-
bus fuerit ordinatum; niſi forte a paucioribus.

& inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, & oſtenſum: a vobis celebrata electio, tamquam a maiori, & ſaniori parte, non obſtante contradictione, vel ap. paucorum, debeat, & poterat rationabiliter confirmari; cum id, quod obiectum fuerat, & oſtenſum, rationibus præmiſsis appareat rationabile non fuiſſe. His igitur allegatis quamquam contra perſonam illius, quem eligiſtis, nihil vmquam dictum fuerat, vel obiectum, quia tamen verbum Apoſtoli dicentis: nemini cito manum inponas: debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant, duximus ex officio noſtro, ſicut decuit, procedendum. & quidem, cum tria ſint† *†al. ſũt* in perſona electi præcipue inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honeſtas, & litteratura ſufficiens: licet de honeſtate morum, tamquam ei, qui nobiſcum eſt aliquamdiu laudabiliter conuerſatus, poſsimus † *†al. poſſumus* ipſi laudabile teſtimonium perhibere; illius quoque litteraturæ, licet non eminentis, tamen conuenientis exiſtat, vt pro defectu ſcientiæ, ſicut plenius intelleximus ab ijs, qui eũ melius cognouerunt, ab electione nõ deberet excludi; de legitima tamen ætate plene ſcire non potuimus veritatem, de qua nec vos, vt accepimus, cogitaſtis; cum a multis, cuius ætatis exiſteret, curauimus indagare, a nemine vmquam audiuimus, quod ætatis annum triceſimum attigiſſet. Cum autem ſecundum prædicti ſtatuta concilij, nullus debeat in Epiſcopum eligi, qui triceſimum ætatis annum non egerit, licet ſenectus venerabilis ſit, non diuturna, nec annorum numero computata: ſed cani hominis ſint ſenſus eius, & ætas ſenectutis vita immaculata; quia tamen poſt illa tria, quę Salomon aſſerit difficilia, quartum quaſi reputat impoſsibile, viam videlicet viri in adoleſcentia ſua tamquam inueſtigari non poſsit, nos eccleſiæ pariter & perſonæ prouidere volentes, & tam rationes, quam canones obſeruare, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligenti tractatu, quia propoſitum veſtrum prouidum intelleximus, & ideo propter vrgentem neceſsitatem, & euidentem vtilitatem eccleſiæ Capuañ. quam in hac parte potius approbamus, volumus ipſum firmiter perdurare; præfatum ſubdiaconum noſtrum de communi f. n. con. vobis in procuratorem concedimus, liberam adminiſtrationem ei tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus committentes.

*Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo.* Cap. 5.

INNOTVIT nobis olim tam per *c. 10. e.* tuas litteras, quam quorundam ſuffraganeorum tuorum, & dilectorum filiorum Prioris, & conuentus Wigormeñ. eccleſiæ, quod eadem eccleſia deſtituta paſtore, dicti Prior, & & conuentus dil. fi. magiſtrum M. Eboraceñ. Archid. in paſtorem animarum ſuarum vnanimiter elegerunt, & cum eius tibi fuiſſet electio præſentata, confirmationem vſq. in aduentum ipſius, qui abſens eligebatur, & inſcius, diſtuliſti; qui tandem, quod fuerat factum, audito ad præſentiam tuam deuotus acceſsit, & præter opinionem omnium, qui nihil obſtare credebant; quin ſtatim concors, & canonica deberet electio confirmari, ſpontanea tibi, & ſecreta confeſsione monſtrauit, quod conſcientia eius aliquantiſper ex natalibus eſſet læſa, & quod ad tantæ dignitatis apicem, præter indulgentiam Apoſtolic. ſedis nollet aliquatenus promoueri, propoſuit: etiam ſi promouentem benignum, & facilem inueniret. Tu autem ſicut vir prouidus, & diſcretus intellecta conſcientia eius, noluiſti protinus ad confirmationem procedere, ſed nobis rei ſeriem per tuas inſinuans litteras, & per eas ipſius magiſtri merita, & conſcientiam commendaſti. Capitulum autem eiuſdem eccleſiæ; quare per te fuiſſet electionis confirmatio protelata, ſe ignorare per litteras ſuas nobis tranſmiſſas expoſuit, & eam petijt per ſedem Apoſtolicam confirmari, pręſentato nobis decreto electionis ſubſcriptionibus eligentium roborato, quidam tamen ſuffraganeorum tuorum, quod per tuas litteras videbaris obſcure aliquantulum innuiſſe, per ſuas litteras in aliquibus expreſſerunt, aſſerentes eum filium fuiſſe cuiuſdam militis, & ab eo ex quadam ingenua, & non coniugata ſuſceptum. Interim vero idem magiſter ex inſperato ad præſentiam noſtram acceſsit, & quod nobis de natiuitate ipſius per litteras aliquorum ſuffraganeorum tuorum fuerit intimatum, expoſuit, & adiecit, quod nũquam pater eius habuerat vxorem, ſed matri eius virginitatis florem ſubripuerat, quaſi furtim, & ipſam infra quadriennium a natiuitate ipſius matrimonium contraxit. Nos ergo cum fratribus noſtris habito ſuper hoc diligenti tractatu relectis canonib. quoſdam inuenimus, qui nõ legitime genitos promoueri vetant ad officiũ paſtorale. Cauſã for-



forte trahentes ex lege diuina, per quam ſpurij, & manzares vſque in decimam generationem in eccleſiam Dei prohibentur intrare. Inuenimus etiam alios, qui vndecumque genitos non prohibent ad ſacros ordines promoueri; dummodo ſibi merita ſuffragentur; aſſerentes, quod culpa parentum non eſt filijs inputãda. Et ad hoc probandũ inducũt, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus non tantum ex alienigenis, ſed etiam adulterinis voluit commixtionibus naſci, qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hi etiam diuinæ ſcripturę videntur inniti, qua dicitur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non p. ini. fi. per quam antiquum videtur prouerbiũ remoueri, quod inter filios Iſraël dici ſolebat. patres com. † *†al. comederunt* vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Quidam vero ad concordiam diſcordantia reuocantes, repugnantiam canonum prædictorum quodam modo ſopire videbantur, dicentes, quod illegitime geniti, ſi religioſi fuerint, aut in cœnobijs, aut in canonicis conuerſati, a ſacris miniſterijs minime reuocentur, & inter illegitime genitos quidã aſſerunt eos ſolos a ſacris officijs prohibendos, qui paternam incontinentiã imitantur, & ij quoq. videntur auctoritate diuinæ legis inniti, qua dicitur, Ego ſum Deus zelotes viſitans peccata patrum in filios vſq. in tertiam, & quartam progeniem in ijs, qui oderunt me gratis; quaſi dicat, in ijs, qui circa me paternũ odiũ imitantur. Verum canon concilij Lateraneñ. a bo. me. Alexandro Papa p̃. noſtro editus in ſynodo generali, primis concordans canonibus, nõ ſolum tales vetat in Epiſcopum † *† Epiſcopos* promoueri, verum etiam eligentibus talem perſonam, pœnam infligit, immõ ipſo facto eandem pœnam aſſerit incurriſſe; vt ſecundum hoc canon latæ ſententiæ eſſe videatur, cuius tenor talis eſt. Ne videlicet, quod de quibuſdam pro neceſsitatibus temporis factum eſt, in exemplum trahatur a poſteris: nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui de legitimo matrimonio ſit natus. circa finem ſubiungens, clerici ſane, ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio ſe nouerint eſſe ſuſpenſos. Sane prædictus canon, qui non per eum, qui canones non noſſet antiquos, ſed per illum, qui plene nouerat canonicas ſanctiones, in concilio multorum iuris peritorum eſt editus, & ipſius approbatione concilij roboratus; natis de non legitimo matrimonio, omnem videtur in Epiſcopos promouendi aditum præcluſiſſe. Cum id etiam ad conſequentiã trahi prohibeat; quod pro neceſsitate innuit prioribus temporibus eſſe factum; licet nihil amplius, quam neceſsitas diſpenſantẽ ad diſpenſationem inducat. Præterea electionem talium innuit nullam eſſe, dum in pœnam ſtatuit electorum, vt tũc eligendi poteſtate ſe nouerint priuatos; quod nihil eſſet, ſi tunc non occurreret electio facienda, quod fieri nõ poſſet priori electione, ſeu etiam nominatione durante. Ex quo patet electionem huiuſmodi per ipſum canonẽ irritatam. quamuis autẽ, etſi canon iſte nõ legitime genitos fortius proſequatur, nobis tamen per eum adepta non fuerit diſpenſandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt eũ, immo eadem poteſtate functurum; cum non habeat poteſtatem par in parem, ſed ea tantum fuerit mens ipſius, vt quia ex eo quod aliquando ex diſpenſatione pro neceſsitate temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, & inde ſumentes exemplum, ſe licite credebant eligere tales, & indifferenter huiuſmodi eligebant, cum talia fieri prohiberet, vnde grauem electoribus pœnam inflixit. Deliberauimus tamen cum fratribus noſtris, vtrum in tali caſu, & cum tali perſona deberemus miſericorditer diſpẽſare, vel iuris potius ſeruare rigorem. Inuenimus enim a bonę memorię Vrbano Papa p̃. n. in caſu multo difficiliori, cum Cenomañ. diſpenſatum electo, qui fuerat filius ſacerdotis, & Legioñ. Epiſcopo, qui poſt conſecrationem ſuam humiliter fuerat, & ſponte confeſſus, quod fuiſſet ex matre non legitima † *†forte legitime* procreatus, quam pater viuente vxore propria cognouiſſet. ſed idem Vrbanus prohibuit, ne id quaſi pro regula in poſterum ad conſequentiam traheretur. Videbatur enim quod cum illegitime natus fuiſſet, aliquandiu diſpenſatum, & ex certa cauſa forſitan in poſterum diſpenſandum, in hoc caſu deberet celerius diſpẽſatio indulgeri illi perſonæ videlicet, quę minus inperfectionis, plus perfectionis habebat. Multa enim in hoc caſu diſpenſationẽ inducere videbantur: litterarũ ſcientia, morũ honeſtas, vitę virtus, † *† al. victus* & fama perſonę, multipliciter a quibuſdam etiam ex fratribus meis, qui eum in ſcholis cognouerant

approbatæ. faciebant etiam ad id non modicum concors capituli Wigornieñ. electio, petitio populi, aſſenſus Principis, votum tuum, ſuffraganeorũ ſuffragia, & humilis deuotio confitentis, quod ſponte, & humiliter ſuum maluit confiteri defectum, quam læſa cõſcientia thronum aſcẽdere paſtoralem. Habito ergo ſuper hoc cum fratrib. noſtris diligenti tractatu intelligentes Wigornieñ. capitulum eundem magiſtrum nõ humiliter poſtulaſſe, ſed inprouide potius elegiſſe, cũ ad optinendum diſpenſationis beneficium procedendũ fuiſſet, non per electionem inhibitam, ſed per poſtulationem prę̃miſſam, electionem ipſam prædicti canonis auctoritate caſſatam denuntiauimus irritam, & inanem, parcentes non modicum Wigornieñ. capitulo, quod eis nec pœnam infligimus expreſſam in canone ſupradicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant, quamuis poſt caſſationem huiuſmodi a nobis a multis fuerit humiliter ſupplicatum; vt propter cauſas prædictas dignaremur cum eo miſericorditer diſpenſare; cũ ad diſpenſandum in talib. nullus ſe caſus habilior poſſet afferre. quia tamen prædicto capitulo liberam facultatem eligendi, vel poſtulandi volumus reſeruare, ſupplicationẽ huiuſmodi, quæ nomine capituli non fiebat, cum non ad poſtulandam diſpenſationem, ſed petendam confirmationem ipſius capituli, nuntij fuerint deſtinati: ad præſens non duximus admittendum, decernentes irritum, & inane, ſi quid ſuper ordinatione ipſius Epiſcopatus ante ſuſceptionem litterarum noſtrarum fuerit attemptatum. Volumus igitur, & mandamus, qua. per Cantuarieñ. prouinciã ex parte noſtra facias diſtrictius inhiberi: ne quod de multis in eadem prouincia, quod ſine pudore non dicimus, inordinate noſcitur eſſe factum, de cetero contra formam pręſcriptam nullatenus attemptetur. ſed ſi Wigornieñ. capitulum eundem magiſtrum propter prærogatiuam meritorum ipſius, duxerit poſtulandum, poſtulationẽ ipſius apud ſedem Apoſtolicam præſentare procuret.

† Januen. *Idem Januen. † Archiepiſcopo, Placentino, & Bobieñ. Epiſcopis. Cap. 6.*

c.21 e. CVM inter dil. fi. canonicos Saoneñ. ſuper electione Pont. quæſtio verteretur, eligentium votis in diuerſa diuiſis, ad ſe. Ap. di. fi. G. ſubd. Saoneñ. & I. procurator capituli acceſſerunt, quibus veñ. f. n. I. Albañ. Epiſcopum, & di. fi. n. A. tituli ſancti Martini preſbyterum Cardinalem dedimus auditores. In quorum præſentia ſubd. propoſuit memoratus, quod cum vij. eſſent canonici Saoneñ. ſe in capitulo receperunt de futura electione Pontificis tractaturi, vbi diuerſi a diuerſis nominati fuere, ſed Archid. Archipresbytero, Præpoſito Aſten. Præpoſitum nominantib. fuit a præfato S. fortiter obuiatum, aſſerente ipſum electũ morbo epileptico laborare, pro quo alia vice fuerat tamquam inhabilis recuſatus, nec ad eccleſiam aliam debere fieri trãſitum, donec reperiretur idoneus in eccleſia Saoñ. & infra. Sed Præpoſitus Saoñ. ſpretis appellationib. interpoſitis Præpoſitũ Aſteñ. elegit, obiciente parte aduerſa, quod huiuſmodi electio propter appellationes interpoſitas, & alia etiam obſtacula non teneret. & infra. Sed & ciuitatem idem Prępoſitus, & alij omnes egreſsi, exceptis presbytero, & ſubdiacono ſæpedictis, ſecum ſigillum eis ignorantib. detulerunt, & ad Mediolaneñ. Archiepiſcopum accedentes, petierunt electionem, quam fecerant confirmari, licet a ſolo Pręposito, & poſt ap. facta fuiſſet. Sed quoniam indebitus electionis proceſſus Archiepiſcopo antea innotuerat, petitioni eorum nõ annuens, quendam de fratribus ſuis ad inueſtigandum electionis proceſſum Saonam direxit: ſed cum teſtes producerentur coram eo, & poſtularetur, vt nuntium ipſum pariter procurarent; pars aduerſa iam dictum Archiepiſcopum: altera vero ſedem Ap. inuocauit. ſed cum ad mãdatum nuntij partes Mediolañ. miſſent Apoſtolos petituræ, ab Archiepiſcopo, vt ad pacem redirent, fuere monitæ diligenter, cuius arbitrio Prępoſitus ſe ſtare velle conſtanter aſſeruit, ſi hoc & ipſum faceret pars aduerſa; quod deliberato cõſilio præfatus ſubdiaconus repromiſit. poſt hæc reuerſi ad propria, & demum ab Archiepiſcopo euocati, Archipresbyter pro parte altera de rato, vt dicebat, litteris pręmunitus, ipſe vero, & pro parte ſua Mediolanum acceſsit, & iterum ab eo † in Archiepiſcopum compromiſſo, ipſe *† al. ea* habito fratrum noſtrorum † conſilio magi- *† ſuorũ* ſtrum B. Medioceñ. canonicum eis dedit in *forte* Epiſcopum, & etiam confirmauit, quem in Saonen. eccleſia præſente clero, & populo ciuitatis adhibitis ſollemnitatibus conſuetis electum publice nuntiarunt, cui Archiepiſcopus Præpoſito ſedem Apoſtolicam prouocante conſecrationis munus diſtulit inpertiri. & infra. poſtquam igitur coram præfatis auditorib. fuit ſuper his, & ſimilibus diſputatum, qui nobis ea ſufficienter, ac fideliter retulerunt, quoniam de ipſis nobis non potuit fieri plena fides, cauſam ipſam veſtro duximus examini committendam; di. veſtræ per A. s. m. qua. cum conſtet electionem de Præpoſito memorato a maiori, & ſaniori parte capituli celebratam, fuiſſe publicatam etiam, & ſubſciptam, ſi dictus Præpoſitus eidem electioni cõſenſerit, vt per mutuum conſenſum eligentium, & electi, quaſi coniugale vinculũ ſpiritualiter ſit contractum, niſi ſufficienter ſit oſtenſum eundem Prępoſitum morbo epileptico laborare; ſuper quo contra ipſum dicit appellatum; vos non obſtante appellationis obiectu, ſi qua forſan ex alijs cauſis ſuperius memoratis proponitur interpoſita; cum ex ijs, quæ coram nobis allegata fuerunt, eas appellationes certa ratione friuolas reputemus: electionem ipſius noſtra freti auctoritate, ſub. cuius. contradi. & ap. ob. confirmetis; non obſtante, quod poſt talem electionem a præfato Archiepiſcopo proponitur eſſe factum, etiam ſi a partibus in eum fuerit cõpromiſſum, cum electores a tali electione ſic nequiuerint reſilire. Quod ſi electores illius non conpromiſerint in Archiepiſcopum memoratum, etſi dictus Præpoſitus nondum electioni factæ conſenſerit, eo tamen conſentire volente, dummodo a morbo ſit immunis obiecto, vos electionem ipſius nihilominus cõfirmetis.

*Idem Præneſtino Epiſcopo. Cap. 7.*

c.22 e. DVDVM ad audientiam noſtram quęſtione prolata, quod vacante prępoſitura Coloñ. eccleſiæ in duo ſe vota eligentium diuiſis etiam cauſam ſuper his dil. f. N. de lacu, & I. de Clauſtro, & G. de Valle ſancti P. in Heſterbarh. Abbatibus ſub eo tenore duximus cõmittendam; vt auditis, quæ proponerentur hinc inde, ſi de partium procederet volũtate; diffinitiuam ſententiam promulgarent; alioquin cauſam ſufficienter inſtructam ad noſtram remitterent audientiam, ſtatuentes partibus terminum conpetentem, quo per ſe, vel per reſpõſales idoneos ad Ap. ſe. accederent ſententiam recepturæ. ipſi vero mandatum Apoſtolicum fideliter exequi cupientes, partes ad ſuam pręſentiam conuocarunt, receperunt teſtes hinc inde productos, examinarũt eligentium conſcientias, audierunt allegationes vtrinq. & quoniã Prępoſitus ſancti Georgij eorum ſententiæ ſe tandem aſſeruit nolle ſtare, depoſitiones teſtiũ hinc inde receptas, & allegationes partis alterius ſub ſigillis ſuis ad ſe. Ap. deſtinarunt, partibus feſtum beati Michaelis tunc primo venturum, veniẽdi ad ſedem Ap. terminũ pręfigentes. & infra. Cũq. nuntij Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorũ ad noſtram præſentiam acceſsiſſent. Præpoſitus ſancti Georgij nec venit, nec miſit idoneum reſponſalem. & infra. Viſis ergo atteſtationibus, & geſtis iudicũ diligenter inſpectis inuenimus, quod pro Præpoſito ſanctorũ Apoſtolorum auctoritas, pro Præpoſito vero ſancti Georgij numerus eligẽtium faciebat, cum primus a xiiij. tum perſonis, tum canonicis, qui alios dignitate, & ætate, & tempore præcedebant: ſecundus vero a xxiiij. fuiſſet electus. Obiciebatur autẽ Pręposito ſancti Georgij minor ſcientia, defectus ætatis, & quod in minorib. ordinib. erat cõſtitutus. Vnde cũ pręposituræ illi eſſet Archidiaconatus annexus, nõdũ erat ei dignitas cõferenda, ratione cuius cogebatur, infra præfixum a canonibus ſpatium, in diaconum promoueri. Proponebatur autem pro altero, quod erat vir ætate ſcientia, & moribus commendandus. Vnde meliori ducti zelo propter hoc electores ipſius in eum ſe confeſsi fuerant conueniſſe, non ſolum ſui, ſed etiam quidam alterius electores eum prudentiorem eſſe, præſertim in ſpiritualib. aſſerebant; quamuis alium magis vtilem maxime circa temporalia propter potẽtiam fuerint proteſtati. Cum autem allegationes pro eodem Pręposito S. Georgij coram iudicib. ipſis propoſitæ nobis non fuerint pręſentatę, propter quod nõ potuimus ſcire per nos, quod obiecerint, vel quod reſpõderint ad obiecta, ſicq. cauſa remiſſa nõ fuerit ad nos ſufficienter inſtructa, ad diffinitiuam ſententiam non duximus procedendũ, ſed deciſionẽ ipſius cauſæ dil. fi. ſancti Gedeonis, & S. Seuerini Præpoſitis, & Decaño Brueñ. ſub ea forma potius cõmittendã, vt vel ſi notoriũ eſſet, vel per ea, quę iam dicta erant, cõſtaret; quod Pręposito S. Georgij in electionis tẽpore pateretur, vel in ordinib. vel in ſciẽtia, vel ætate defectũ; qui eũ iuxta ſanctiones canonũ impedirent ad huiuſmodi officium promoueri, ei ſub. ap. ob. nõ obſtante ipſius abſentia corporali, ſilentium inponentes, Præpoſito ſanctorum Apoſtolorum præpoſituram iudicarent eandem, & eum in poſſeſsionem corporalem mittentes, eum pacifica facerent poſſeſsione gaudere. Alioquin cum in eum non ſolum plures, ſed duæ pæne partes

conuenirent,& impedimentis ceſſantib. apparet, quod eum bono zelo elegerunt, Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorũ electione caſſata ap.ceſ.auctoritate noſtra ſuffulti, electionem confirmarent ipſius,& ei facerent Prępoſituram aſsignari prædictam, & de cetero tamquam Præpoſito reſponderi.

*Idem Canonicis Maguntin.* Cap. 8.

c.13.c. BONAE me.C. Maguntiñ. Archiepiſcopo Sabiñ. viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cum vota veſtra ſe in varia diuiſiſſent, quibuſdam petentibus Warcieñ.† Epiſcopum, quibuſdam vero ve.f. n. nunc Archiepiſcopum veſtrum, tunç Præpoſitum ſancti P. Maguntiñ. ſibi eligentib. in paſtorem: di. fi. magiſter P. ſcholaſticus Maguntiñ. cum quibuſdam alijs pro illis, qui Warmacieñ. Epiſcopum poſtularunt; procurator ad Ap. ſe. acceſsit, pro alijs vero di.fi. E.& R. clerici venerunt, quorum alter inſtitutus fuit procurator: partibus igitur in noſtra præſentia conſtitutis,& eis in conſiſtorio noſtro diligenter, & ſufficienter auditis; de conſenſu fratrum noſtrorum ve.f. n. Pręneſtino Epiſcopo Ap.ſe.Le. dedimus in mandatis, vt ſi eundem Epiſcopum, quo ad temporalia, ſiue ſpiritualia recepiſſe cõſtaret, eccleſiam Maguntiñ. vel miniſtraſſe in temporalibus, aut in ſpiritualib. in eadem, prout obiectum fuerat ex aduerſo: poſtulationem factam de ipſo, ſub. cuius. ap. ob. irritam nuntiaret; de gratia noſtra concedens eidem, vt Warmacieñ. ſibi eccleſiam retineret. Nam de iure communi, quia præter auctoritatem noſtram tranſire præſumpſit, vtraq. erat ſpoliandus; vt & ea careat, quam cõcupiuit auare, ac ea, quam ſuperbe deſpexit. quod ſi parere contemneret, vtraq. ipſum denuntiaret eccleſia auctoritate noſtra priuatum. Deinde inquireret de electione ipſius Archiepiſcopi diligentius veritatem,& ſi ei de vi, quam ipſe,& ſui metuebant, conſtaret: eo non obſtante, quod poſt appellationẽ ad nos interpoſitam in ipſius fuerat electione proceſſum, cum alij, qui appellationi ad nos interpoſitæ non duxerant deferendum, vti cõtra ipſum hac exceptione non poſſent; quoniam fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. Vnde nec ab eis poſſe obici videbatur, quod idem eſſet a paucioribus ſecundũ eorum aſſertionem electus, cum ipſi appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes, & præter licentiam noſtram recipientes Epiſcopum memoratum, reddiderunt ſe indignos, electionem Archiepiſcopi, dummodo nihil obſtaret de canonicis inſtitutis, ſub. ap. ob. cõfirmaret. quod ſi nec recepiſſe prædictam eccleſiam, quo ad temporalia, vel ſpiritualia, nec in ſpiritualibus, vel in temporalib. miniſtraſſe Epiſcopum me. cõſtaret, idem Legatus audiret, quæ ſuper poſtulatione ipſius, & electione Archiepiſcopi proponerentur: huiuſmodi teſtes vtrinq. reciperet,& eorum depoſitionibus publicatis vſq. ad calculum diffinitiuæ ſententiæ procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad noſtram pręſentiam deſtinaret; ſtatuens partibus terminum conpetentem, quo Apoſtolico ſe conſpectui reprçſentarẽt ſententiam recepturæ. Licet autem eſſent notoria, quæ fuerant cõtra dictum Warmacieñ. Epiſcopum, & eius fautores obiecta, prædictus Legatus ad maiorem cautelam multos, & magnos teſtes recepit, ex ipſius Archiepiſcopi parte productos, qui ſuper prædictis depoſuere iurati. Vnde ipſe iuxta mandati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factã de Warmacieñ. caſſauit,& electionem Archiepiſcopi memorati curauit auctoritate Ap. confirmare, ipſumq. ordinauit in presbyterũ, & tandem in Epiſcopum conſecrauit, ipſe autem humiliter ad noſtram præſentiam accedens ſuppliciter poſtulauit, vt pallium ſibi videlicet inſigne põtificalis officij, de conſueta ſe. Ap. beniuolentia conferremus. Verũ quidam nuntius ab aduerſarijs eius ad ſe. Ap. deſtinatus ex eorum parte apertas nobis litteras cũ pendente ſigillo præſentauit, per quas idem ſignificabant canonici, quod prædictus Legatus corruptus pecunia iniquam ſententiam protuliſſet, & addebant etiã, quod Maguntiñ. ciues pariter iurauerunt, quod eum numquam haberent in Epiſcopum, & quod vniuerſi clerici, paucis exemptis, ſuo fauebant electo. Cum autem ſuper his cœpiſſemus deliberare cum fratribus n. electioni eiuſdem Archiepiſcopi duo videbantur obſtare; videlicet, quod a paucisſimis,& poſt interpoſitam app. a ſe ipſo dicebatur electus; nam cum poſtulatio Warmacieñ. Epiſcopi fuerit præcedentis ap. ratione caſſata, Archiepiſcopi electio debebat, etiam ex eadem cauſa caſſari. ſed econtra, ſicut ſuperius eſt expreſſum, qui in appellatione deliquerant, appellationem contra eundem Archiepiſcopum non poterant allegare. poterat quoq. dici, quod etſi poſt appellationem, non tamen contra formam appellationis fuiſſet electus Archiepiſcopus ſæpedictus, cum appellauerit in hac forma, ne canonici Maguntinæ reſidentes,





ſine ipſo,& ſocijs ipſius haberent in electione proceſſum. nec nocet, quod poſſet ex parte altera replicari, quia nec ipſe, nec ſocij ſui debuerant procedere ſine ipſis, quia ipſi ap. ad nos interpoſitam contemnendo, reddiderant ſe indignos;& abuſi fuerant iure ſuo. Vnde cum in Laterañ. concilio de ijs, qui quaſdam perſonas inhibitas eligunt, ſit ſtatutum, vt eligendi tunc poteſtate priuatos,& ab eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos; illis pro longe maiori delicto, tamquam indignis ab electionis poteſtate cadentibus, penes eundem, ac ſocios ſuos tantum ius remanſerat eligendi. quia ſi multo pauciores in ipſum cõueniſſent, intelligendum eſt tamen, quod omnes, qui tunc eligere poterant, elegerunt eundẽ; contra Legati vero proceſſum hoc facere videbatur; quod dicebatur in loco ſuſpecto,& non citatis Warmacieñ. Epiſcopo,& eius fautorib. proceſsiſſe. Porro iuxta canonicas ſanctiones exceſſus notorius examinatione non indiget, & pro ijs, quæ a iudice ſunt acta, præſumitur, quod omnia rite fuerint celebrata; quamuis,& quod citati nõ fuerint, non poſſent de facili cõprobare; quia negantis factum ſecundum rer. naturam nulla eſt probatio. cum etſi quilibet de ſe poſſet aſſerere, quod ad eum citatio minime perueniſſet; ſinguli tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares; ad ipſum quoq. Legatũ, ſi voluiſſent, ſecure potuiſſent procuratorem idoneum deſtinare, ſicut nũtium deſtinarũt; quemadmodum ex ipſorum ad nos directis litteris comprobatur, qui ſecure ad eundem Legatum acceſsit,& ad propria remeauit, cũ & ipſe Legatus paratus fuerit ſecuritatẽ omnimodam prouidere. nec obeſt, quod idem nuntius dicitur appellaſſe, cum appellationi renuntiauerit,& in commiſsione noſtra, quã pars reportauit vtraque, obſtaculum fuiſſet appellationis amotũ. ſed nec apparebat etiã, quod contra factum Legati quidquam poſſet obicere, ac probare, cum non procurator ſufficiens, ſed ſimpliciter ad nos contra prædictum Archiepiſcopum fuiſſet nuntius deſtinatus. & infra. Nos igitur, etſi propter auctoritatem iudiciariam præſumamus pro ijs, quæ acta ſunt a Legato, illi tamen plus innitimur rationi, quam quod aduerſarij Archiepiſcopi ex tribus cauſis prędictis ſe vſq. adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri. Vnde quod de ipſo factum fuerat, nõ poterat per eos impediri, quin etiã ſi electores eiuſdem pariter deliquiſſent, vt ſe reddidiſſent indignos, ad nos deuoluta fuiſſet hac vice ordinatio Magũtiñ. eccleſiæ, quia dictum Archiepiſcopũ ſine iuris iniuria potuiſſemus eidem eccleſiæ præficere in paſtorem, præſertim cum per Legatum Ap. ſe. fuiſſet in Maguntiñ. Archiepiſcopum conſecratus. ſuper his ergo cum fratribus noſtris habito diligenti tractatu, de ipſorum conſilio caſſationem poſtulationis factæ de Warmacieñ. Epiſcopo ratam habemus, & electionẽ Archiepiſcopi memorati auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam.

*Idem clericis ſanctæ Agathes.* Cap. 9.

QVERELAM dil. fi. G. tt. ſancti Vitalis nunc presbyteri, tunc ſanctæ M. in Acquiro diaconi Cardinalis per œconomum eccleſiæ veſtræ, cuius idem Cardinalis eſt gubernator, contra P. nunc presbyterum, tunc vero diaconum, ſuper eccleſia ſancti Saluatoris, quæ dicitur de Cornutis, coram bo. m. p̃. ñ. propoſuit, ipſe nobis in minori officio cõſtitutis audiendam, & examinandam commiſit. petebat igitur idem œconomus, vt prçfatus Petrus ab eccleſia ſancti Saluatoris, quã in præiudicium eccleſiæ veſtræ, ac iniuriam Cardinalis prędicti præſumpſerat occupare, remoueretur; cum ipſa eccleſia ſancti Saluatoris plebano iure pertineat ad eccleſiam ſanctę Agathes, petens etiam penſionem xvj. denari. Papieñ. mo. debitam eccleſiæ ſanctæ Agathes pro eccleſia ſancti Saluatoris,& Thermis ſibi reſtitui de nouo ſubtractam. Prędictus vero P. clericus reſpondebat, quod ipſe nullam iniuriam irrogauerat Card. nec in præiudicium eccleſiæ ſanctæ Agathes acceperat eccleſiam ſancti Saluatoris; cum hoc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam ſibi debebat reddere penſionem; ſed ipſe per electionem populi, quæ de antiqua conſuetudine ei pertinet, ad eundem A. Card. ſanctæ Suſannæ præſentatus, cui eadem eccleſia ſancti Saluatoris tamquam capella ſuo titulo in ſpiritualib. eſt ſubiecta, canonice fuerat inſtitutus. cumq. ad ſuam aſſertionem probandã vtraq. pars teſtes multotiens produxiſſet; nos illos recepimus,& examinauimus diligenter, quorum depoſitionibus publicatis, diſputationem audiuimus ſuper illis; ſed antequam huiuſmodi controuerſia finem accipere potuiſſet, præfatus prædeceſſor n. debitum carnis exſoluit. demum vero a nobis vtraq. pars cum inſtantia poſtulauit, vt cauſam ipſam decidere dignaremur. Nos igitur atteſtationib. ac inſtrumẽtis vtriuſq. partis diligenter audi- c.14.c.

Margin note beside cap. 8: †Warmacieñ. forte

tis, & plenius intellectis, habito fratrum noſtrorum conſilio prędictum presbyterum ab impetitione œconomi veſtri ſuper electione, ac inſtitutione de ſe facta in eccleſia ſancti Saluatoris abſoluimus, & ſuper his præfato œconomo ſilentium duximus inponendum. Cumq. per teſtes idoneos nobis cōſtiterit euidenter, quod populus, quaſi in poſſeſsione præſentandi clericū ad illam exiſtebat, quādo prædictum clericum ad illam elegit, & eadem eccleſia ſpectat ad titulum ſanctę Suſannę in ſpiritualibus pleno iure, ſalua quæſtione ſuper iure patronatus inter eccleſiam veſtram, & populum ſancti Saluatoris; quia per teſtes omni exceptione maiores fuit liquido comprobatum, quod penſio xvj. d. Papieñ. mo. fuit clericis eccleſiæ veſtræ pro eccleſia ſancti Saluatoris, ac Thermis annuatim per multa tempora perſoluta, ſed de nouo ſubtracta; nos in eundem ſtatum percipiendi huiuſmodi de eccleſia ſancti Saluatoris, & Thermis; eccleſiam veſtram decreuimus reducendam, & ad ſolutionem penſionis ſubtractæ condemnauimus presbyterum antedictum, ſalua quæſtione proprietatis inter eccleſias memoratas.

*Idem.* *Cap.* 10.

c.25.e. C V M Wintoñ. eccleſia paſtore vacaret, Archidiaconus cū fautoribus ſuis Salesbrieñ. Decanum, Prior autem, & complices eius Pręcentorem Lincolñ. in Epiſcopum elegerūt. & infra. Licet igitur omnes in communi de facienda electione tractauerint, quia tamen nequiuerunt eſſe concordes, infecto negotio ad nos habuere recurſum; & ij quidem, qui Præcentorem elegerant, aſſerebant, quod illi erant eligendi poteſtate priuati, pro illa maxime cauſa, quod hominem non legitime natum ſcienter eligere præſumpſerunt. Vnde ſecundum Lateraň. cōcilium; & eligendi hac vice perdiderant poteſtatem, & per trienniū eccleſiaſticis beneficijs carere debebant: ſuppliciter poſtulantes, vt ſuper hoc interloqui dignaremur. illi vero taliter reſpondebant, quod licet is, quem elegerant, fuiſſet minus legitime natus, per gratiam tamen Ap. ſe. legitimari promeruit, & hoc aſſerebant ſe legitime probaturos. Nos ergo attendentes, quod iſti poſt primā electionem admiſerāt illos ad celebrandā ſecundā, & quod decretū concilij memorati decernit huiuſmodi præſumptores, vna vice dumtaxat eligendi poteſtate priuatos, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non iam ſecunda, ſed tertia cōcurrebat, ad eligendum illos cenſuimus admittendos.

*Idem Abbati Caſternieñ. & R. & P. monachis Montis Frig. (Ap. ſe. Le.** *Cap.* 11.

P E R inquiſitionem, quam de mandato noſtro feciſtis, ſuper ſtatu facto Epiſcopatus, & Epiſcopi Toloſani perſpicaciter intelleximus, quod Maſcaron Cancellarius iuratus aſſeruit ſe ſciuiſſe pro certo, Raimundum olim Toloſanum Epiſcopū, & amicos ipſius ante ſuam electionem habuiſſe colloquium cum quibuſdam canonicis nominatim expreſsis, eoſq. ſollicitaſſe precibus, vt ipſum eligerent in Epiſcopum; ſeq. vidiſſe pariter, & audiſſe, quando prędictus Epiſcopus exiſtens in domo ſancti Petri de Coquinis, recognouit in quorumdam canonicorum præſentia, ſe canonicis illis, qui aduerſati fuerant ſuæ primæ electioni, iuramentum in domo Actonis de Montib. pręſtitiſſe, credens pro certo, quod iuramentum illud illicite fuerit factum, vt idē Raimundus eligeretur ex pacto; & quod ipſe M. poſt ipſius electionem caſſatam domum Epiſcopalem eius nomine detinebat, recipiēs quoſdam redditus, & prouentus, quos de ipſius conſcientia, & conſenſu in eiuſdem negotijs expendebat. Cum igitur talem ſcienter in Epiſcopū eligendo, ſicut ipſe ſuo iuramēto firmauit, eccleſiaſticis beneficijs reddiderit ſe indignum, graue gerimus, & moleſtum, quod dil. fi. Toloſano Præpoſito in Epiſcopum cōmuniter electo idem Maſcaron in Prępoſitū dicitur conſtitutus. Quo circa diſ. v. per A. s. m. qua. eundem Maſcaronem ab officio Prępoſituræ penitus amouentes, faciatis virum idoneum ad officium illud aſſumi. c.26.e.

*Idem A. Priori S. Fridiani, G. & G. canonicis Lucaň.* *Cap.* 12.

C V M cauſam, quæ inter presbyterum Bonum, & Brunum Canonicum eccleſię ſancti P. Lucaň. vertitur, ſuper eo quod dictus presbyter Bonus a maiori parte canonicorū eiuſdem eccleſiæ prædicto Bru. & quodam alio contradicentib. in Priorem, ſicut dicitur, eſt electus, olim vobis duximus committendam, vos, ſicut ex litteris veſtris accepimus, partes citare curaſtis, vt iuxta mandatum noſtrum cauſam ipſam fine poſſetis canonico terminare. Cumq. eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, dictus presbyter Bonus cum inſtantia poſtulabat, vt electionem de ſe factam auctoritate curaretis Apoſtolica confirmare. ſed præfatus Brunus e contrario reſpondebat, illum non eſſe dignū regimine Prioratus, c.27.e.

cri-



crimen obiciens ei ſimoniæ, quodq. ipſius electio non erat canonice celebrata, & quia profeſſus non erat, ipſum aſſerebat merito repellendum. Verum cum de ſimonia nil fuiſſet probatum, nec aliquid contra modum electionis oſtenſum, mouit vos vehementer ipſius eccleſiæ priuilegium, in quo continebatur expreſſum, vt nullus qualibet ſubreptionis aſtutia præponatur, niſi quem fratres cōmuni conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam prouiderint eligendū. Vnde quamuis multi Priores continue vnus poſt alium in ipſa eccleſia per multa, & longa tempora fuerint non profeſsi, quod tamen præfatus presbyter Bonus non eſt profeſſus obſeruantiam regularem; dubitatis, & merito nobis inconſultis procedere contra priuilegium ſe. Ap. conceſſum eccleſiæ me. Quia vero debemus attendere non ſolum, quod modo factum ſit, ſed quid ſit potius faciendum; cōſultationi veſtræ taliter reſpōdemus, quod cum ſecundum legem diuinam non ſit in boue arandum, & aſino, nec quiſquā debeat veſtem induere de lana, linoq. contextam; electionem prędictam ſub. cuius. ap. ob. irritetis, & conpellatis prędictum presbyterum, alioſq. clericos non profeſſos, vt vel beati Auguſtini regulam in eandem eccleſiam conſtitutam profiteantur, & ſeruent, aut ipſam eccleſiam omnino dimittant.

Idem I. *tt. ſancti Ste. in Cœlio monte presbytero Car. Ap. ſe. Legato.* *Cap.* 13.

c.28.e. Q V O D ſicut ex litteris tuis & infra. Nos igitur litterarum tuarum tenore diligenter inſpecto, ſex in eis proſpeximus cōtineri, quorum tria contra prædictum Armacaň. electum, & alia tria contra eius electionem facere videbantur. Primum nominatio facta de tribus, quam ex litteris tuis aliquotiens electionem appellas; contra quam, ſi electio vere fuit, antequam caſſaretur, non debuerat aliquid attemptari. ſecundum ap. interpoſitam, quæ ſi legitima fuit, ſequentē electionem penitus impediuit. Tertium quoniam Mideñ. Epiſcopus, & Abbas Mellifontis, qui intereſſe debuerant, ad electionem minime conuenerunt. Vnde ſi cōtempti fuerunt, vel ambo, vel alter plus eorum contemptus, quam multorum contradictio electionem prædictam debuit impedire. Quartū quia præfatus Abbas ſic electus ante confirmationem obtentā adminiſtrare præſumpſit. Quintum quia in die conſecrationis ſuæ ordines celebrauit, cū non dum pallium optineret. ſextum dilapidatio, quia tabulam argēteam alienare minime formidauit. Verum cum ad primam electionem, quæ facta de tribus dicenda videtur potius nominatio, nō niſi quattuor de omnib. ad quos electio pertinebat, videlicet duo ſuffraganei eccleſiæ Armacanæ, & prædictus Abbas Mellifontis, & Archidiaconus Armacanus conuenerant, ex illa tali nominatione nihil iuris acquiſitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſertim in eccleſia Armacana, cum iuxta canonicas inſtitutiones, ſi fieri poteſt, in cathedrali eccleſia electio debeat celebrari. Nec talis appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attemptatum fuerit in præiudicium Regiæ dignitatis, qood non ſimpliciter nominatio, ſed ſollemnis electio debet Principi præſentari, vt poſtulato præſtet aſſenſum, & ſi ſecus aliquando per vſurpationem aliqui faciant abuſiue. Si autem præfati Mideñ. Epiſcopus, & Abbas Mellifontis non contēpti fuerant, ſed ad electionem vocati, ſi tamen ſine periculo potuerunt conuocari, ſiue nequiuerint, ſiue noluerint ad electionem celebrādam accedere, ipſorum abſentia electionem non potuit impedire. Quoniam ſi ad locum illum inter Hibernenſes ſecure non poterant proficiſci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tute poterāt cōuenire propter hoc; quod tibi ſuper hoc credimus veritatem diligentius inquirendam, & ſi eos vocatos fuiſſe conſtiterit, ſi vocari abſq. periculo potuerint, & illos noluiſſe, vel non potuiſſe ad electionem celebrandam venire propter eorum abſentiam, ſi canonicum aliud non obſiſtat, electio ipſa non debet aliquatenus irritari. Quod ſi eos vocatos fuiſſe nō conſtiterit, ſed cōtemptos, infirmāda penitus erit electio taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis diligēter admoniti curauerint conſentire. Ceterum, cū antequam tu ad partes Hibernicas perueniſſes, illa fuit electio celebrata, & electus ipſe ſtatim cœperit miniſtrare; tu ſatis id potes ſub diſsimulatione tranſire, cum id, ſicut noſti, de metropolitanis Angliæ, & Franciæ, & Alemaniæ, & aliarum partium remotarū, qui concorditer ſunt electi, Romana eccleſia patiarur eccleſiarum vtilitate penſata. quia ſi tanto tempore, quouſq. poſſet electus confirmationem cum pallio a ſe. Ap. optinere, regalia non reciperet eccleſia, quæ interim adminiſtratione careret, non modicum incurreret

reret

reret detrimentum. ¶ Super eo autem, quod in die conſecrationis ſuæ, antequam miſſar. ſollemnia finirentur, acolytum ordinauit; pro tali exceſſu eum corripias, & caſtiges, niſi forte hoc eſſe de antiqua conſuetudine cognoueris eccleſiæ Armacanæ, de qua ſi tibi conſtiterit, quod nunc factũ eſt, propter ſimplicitatem, & ruditatem gentis illius, poteris miſericorditer ſuſtinere; diſtricte ei ex parte noſtra prohibeas, ne decetero aliquid ſimile attemptetur, cum ſolus Romanus Pontifex, qui ſicut noſti ante hymnum Angelicum cõſecratur, & poſtmodum ipſe miſſar. ſollemnia incipit, & perficit conſecratus, in die conſecrationis ſuæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter epiſtolam, & euangelium conſecrantur, quia conſecratori concelebrãt principaliter celebranti, ne diuidatur myſterium vnitatis, non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiepiſcopo ſine pallio conuocare concilium, cõficere chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, & Epiſcopos conſecrare, multum profecto pręſumit, qui antequam inpetret pallium, clericos ordinare feſtinat, cum idem non tamquam ſimplex Epiſcopus, ſed tamquam Archiepiſcopus facere videatur. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidiſſe, dummodo eccleſiam Armacanam, ſicut promiſit, reddat indemnem, æquanimiter poteris pręterire, cum id de cleri, vel populi proceſſerit voluntate. Sane ſecundum ea, quæ nobis tuis litteris intimaſti, tibi præſcripto modo duximus reſcribendum; ſed cum de circunſtantijs eiuſdem negotij habere valeas notitiam pleniorem, & nos de diſcretione tua plurimum confidamus, in iſto negotio, & in alijs te ſic credimus auctore domino proceſſurũ, quod tuæ ſollicitudinis prudentia poterit merito commendari, & tua legatio ad honorem, & cõmodum ſe. Ap. multipliciter redundabit.

*Idem Doln̄. Epiſcopo, & Samgneo, & de Arden̄. Abbatibus.* *Cap.* 14.

a.29.e. AVDITIS, & intellectis meritis cauſæ de duabus electionibus celebratis in eccleſia Baiocen̄. vnam de R. Archid. & alteram de magiſtro R. inuenimus vtramq. contra formam canonicam attemptatam, cum inquiſitis voluntatibus ſingulorum Decanus cum paucioribus in Rob. & Cantor cum plurib. in W. Archid. conueniſſent, ſolo Cantore magiſtrum R. de Ablegijs nominante, ad noſtrã fuit audientiam appellatum; ne Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet ſine conſenſu totius capituli, vel maioris, & ſanioris partis ipſius, vt diſcordiæ ianua, quæ iam videbatur aperta, per ap. ob. clauderetur; ipſe vero Decanus nõ habito conſenſu maioris partis capituli; ſed longe minoris, ſubito in electione prorupit appellans, ne quis contra ipſam electionẽ aliquid attemptaret; quamuis aſſereret, quod electioni factæ plures alij conſenſerunt; cum tamen ex poſt facto nequiuerit conualeſcere, quod ab initio non valebat. quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo iure, per ſubſequentem conſenſum ap. pendente nõ poterat eſſe rata, eis ergo ad propria recedentibus Cantor, & alij, qui remanſerant in capitulo, poſt illam electionem nondum caſſatam, & ap. ad nos interpoſitam a nominatione W. Archid. recedentes, de nouo magiſtrum R. abſq. Rom. Pont. vel metropolitani proprij conſcientia, cum ſubd. eſſet, proceſſerunt non ſolum eligere, verum etiam pulſatis campanis cũ proceſsione ſollemni cantando hymnum in eccleſia deportare. Nos igitur his, & alijs, quæ coram nobis fuere propoſita, diligenter auditis, de communi fratrum noſtrorum conſilio electionem vtramq. duximus irritandam.

*Idem Epiſcopo, & Grandiſilue, & Bellepertice Abbatibus.* *Cap.* 15.

IN cauſis, quæ ad Ap. ſe. & infra. Nimirũ cum in eccleſia Toloſana vacante duo per diſſenſionem capituli ſui, videlicet ve. f. n. Epiſcopus Cõuenarum, & dil. fi. R. Archid. Agenuen̄. † nominati fuiſſent, & R. canonicus ſancti Licerij, R. Archid. & R. canonicus ſancti Stephani Toloſani pro parte dicti Epiſcopi, pro parte vero altera dilectus filius magiſter P. de Rama, & G. ſocius eius ad noſtram præſentiam acceſſerunt. quib. ve. f. n. Alban̄. Epiſcopum, & dil. filium H. tt. ſancti Martini presbyterum Cardinalem deputauimus auditores. coram quibus propoſuerunt nuntij prædicti, quod, cum capitulum Toloſan. eccleſiæ ad tractãdum de electione Epiſcopi conueniſſent, duos ſ. R. de Ponte, & M. cellerarium elegerunt, vt quinq. de eodem capitulo eligerent electores; qui præſtito iuramento de ſubſtituendi Pont. electione tractarent, & a ſingulis de capitulo ſtatutum eſt, & conceſſum; vt illum, quem illi quinq. cõcorditer, vel tres ex illis eligerent; ſi perſona eſſet idonea, pro Epiſcopo, ſine contradictione qualibet, haberetur. & etiam ſtatutũ fuit expreſſe, quod ſi quinq. electores in vnam perſonam conuenire non poſſent, tribus ex eis concor-

dan-

c.30.a

† *Agemineñ. infra.*



dantibus, reliqui duo illorum ſequi tenerentur aſſenſum, & electionem eorum ratam habere. Poſtmodum vero cũ a prædictis duob. electi quinq. electores fuiſſent, & ad tractandum de electione ſeceſsiſſent in partem, & non poſſent omnes pariter in vnam perſonam concordare, tres ex eis conuenerunt in prædictum Conuenar. Epiſcopum, qui erat Archidiaconus eccleſiæ Toloſanæ, & antequam pronuntiarent nominationem ipſius, eam ſub protectione Apoſtolica poſuerunt, & demum † electionem, quam de poſtulãdo eodem Epiſcopo fecerant, capitulo publicarunt; ac reliqui duo ſubſequenter, tertia die cum paucis de capitulo, reliquis abſentibus, elegerunt prædictum Archidiaconum Agemineñ. † adiecerunt inſuper prædicti R. & alij nuntij me. quod a dilecto filio I. tt. ſanctæ Priſcæ presbytero Cardinale Ap. ſe. Legato fuit ex parte illa ſpecialis nuntius deſtinatus, & quoniam Epiſcopus ipſe poſtulandus erat a nobis, & Legatus nullam concedendi, vel transferendi eum poteſtatem habebat: cum huiuſmodi diſpenſatio ſedi dumtaxat Apoſtolicæ reſeruetur, ne quid contra fieret, noſtram audientiam appellauit. Nuntij vero prædicti Archidiaconi coram prædictis auditoribus e contrario reſponderunt; quod cũ prædicti quinq. electores, in quos totum capitulum eligendi trãſtulerat poteſtatem, ſeorſum de electione tractantes; inter ſe diſsiderent, ita quod contentioſæ voces eorum a fratribus, qui remanſerant in capitulo, auditæ fuerunt, capitulum ipſos propter huiuſmodi cõtentiones ſuſpectos habentes, ad eos duos de canonicis deſtinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte n. & prædicti Legati, ne vlterius in facto procederent, & ita poteſtatem eligendi, quam eis commiſerant, reuocarunt, mandantes eis, vt redirent ad capitulũ, & pariter cum alijs fratribus de electione tractarent; & huiuſmodi reuocationi duo ex ipſis electoribus adhibentes conſenſum, reliquis tribus non contradicentibus, cum nuntijs capituli ad ipſum capitulum ſunt reuerſi; ſed alij tres vſque ad fores capituli ſubſecuti, ab eis poſtmodum diſceſſerunt. capitulum vero illorum abſentiam admirantes, cum tota die illa ipſorum præſentiam expectaſſent, ſubſequenti die campanam pulſari fecerunt, & ſicut moris eſt, ad capitulum congregandum prædictis tribus cum paucis complicib. ſuis ſe ſe contumaciter abſentantibus, Prior, ſacriſta, & maior cellerarius eccleſiæ ſancti Stephani, quia † ſpeciale ſuper hoc Præpoſiti abſentis mandatum habebant, cum maiori, & ſaniori parte conuocatis Abbatibus, Priorib. ac monachis, & alijs viris religioſis, ſupradictum R. in Epiſcopum elegerunt, exhibuerunt etiam eiuſdem Archidiaconi nuntij litteras prædicti Legati, quas nobis ſuper hoc deſtinauit. & infra. Cũ autẽ prædicti auditores præmiſſa nobis, & fratribus noſtris fideliter retuliſſent, nos memoratum Legatũ ꝑiam intentionem in hoc facto adhibuiſſe pro certo credentes, ex ipſo tamen tenore litterarum ſuarum intelleximus, eum circumuentũ fuiſſe, & per ſubreptionem tacita veritate perpendimus elicitum, & extortum, quidquid ab eo fuit obtentum, cum in ipſis litteris non expreſſerit formam poſtulationis de Epiſcopo Conuenarum, quæ præceſſerat, & facta erat per eos, in quos totũ capitulum eligendi tranſtulerat poteſtatem; propter quod vnanimiter, de conſenſu totius capituli intelligitur eſſe factum. quam poteſtatem, cum res nõ eſſet integra, quia iam in tractatu proceſſerant electores; & tres duobus diſsidentib. cõuenerant in vnam perſonam: capitulum minime potuit reuocare, pręſertim ex illa cauſa, quia illi quinq. erant diſcordes, cum in trãſlatione poteſtatis illius manifeſte fuiſſet expreſſum, quod ſi illos quinq. contingeret diſsidere, electionem trium ratam haberent, & firmam. Præterea liquet eundem Lagatũ fuiſſe deceptum, quoniam in commiſsione ſua prętermiſſo de electione Epiſcopi, qui erat a nobis ſolummodo poſtulandus, inquiſitionem de ſola electione Archid. ſub forma ſuperius expreſſa commiſit, ſuper quibus nequaquã taliter proceſiſſent, ſi omnia ex ordine, prout fuit in veritate proceſſum, ſibi enarrata fuiſſent, vnde communicato fratrum n. conſilio, electionem ipſius Archid. non ex vitio, vel culpa perſonæ ipſius, ſed quia proceſſum eius minus canonicum eſſe cognouimus, & ipſum Legatum multipliciter circũuentum, decreuimus penitus irritandũ. Quo circa diſ. v. per A. s. m. qua. omni gratia, & timore poſtpoſitis, circa perſonam Epiſcopi Conuenarũ perſcrutari ſtudeatis indagatione ſollicita veritatem, ſi ſit vtilis, & neceſſaria ad regimen eccleſiæ Toloſanæ, & idonea, tam ſcientia litterarum, quam ſuæ conuerſationis exemplo ad hæreticorum perfidiam de Toloſana diœceſi extirpandam, quæ ibi per negligentiam Præſulis miſerabiliter, & damnabiliter hactenus pullulauit; & ſi vobis ita conſtiterit, trãſ-

eundi

† *al. deinde*

† *Agenuen. ſupra*

† *quia quod*

eundi ad eccleſiam Toloſanam propter vr-
gentem neceſsitatem, & corũdem vtilitatem
auctoritate noſtra, ſub. cuius. cõtradict. & ap.
ob. ei licentiam tribuatis; alioquin ipſius po-
ſtulatione repulſa, capitulo eiuſdem eccleſię,
auctoritate Ap. iniũgatis, vt perſonam ad hoc
idoneam eligant in paſtorem.

*Idem Florentino Epiſcopo. Cap. 16.*

c.31.e. CVM eccleſia Vulterana debito canoni-
corum obſequio longo fuiſſet tempore de-
ſtituta, ven. f. n. Wulteranus Epiſcopus volẽs
miniſtrorum defectum in eadem eccleſia re-
ſtaurare, canonicos quoſdam elegit, & inſti-
tuit in eadem, quos reſidentes canonici reci-
perę noluerunt, aſſerentes; quod talis electio
fuerat in eorũ præiudicium attemptata. cũq.
ſuper hoc ſuam ad nos idem Epiſcopus que-
rimoniam deſtinaſſet, cauſam ipſam tibi cõ-
miſimus fine canonico terminandam. &c. &
infra. Nos vero vtriuſq. partis atteſtationib. &
rationib. diligenter inſpectis, de com. f. n. con.
p̃. tibi auct. m. qua. ſuper primo articulo peti-
tionis Epiſcopi, in quo poſtulauit a te, vt præ
nominatos canonicos ab iniuria, quę ei ſuper
electione canonicorum Vulteranæ eccleſiæ
infertur, prohiberes: ab impetitione ipſius Epi
ſcopi ſæpedictos canonicos ap. poſt. abſolue-
re non poſtponas. quia, ſicut iuris regula dicit;
non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure
ſuo. cum per teſtes longe melius ſit probatũ,
quod canonici ſupradicti hoc iure vſi fuerint,
quã Epiſcopus memoratus. In ſecũdo quoq.
pręſcriptæ petitionis articulo, quo idem pete
bat Epiſcopus, vt dicti canonici ipſum iure
electionis vti libere paterentur, abſoluere ſtu
deas canonicos ſæpedictos, maxime ſi ſit no-
torium, quod in Tuſcia generalis conſuetudo
ſeruetur, vt in cathedralib. eccleſijs ſolum ca-
pitulum inrequiſito Epiſcopo, eligendi cano
nicos habeat facultatem.

*Idem Abbati ſancti Victoris, Decano Pariſieñ. & mag. R. de Coizon Canonico Nouiomeñ. c. 17.*

c.32.e. CVM dil. fi. H. Archidiaconus Morin. &
magiſter H. Atrebateñ. canonicus Morin. ele
cti procuratores, & B. Morin. canonicus ad
ſe. Ap. acceſsiſſent, procuratores ipſi propo-
nere in noſtra præſentia curauerunt; quod
eccleſia Morin. Epiſcopi ſolatio deſtituta, ca-
nonici eiuſdem eccleſiæ de paſtoris ſub-
ſtitutione tractantes in dil. fi. A. presbyterũ,
G. diac. T. ſubdiac. canonicos Morin. pote-
ſtatem eligendi Epiſcopum vnanimiter con-
tulerunt, iuramento interpoſito promitten-
tes, vt illum reciperent in paſtorem, quem de
gremio ipſius eccleſiæ ducerent in Epiſcopũ
eligendum, qui poſtmodum examinatis vo-
luntatib. ſingulorũ Ioãnem Archid. eiuſdem
eccleſiæ virum litteratum, prouidũ, & diſcre-
tum in Epiſcopum elegerunt, & eadem ele-
ctione a capitulo cõmuniter approbata, a me
tropol. ſuo pariter petierũt, vt electionem cõ-
firmaret eandem, qui tam electionem, ac ele-
cti perſonam diligenter examinãs, quam etiã
ſuper ipſius ætate, de cuius defectu fuerat ab
aliquib. dubitatum, inquirens ſollicite verita-
tem, per ſententiam declarando electũ ipſum
minime ſuſtinere in ætate defectum, electio-
nem de ipſo factam, vt pote canonice celebra
tam ſollemniter confirmauit. qui poſtea rega
libus receptis a Rege, ad petitionem eiuſdem
capituli a v. f. n. Atrebateñ. Epiſcopo, de man
dato metropolitani prædicti fuit in presby-
terum ordinatus, & aliquandiu, nullo contra
dicente, liberam, & pacificam, tam in ſpiritua
lib. quam in temporalib. adminiſtrationem
optinuit in eccleſia Morinen. Vnde procura
tores ipſi a nobis humiliter petierunt, vt ijs,
qui poſt hæc omnia inuidiæ ſtimulis agitati
contra factum proprium temere veniendo
aduerſus electum ipſum materiam diſcordiæ
ſuſcitare præſumunt, ſilentium imponentes,
& memoratam electionem tam concorditer
celebratam, & confirmatam ſollemniter ap-
probantes, eidem faceremus electo munus cõ
ſecrationis impendi; multor. ſuper hoc non
ſolum Abbatum, & capellanorum ciuitatis,
& diœceſis Morin. ſed etiam alior. presbyte-
rorũ nobis litteris præſentatis, qui ſuper prę-
miſsis omnibus teſtimonium perhibentes, ele
ctum ipſum de litteratura, diſcretione, ac ho-
neſtate reddiderunt apud nos multipliciter
commendatum. quin immo & elector. ipſorũ
ſuper hoc nobis litteras optulerunt, quibus
erat litterarum illarum de verbo ad verbum,
ſicut ijdem aſſerunt electores, tenor inſertus.
quæ de poteſtate ipſis tradita iuxta præmiſ-
ſam formam confictæ in capitulo fuerant, &
ſigillo capituli ſigillatę. Verum ſupradictus
B. qui contra electum venerat memoratum,
propoſuit ex aduerſo, quod in ſupradictos
tres ſub hac forma iuramento pręſtito fuerit
eligendi conceſſa poteſtas; vt capitulum eum
recipere teneretur, quem illi tres ab omnib.
vel maiori, & ſaniori parte de gremio ipſius
eccleſiæ nominatum eligerent in paſtorem.
Electores ipſi terminos poteſtatis ſibi traditę
non ſeruantes, prædictum Archidiaconũ eli-
gere præſumpſerunt; quem pauci de capitulo
no-



nominarant. Vnde canonici Morin. poſtmo-
dum admirantes, qualiter Archidiaconus ele
ctus fuerat memoratus, cum plures eſſent in
eadẽ eccleſia digniores, ſuper electionis pro-
ceſſu inuicem colloquendo, cœperunt fere
omnes publice profiteri, quod nullatenus Ar
chid. nominauerant ſupradictum, & reputan
tes ſe illuſos in hac parte, quod ſuper hoc fa-
ctum fuerat, per eundem B. cui ſuas litteras
teſtimoniales aſsignarunt, noſtro curauerunt
Apoſtolatui reſerare. Qui coram nobis ſolli-
cite poſtulauit, vt eadem electione caſſata fa-
ceremus ipſi eccleſię de perſona idonea cano
nice prouideri. Cũ omnes fere canonici Mo-
rin. ſicut aſſeruit, ſint parati pręſtito iuramẽ-
to firmare, quod præfatum Archid. nũquam
in Epiſcopum nominarant, & legitime poſſet
oſtendi, quod iuxta præmiſſam formam ſu-
pradictis tribus collata fuerit auctoritas eli-
gendi; vt videlicet de gremio eccleſię illius eli
gerent, in quam omnes, vel maior, & ſanior
pars capituli conſentirent; aſſerens idem B. ſe
nihilominus probaturum, quod ſæpe dictus
electus pateretur in ætate defectũ. Nos vero
his, & alijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita
coram nobis, diligenter auditis, quod res per
nicioſa eſſet exemplo, ſi per ſurreptionis aſtu
tiam quis aſcenderet ad apicem dignitatis, de
con. f. n. ita duximus prouidendũ, vt præſtito
a contradictoribus iuramento, quod ipſi con
tra præfatum electum malitioſe nõ moueant
huiuſmodi quæſtionem; prædicti tres electo-
res iuramenti vinculo aſtringantur dicere ve-
ritatem; quot ex canonicis, examinationis tẽ-
pore in præfatum Archid. conuenerunt; etſi
tres ſimul, aut duo ſaltem ex ipſis iurati dixe
rint, maiorem canonicorum partem in ipſum
Archidiaconum conueniſſe; vos contradicto
ribus ſilentium imponatis, cum contra hoc
eorũ eſſet probatio inſufficiens; eo quod ſin-
guli eſſent in ſuis teſtimonijs ſingulares. Si
vero per eorum depoſitiones conſtiterit ſępe
dictum Archid. extitiſſe a paucioribus nomi
natum: tunc demum ſollicite audiatis, quod
vtraq. pars propoſuerit, ad probandam for-
mam, ſecundum quam eligendi poteſtas præ
fatus tribus electoribus aſſeritur fuiſſe con-
ceſſa: etſi fuerit ſufficienter oſtenſum, quod
illum de gremio eccleſiæ, ſecũdum formam
ſibi datam, debebant eligere; in quem omnes,
vel maior, & ſanior pars capituli cõuenirent:
vos electionem ipſius Archid. omnino caſſe-
tis, & faciatis eccleſiæ Morinen. per electionẽ
canonicam de perſona idonea in Pontificem
prouideri; alioquin, quod de ipſa factum eſt,
ratum habentes, contradictores ab eius impe
titione per cen. ecc. ap. re. compeſcatis; præſa-
tum B. præbenda Morin. eccleſiæ ſpoliantes,
qui ſe ad hanc pœnam, ſi forſan in probatio-
ne defecerit, obligauit; non obſtante, quod ſu
per ætatis defectu obiectum eſt contra illum,
cũ idem canonicus huic obiectioni nõ mul-
tum inſtiterit, & ſuper hoc a metropol. fuerit
iudicatum; cuius ſententia in rem tranſijt iu-
dicata, cum infra decendium non fuerit legi-
tima prouocatione ſuſpenſa.

*Idem Epiſcopo Baioceñ. Cap. 18.*

CVM in iure peritus exiſtas, & copiam c.33.e.
habeas peritorum, non poſſumus non mirari,
quod ſuper quibuſdã iuris articulis nos cõſu-
lere voluiſti, qui nihil, aut modicũ, dubitatio-
nis cõtinere noſcũtur. Primus ſiquidẽ tuæ cõ
ſultationis articulus cõtinebat; quod cuiuſdã
eccleſię Decano defũcto, eiuſdẽ loci capitulũ
ſub hac forma in ſeptẽ ex ipſis canonicis cõ-
promiſit, vt illum, quem ex ſe, vel ex alijs de
gremio ipſius eccleſiæ omnes pariter, vel ma-
ior eorum pars eligerent, idem capitulum re-
ciperet in Decanum. Verum cũ vnus ex illis
vij. a tribus ipſorum, & alius, qui non erat de
numero eorundem, a tribus alijs in Decanũ
fuerint nominati; a nobis tua fraternitas re-
quiſiuit, vter eorum aſſumi debeat a capitulo
in Decanum. ſuper quo taliter reſpondemus,
quod is, qui de numero vij. a tribus eorum di-
noſcitur nominatus, iuxta compromiſsi teno
rem debet in Decanum aſſumi, dũmodo ele-
ctioni de ſe factæ conſentiat, & aliquod cano
nicum non obſiſtat.

*Idem Duci Laringie. Cap. 19.*

VEN. f. n. Salesburgen. Archiepiſcopũ, c.34.e.
& dil. fi. Abbatem de Sal. & nobilem virum
Marchionem Orientalem quorundam Prin
cipum nuntios ad ſedem Apoſtolicam deſti-
natos benigne recepimus, & eis beniuolã du-
ximus audientiam indulgendã. Litteras quo
que, quas per eos quidam nobis Principes de
ſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ
continebantur in eis, notauimus vniuerſa. In
ter cetera vero quæ dicti Principes per eaſdẽ
nobis litteras intimarunt, hac præcipue obie
ctione ſunt vſi dicentes, quod ve. f. n. Præne-
ſtinus Epiſcopus Ap. ſe. Le. aut electoris geſ-
ſit, aut cognitoris perſonã; ſi electoris, in alie-
nam meſſem miſerat falcem ſuam, & electio-
ni ſe ingerens Principum derogauerat digni-
tati; ſi cognitoris, abſente altera partium vide
tur perperam proceſsiſſe, cũ citata nõ fuerit,

& ideo non debuerit contumax iudicari. Verum nos, qui ſecundum Apoſtolicæ ſeruitutis officium, ſumus ſingulis in iuſtitia debitores, ſicut iuſtitiam noſtram ab alijs nolumus vſurpari, ſic ius Principum nobis nolumus vindicare. Vnde illis Principib. ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imp. poſtmodum promouendum, cognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure, ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cum ad eos ius, & poſteſtas huiuſmodi ab Ap. ſe. peruenerit, quæ Rom. imperium in perſona mag. Karoli a Græcis tranſtulit in Germanos. ſed Principes recognoſcere debent, & vtique recognoſcunt, ſicut idem in noſtra recognouerunt pręſentia, quod ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendum ad imperium, ad nos ſpectat, qui eam inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter ac generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Numquid n. ſi Principes nõ ſolum in diſcordia, ſed etiam in concordia ſacrilegum quemcumq. vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel fatuum, hęreticum elegerint, aut paganum; nos inungere, conſecrare, aut coronare hominem huiuſmodi debemus? abſit omnino. Obiectioni ergo Principum reſpondentes aſſerimus, quod Legatus noſter Epiſcopus Præneſtinus approbando kariſsimum in Chriſto fi. n. Regem Othonem, & reprobando Philippum Ducem Suauiæ, nec electoris geſsit perſonam, iuxta quod nobis per litteras ſuas quidã Principũ opponebant; vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, & ſic electioni ſe nequaquam ingeſsit; nec cognitoris perſonã exhibuit, cum neutrius electionem quo ad factum eligentium cõfirmandam duxit, aut etiam infirmandam; & ſic ius ſibi Principum nullatenus vſurpauit, aut venit contra illud. exercuit autem denuntiatoris officium, quia perſonam Ducis eiuſdem denuntiauit non idoneam quo ad imperium optinendum, nõ tam propter ſtudia eligentium, quam propter merita electorum, quamuis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imp. promouendũ de iure, ac cõſuetudine optinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum Regem O. & ex eo quod fautores Ph. abſentib. alijs, & contemptis ipſum eligere pręſumpſerunt, pateat eos perperam proceſsiſſe; cum explorati ſit iuris, quod electioni plus contemptus vnius, quam cõtradictio multorum obſiſtat; vnde priuilegium meruerunt amittere, qui permiſſa ſibi abuſi ſunt poteſtate; videri nõ inmerito poteſt, quod iniuria huiuſmodi non obſtante ceteri vti poterant iure ſuo. & quoniam Dux prædictus nec vbi debuit, nec a quo debuit, coronam, & vnctionem accepit; memoratus vero Rex, & vbi debuit, videlicet Aquisgrani, & a quo debuit, ſ. a ve. f. n. Colonieñ. Archiepiſcopo recepit vtrũque. Nos vtique non Ph. ſed O. reputamus, & nominamus Regem, iuſtitia exigente. In reprobatione vero præfati Ph. Ducis Suauiæ propter manifeſta impedimenta perſonæ non accuſatione, ſed condemnatione indigent manifeſta. Quod autem cum in electione vota Principum diuiduntur, poſt admonitionem, & expectationem alteri partium fauere poſsimus, maxime poſtquam a nobis vnctio, conſecratio, & coronatio poſtulantur; ſicut vtraque pars a nobis multotieris poſtulauit, ex iure patet pariter, & exemplo. nũquam † enim ſi Principes admoniti, & expectati, vel non potuerint, vel noluerint conuenire, Ap. ſe. aduocato, & defenſore carebit, eorumque culpa ipſi redundabit in pœnam. ſicut autem Principes, & tua nobilitas non ignorat, quod cum Lotharius, & Corradus in diſcordia fuiſſent electi, Rom. Pont. Loth. coronauit, & imperium optinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Nos ergo per nũtios Principum me. eos duximus conmonendos, vt ſicut nos a iuris ipſorũ ceſſamus iniuria, ſic ipſi contra ius noſtrum ſe nequaquam iniurioſos oſtendant, ſed a præfato Duce iuſto quidem a nobis iudicio reprobato recedant, & pręfato Regi O. non abnuant adhęrere, niſi tunc demum contra perſonam, vel factum legitimum aliquid ab eis obiectũ fuerit, & oſtenſum. ſunt enim notoria impedimenta Ducis Suauiæ: ſ. excõmunicatio publica, periuriũ manifeſtũ, & perſecutio diuulgata, quam progenitores eius, & ipſe præſumpſerunt in Ap. ſe. & alias eccleſias exercere. Fuit enim a bonæ me. G. † Papa pędeceſſore noſtro propter inuaſionem, & deuaſtationem patrimonij beati P. conmonitione ſæpe præmiſſa publice, ac ſollemniter excommunionis vinculo innoda tus, cum in Tuſcia moraretur; quod ipſe poſtmodum recognouit, dum per nuntium ſuum ab ipſo p̃. n. abſolutionis beneficium poſtulauit: & poſtmodum A. tunc Sutrino Epiſcopo, quem cum Ab-

† Num quid Greg. 9

† C. forte



Abbate ſancti Anaſtaſij pro liberatione ve. f. n. Saliſniter. Archiepiſcopi nos in Theutoniam miſeramus, contra formam mandati noſtri de facto ſolummodo, quia de iure nõ potuit, poſt ſuam electionem apud Warmatiã occulte ſe fecit abſolui. Vnde patet, quod fuit excõmunicatus electus, & videtur non immerito, quod adhuc ſit ex eadem cauſa excommunionis ſententia innodatus, cũ prædictus Epiſcopus eũ auctoritate ſua nõ poſſet abſoluere; auctoritate vero noſtræ delegationis, nec plus, nec aliter liceret hoc ipſi, quã quod ei fuerit ab Ap. ſe. cõceſſum. ex eo etiã excommunionis ſententiæ ſubiacere creditur manifeſte, quod cum perfidus Marcoaldus Dei, & eccleſiæ inimicus cum vniuerſis fautorib. tam Theutonicis, quã Latinis excõmunionis vulgatę vinculis, ſuę iniquitatis meritis ſit aſtrictus, ſicut iã vobis per litteras noſtras directas per P. iudicẽ Placeñ. ipſius Phi. nuntiũ intimaſſe meminimus, quas ad ipſius Phi. audientiam credimus perueniſſe; nihilominus, quamuis id non tantum ex relatione ipſius iudicis, ſed etiam per publicam famam ad notitiam eius deuenerit, eidem excõmunicato non ſolum cõmunicat, ſed eum in malitia ſua fouet, & per nũtios, & litteras ſuas exacuit furorem ipſius, vt Kariſsimũ in Chriſto fi. n. F. Siciliæ Regem Illu. nepotem eius, quẽ iam hereditate paterna priuauit, adhuc priuet poſſeſsione materna. Idem etiam contra proprium iuramentum, ſuper quo nec conſilium a ſe. Ap. requiſiuit, ambitionis vitio regnum ſibi vſurpare præſumpſit, non alium cauſa neceſsitatis in Regẽ eligere, quod vtrũque † tolerabilius videretur, cũ ſuper illo iuramento ſe. Ap. prius conſuli debuiſſet, ſicut & eam quidam conſuluere prudenter, apud quam ex inſtitutione diuina plenitudo reſidet poteſtatis. Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi iuramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus ſuper eo nos prius conſulere debuiſſet; quam contra ipſum propria temeritate venire, illo præſenti † exẽplo, quod cum Gabaonitæ a filijs Iſraël per fraudem ſurripuerint iuramentum, ipſi tamen cognita fraudę noluerunt cõtra illud ſua temeritate venire. Vtrum vero dictum iuramentũ licitum ſit, an illicitum, & ideo ſeruandum, aut non ſeruandum extiterit, nemo ſanę mẽtis ignorat, ad noſtrum iudicium pertinere. Quod autem Ph. de genere perſecutorũ exiſtat: Principes non credimus dubitare; cum Henricus, qui primus imperium hoc de genere accepit, Paſch. PP. pędec. n. cum Epiſcopis, & Car. multis Romanorum præſumpſerit captiuare. Fredericus vero pater ipſius Ph. contra fel. re. PP. A. præ. n. longo tempore ſchiſma fouit. Henricus frater ipſius Ph. qualiter ſe habuit circa interſectores ſanctę Ma. † A. Leodieñ. Epiſcopi, quem ipſe prius coẽgerat exulare, ac Corradum, qui Hoſtieñ. Epiſcopũ ceperat, ſatis noſtis, qui, & qualiter vę. f. n. Auximanum Epiſcopum alapis cędi fecerit, & pilos de barba eius auelli, & tractari eũ in plurib. inhoneſte; qualiter quoq. quoſdam familiares eccleſiæ Rom. naſo fecerit mutilari; qualiter prædictum Salernitanum Archiepiſcopum captiuauerat, & quoſdam viros eccleſiaſticos flãmis torreri fecerit; quoſdam vero viros in mare ſubmergi: ad tuam, & aliorum Principum credimus audientiam perueniſſe. Inſuper ſi prædictus Dux, quod abſit, imperium obtineret, libertas principũ in electione periret: imperij obtinendi decetero ceteris fiducia tolleretur. Nam ſi prout olim Fredericus Corrado, vel Henricus poſtmodum Frederico, ſic nunc vel Fredericus Ph. vel Phi. Henrico ſuccederet; videretur imperium non ex electione, ſed ex ſucceſsione deberi. Præterea cum multi Pincipum ex imperio æque ſint nobiles, & potentes, in eorũ pręiudicum redundaret, ſi non niſi de domo Ducum Sueuię videretur aliquis ad imperiũ aſſumendus. Cũ ergo nos flecti a noſtro propoſito, nulla penitus occaſione poſſumus; ſed in eo potius firmiſsime perſiſtamus; & tu nobis ſępe per litteras tuas duxeris ſuggerendũ, vt eidem Duci nullatenus faueremus: nob. tuam admo. & exhor. in domino, & per A. ſ. m. qua. ſicut de gratia noſtra confidis, & nos de tua deuotione ſperamus; decetero a præfato Duce Ph. recedas omnino, non obſtante iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cũ eo quantum ad optinendum imperium reprobato, iuramentum huiſmodi non debeat obſeruari: prædicto vero Regi O. quem nos cõcedente domino ad coronam imperij diſponimus euocare, patenter adhæreas, & potenter; vt cum ei ad cõmonitionem noſtram adhæſeris, inter primos gratiam, & beniuolentiã eius optinere præcipue merearis, ad quod pro tuæ nobilitatis honore dabimus operam efficacem.

† al. vtiq.

† præſertim Greg. 9

† al. mem.

## DE AVCTORITATE, ET VSV pallij. Tit. vij.

*Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina preſbytero Card. Ap. ſe. Legato.* *Cap. 1.*

De auct. & vſu pal. c.3. NISI ſpecialis illa dilectio.& infra.Sane ſi poſtulatio ve.f. Troianeñ. Epiſcopi regni Siciliæ Cancellarij ad Panormitañ. eccleſiam fuiſſet per nos etiam approbata,non tamen deberet ſe Archiepiſcopum appellare, priuſquam a nobis palliū ſuſcepiſſet,in quo Pōtificalis officij plenitudo, cum Archiepiſcopalis nominis appellatione cōfertur.tu ergo ſicut vir prouidus,& diſcretus,quod factum eſt,ſic ſtudeas palliare,vt id in confeſsionem tuam,&Ap.ſe.obproprium non redundet. quoniam ſi oporteat, vt vel nos in hoc facto confuſionis obproprium incurramus, vel tu ex hoc negotio cōfundaris: eligemus te potius confundi,quam lædamus ſe.Ap.dignitatem.

*Idem.* *Cap.2.*

c.4.e. AD honorem Dei. & infra. Sane ſolus Rom.Pont.in miſſarū ſollemnijs pallio ſemper vtitur,& vbiq. quando aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis, quod per pallium figuratur,alij autem eo nec ſemper,nec vbiq.ſed in eccleſia ſua, in qua iuriſdictionem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus,quoniam vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

*Idem Compeſtell. Archiepiſcopo.* *Cap.3.*

c.5.e. EX litterarum tuarum tenore accepimus, quod,cum fuerit in conceſsione pallij tibi dictum,vt ipſo infra tuam eccleſiam vtereris,& tibi tam de mandato regio, quam etiam pro eccleſiæ tuæ negotijs procurandis frequenter extra tuam prouinciam conmoranti verecundum ſit abſq.pallio miniſtrare; cum cōſuetudo ſit talis,ſicut aſſeris, in Hiſpania generalis, quod Archiepiſcopi extra ſuas prouincias pallio indifferenter vtantur, vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas, indulgeri tibi a ſe.Ap. poſtulaſti. licet autem vſus huiuſmodi ſit abuſus,& conſuetudo talis dicenda ſit potius corruptela, & ij grauiter offendere dinoſcantur, qui vtuntur pallijs extra ſuas prouincias abſq.licentia ſe. Ap. ſpeciali: nos tamen in hac parte volentes fraternitati tuæ gratiam facere ſpecialem;auctoritate tibi præſentium indulgemus,vt ſi quando neceſſitate aliqua prępeditus,ad eccleſiam tibi ſubiectam accedere forte nequiueris,pro conſecrandis ſuffraganeis tuis, vel clericis ordinandis,& ad eccleſiam alienam propter hoc te cōtigerit declinare,dummodo is,ad quem eccleſia pertinet,id permittat, vtēdi pallio in iam dictis caſibus liberam habeas facultatem.

## DE RENVNTIATIONE. Tit.viij.

*Idem Nidronieñ. Archiepiſcopo.* *Cap.1.*

QVOD in dubijs.& infra.Ij prętерea, qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam reſignantes,illud denuo a laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi,licet reſignatio taliū laico facta nullam optineat firmitatem. De renū. c.8.

*Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo.* *Cap.2.*

AD ſupplicationem inſtantem ve.f.n. Archiepiſcopi Raguſinen.cum a cura, & ſollicitudine, qua tenebatur, eccleſiæ Raguſineñ. duximus abſoluendum,eo videlicet,quod ibi non poterat ſecure morari,etſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat.& infra. Ne vero idem Archiepiſcopus in vituperium miniſterij noſtri defectum in rebus temporalibus patiatur: f. t. mo. attentius,ac per A.s.m.qua.de munificentia,& liberalitate kariſsimi in Chriſto fi. n. I. Regis Anglorum Illu.ac conceſsione tua in Epiſcopatu Karleoli, & eccleſia de Malebor. eſt illi collatum,ad ſuſtentationem conſerues ipſius. Nos etenim de ſedis Ap. benignitate conceſſimus, vt in Epiſcopatu abſq. vſu pallij officium Epiſcopale valeat exercere;tibi tamquā metropolitano reuerentiam,& obedientiam inpenſurus. c.9.e.

*Idem Conuentui,& Abbati ſancti Saluatoris de Teleſio.* *Cap.3.*

CAVSAM, quæ inter P. quondam Abbatem veſtrum ex vna parte, & vos ex altera vertebatur;ve.f.n.Beneuentano Archiepiſcopo,&Epiſcopo Teleſino,& di.fi.Priori ſancti Andreæ recolimus cōmiſiſſe; ſed Epiſcopo ipſo propter ægritudinem excuſato, dicto Archiepiſcopo vices ſuas propter emergentia negotia di.fi. Beneuētano Primicerio cōmittente,cum præfatus Prior, & Primicerius controuerſiam vellent ſeruato iuris ordine pertractare:tandem, ſicut accepimus, factum eſt de conſenſu partium; quod Abbas ſponte renūtiauit Abbatiæ,etſi placeret nobis,in vno caſali ſibi monachi prouiderent. Nos igitur attendentes,quod cuilibet licet abrenuntiare ijs,quæ pro ſe introducta ſunt,ratam reſignationem eius habentes,eligendi paſtorem facultatem liberam tribuimus. Non pōnitur.

*Idem Archiepiſcopo Calaritañ.* *Cap.4.*



c.10.e. NISI cum pridem in officio paſtorali ad diuinum ſeruitium acceſsiſti,prępараſſe te ad temptationes animum crederemus,ac pręuidiſſe prudenter, nequaquam in humana fragilitate conſentire varios anguſtiarum langores,quos in ipſo ſciebas officio perpeſſurum non poſſe abſq. magno Dei adiutorio ſuſtinere; formidaremus vtiq. ne paruulos tuos poſtmodum ad petram allidere neglexiſſes, eoſq.tantum in te permiſeris inualeſcere,vt ipſorum ſuggerentium tibi ſuſcepti miniſterij ceſsionem inſtantiæ vix iam valeas repugnare. Verum, quoniam, ſicut credimus, cum te ſcires contra ſpirituales nequitias pugnaturū, armaturam Dei,qua poſſes ſtare contra inſidias temptatoris,ab Apoſtolo monitus induiſti, & inexpertus non ignoraſti ſollicitudinis anguſtias paſtoralis,quas forſitan expertus abhorres:neſcimus, cur tam inſtanter ſuſceptum velis regimen inutiliter derelinquere;quod ſuſceptū vtiliter non deberes vſquequaq. irritare. ſi enim in huiuſmodi ceſsione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes non eſſe ſanctificato in vtero ſanctiorem,& ideo non oportet te prædicationis deſerere miniſterium;cum ille, cuius fieri baiulus recuſabat, tandem prædicando receperit verbum Dei.Quod ſi forſan humilitatis cauſa de culmine quæris Pontificali deſcendere, ac cōtra ſuperni nutus arbitrium datum tibi per illud in terris te deſerere præſulatum; eo ipſo videris humilitatis erigere male verticē, quo te nimis in reſignandi propoſito exhibes pertinacem,quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies,cum & per eam locum ſublimem fugies,& per obedientiam nō dimittes. Intueri te itaq.v.f.n.in Chr̄o volumus, quod hæc ſunt illa,per quæ cedendi Epiſcopus officio paſtorali licentiam poſtulare poteſt:conſciētia criminum,debilitas corporis, defectus ſciētię,malitia plebis,irregularitaſq.perſonæ. ſed in his omnib. eſt adhibenda diſcretio, & obſeruanda cautela.Propter conſcientiam n. criminis cedēdi paſtorali officio poteſt licentia poſtulari,& forſitan nō cuiuſlibet,ſed dūtaxat illius,propter quod ipſius officij executio poſt peractam etiam pænitentiam impeditur.Cum enim quacumq.hora pec.conuer.ſu. omnium iniquitatum ſuarum non recordari ſe dominus fateatur:& neminē eſſe ſine peccato,ſacra ſcriptura teſtatur:apparet,quod non pro cuiuſlibet criminis conſcientia quēquam cedere oporteat officio paſtorali.Cum, ſi omnes, quos arguit conſcientia cuiuſlibet culpæ,cederent;pauci,vel nulli forſitā in illo miniſterio remanerent.In multis enim offendimus omnes;& ſi dixerimus,quia peccatum non habemus,nos ipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt;quia miſericordia illum excuſat, qui miſerabiliter ſe excuſat.Debilitas vero corporis cauſa eſt, propter quam petere poteſt aliquis ab honore ſollicitudinis paſtoralis abſolui,quę videlicet,vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit;nec tamen omnes, ſed illa ſolummodo,per quam inpotens redditur ad exequendum officium paſtorale.Nā ſi pro qualibet corporali debilitate ſuſceptæ ſeruitutis officium poſſet deſeri, fruſtra ſe fateretur Apoſtolus in ſuis infirmitatibus gloriari,& ſenectute grauatus a cura ſe nō debet quiſpiam omnino paſtoralis regiminis excuſare;cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas eum cedere, quē moralis maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet,ipſum in ſuo ſuadet officio permanere. pro talibus n. de ſe dicit Apoſtolus; cum infirmor, tunc fortior ſum: quia nonnumquam infirmitas corporis fortitudinē cordis augmētat.Pro defectu quoq. ſcientiæ plerumq.poteſt quis paſtoralis officij petere ceſsionem;quia cum ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſsimum neceſſaria;& circa curam temporalium oportuna:Prǽſul,qui commiſſam ſibi debet eccleſiam regere,in vtriſq. ſalubrius eius regimini abrenuntiat;ſi ſcientiam,in qua ipſam regat, ignorat. quoniam, cum ſubiectos docere habeat,quid facere debeant,quid cauere,nec bene docebit eos, quod neſcierit ipſe fugere,nec illud,quod ignorauerit,exercere. Tu enim inquit dominus, ſcientiam repuliſti; & ego te repellam,ne ſacerdotio fungaris mihi.quamquam, & ſi deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore,in eo tamen ſit competens toleranda; quia ſecundū Apoſtolum ſcientia inflat, caritas autem ædificat. & ideo imperfectum ſcientiæ ſupplere poteſt perfectio caritatis. Propter malitiam quoq.plebis cogitur interdum prælatus ab ipſius regimine declinare, & quando plebs adeo duræ ceruicis exiſtit,& in rebellione ſua ita pertinax inuenitur; vt proficere nequeat apud ipſam, ſed propter eius duritiam;quo magis ſatagit,eo magis iuſto iudicio deficere permittitur, dicente domino per prophetam;linguam tuam adhærere faciam palato tuo,quia domus exaſperans eſt:& Apoſtoli dixiſſe leguntur Iudæis; ecce conuertimur ad gentes,quia vos feciſtis indignos. non tamen pro qualibet culpa paſtor

debet deſerere gregem ſuum, ne forte mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & fugit; ſed de ſuperioris licentia tunc demum poteſt non tam timide fugere,quam prouide declinare:cum oues conuertuntur in lupos,& qui debuerant humiliter obedire,iã inreuocabiliter contradicunt. cum etſi tales ſint grauiter pro crimine puniendi; ſunt tamen pro tempore vtiliter tolerandi; quia ſanguinem elicit,qui nimis emungit. Et pro graui quoq. ſcandalo euitando, cum aliter ſedari non poteſt; licet Epiſcopo petere ceſsionem; ne plus temporalem honorem, quam æternam videatur affectare ſalutẽ; memor illius, quod dicit Apoſtolus. Si eſca ſcandalizauit fratrem tuum, non manducabo carnem in æternum; ne fratrem tuum ſcandalizem. ſed inter ſcandalum, & ſcandalum eſt ſubtiliter diſtinguendũ, ſicut dominus ipſe diſtinguit. cui cum dixiſſent Apoſtoli; ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizantur:reſpondit;ſinite,cęci ſunt,duces cęcorum.alibi vero dicit,qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis, qui in me credunt,expedit ei,vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum.nam ſi neceſſe fuerit, vt ſcãdala veniant, vę tamen homini illi,per quem ſcandalum venit. Perſonæ vero irregularitas,vt ſi forte ſit bigamus, viduæq.maritus, eſt cauſa, propter quam licentiam petere poteſt aliquis reſignandi Pontificis dignitatem Apoſtolo atteſtante;qui dicit:oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum;non tamen propter quãlibet irregularitatem perſonæ debet ei,qui regulariter miniſtrauit, cedendi licentia indulgeri, vt pote ſi de legitimo matrimonio non ſit natus. quia licet irregularitatem huiuſmodi non poterit ſubticere,ſi tamen & culpa latet,& cauſa;cum eo,qui laudabiliter ſuum impleuit officium,iniuncta ſibi pænitentia competenti poteſt non minus vtiliter, quam miſericorditer diſpenſari. Ego ſum,inquit,Deus zelotes viſitans peccata patrum in filios vſq. in tertiam, & quartam generationem, in ijs, qui oderunt me.i. in illis, qui contra me paternum odium imitantur. Vnde patet, quod illi,qui paterna vitia non ſequuntur,propriæ poſſunt in talibus ſuffragari virtutes, illo diſcretionis ad hibito moderamine,vt inter nothos,mãzeres,naturales, & ſpurios diſtinguatur. Cum autem vitia plerumque ſe virtutes eſſe mentiantur;ſubtiliter aduertere te oportet,vtrum reſignandi propoſitum,quod tam feruenter geſtas in pectore, dignum ſit Dei odio, vel amore. ſi enim propter cauſam aliquam præmiſſarum cedere poſtulares, tam ſuper cauſa, quam ſuper eius affectu pariter doleremus. ſed ne prouidæ pietatis amictu ad reſignandum deteſtabilius impietas te impellat:conſiderare te volumus, & alias eſſe cauſas,per quas male quis petit, & peius appetit officium huiuſmodi reſignare. ſi enim ex puſillanimitate fortaſsis, vt laborem deponat, vel perſecutionem effugiat; aut ex vanitate, quod abſit,vt plenius vacet otijs, ſeu liberius indulgeat voluptatibus; curam vult aliquis deſerere paſtoralem; ab ea non meretur abſolui; quamuis per huiuſmodi vanitatem,tãquam qui mortaliter peccat, ea ſe reddat indignum: ſed ſatagere debet,vt vanitate depoſita ſatisfaciat de peccato. Aliam vero cedendi cauſam omnino credimus deteſtandam; ſi quis aut a Pontificali velit deſcendere dignitate,vt gloriam captet humanam, tamquam eligat abiectus eſſe in domo domini magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum; vel vt mundanum non amittat fauorem,quẽ per hypocriſim acquiſiuit, ſiue quod eius ſimulatio reuelari iam incipit;ſiue quod feruor ipſius ex qualibet cauſa tepeſcit, nec vult videri,quod malus fuerit,aut quod fiat; & ideo ſub religionis prætextu ſuam vult contegere prauitatem,vt quaſi deſerens Martham,amplexetur Mariam,& Liæ faſtidiens lippitudinem, Rachelis pulchritudinem concupiſcat. Quid autem, ſi propterea velit cedere, quod tempore proſperitatis,arridente fortuna, viſus eſt laudabiliter miniſtrare; quoniam omnia ſibi proſpere ſuccedebant; ſed aduerſitatis tempore imminente veretur,ne ſi quolibet caſu ſiniſtra contingant,illius negligentiæ imputentur. Plane ſi propter hoc petit cedere, nautæ ſe poterat inprouido comparere, qui cum mari ſub tranquillitate iacente,cũ multo labore nauis exercuerit gubernaculum, ipſam tempore neceſsitatis deſerit, & deuenire patitur in profundum. Illam quoq. cedendi cauſam penitus deteſtamur, ſi forte cedere velit Epiſcopus,vt alter ſibi ſuccedat, vel obtentu pretij, vel affectu carnali, vel vt cum peior ſibi ſucceſſerit,ipſe velut optimus extollatur. Illud autem quaſi nefas reſpuimus,& damnamus,quod Epiſcopus propter occupationes mundanas,& ſollicitudines ſęculares non valeat ſine crimine pontificale officium exercere;cum multos ſanctos eccleſia



veneretur,qui ſpiritualia ſimul, & temporalia miniſtrarunt. Verũtamen læua debet eſſe ſub capite,& dextera in amplexu. Sed illud te volumus aduertere diligenter,ne forte hoc tuæ diſpoſitionis propoſitum effici velis ex illis, de quibus dicitur per prophetam: filij Effrem inten.ar.& mit.ſag.ſuas. cõuerſi ſunt in die belli cum potius pro domo Iſraël murum te debeas opponere aſcendentib.ex aduerſo; quia iuxta ſententiam veritatis, non qui inceperit,ſed qui per.ſ.erit:cauens attente,ne maculam in gloria tua ponas, non ſolũ apud homines,ſed etiam apud Deum,quoniã ſub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur, & corda;ſed nec etiam apud homines,qui ex veriſimilibus coniecturis talia ſuſpicantur. illudq. prudenter attendas, quod iuxta ſententiam ſapientis,ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus,quæ ſine intellectu conſiſtunt. Si vero pro tuenda eccleſiæ libertate difficultatis onus incurrere pertimeſcis; non ideo deſerere debes prę ſulatus honorem conſiderans diligenter, ne forte iuſto iudicio tempteris ab illo,qui malorum eſt intemptator;vt probetur,vtrum ſatisfacere velis in eo, in quo deliquiſti: qui vero contemnit,aut negligit ſatisfacere pro delicto,theſaurizat ſibi iram in die iræ, cum reuelabit dominus abſcondita tenebrarum. Ecce quidem admonuimus te,vt te ipſum contempleris, in ipſo tuam conſcientiam percunctanter agnoſcas,ex qua cauſa cedendi licentiam poſtulares inportune. Nos enim nouit altiſsimus, ignoramus,quare in cedendi propoſito perſeueres;quoniam nec infirmitas corporis,nec longæuitas temporis, nec defectus ſcientiæ, nec malitia plebis, nec perſonæ irregularitas te reddit ineptum; neque conſcientiã ſæui criminis te fateris habere. Verum ſi propter alias cauſas ceſsionem affectes,non eſt in hoc poſtulanti fauendum,cum huiuſmodi poſtulatio videatur non eſſe diſcreta. quoniam vt id tamquam notiſsimum omittamus, quod otioſitas, & voluptas,arma ſunt hoſtis antiqui,ad miſeras animas captiuandas; propter laboris anguſtias, aut perſecutionis incurſus non debes deſerere ſponſam tuam, cui te fide media copulaſti;ſciens quod beati ſunt illi, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vi. quam re. Deus di. ſe. ſed dices,quod ſpiritus,vbi vult,ſpirat, & neſcis, vnde veniat,aut quo vadat; & ideo non eſt, qui poſsit vias illius ſpiritus perſcrutari; qui vero ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam vbi ſpiritus Dei,ibi libertas. quare ſi cedendi tibi licentia ab homine data non fuerit, nihilominus tamen cedes; quia data eſt tibi cedendi poteſtas a Deo. Certe deſipis, ſi ſic ſapis, nam quomodo ſpiritu Dei aguntur, qui contra ſpiritum Dei agunt. ſi enim vera ſunt,quæ præmiſimus,immo quia indubitanter ſunt vera;proculdubio contra ſpiritum Dei agit,qui aliquid horum contra veritatem attemptat;quoniam ipſe eſt ſpiritus veritatis. Porro ſi dicas,quod forſan eſt alia latens cauſa, propter quam cedendi voluntas tibi cęlitus inſpiratur;& nos ſiquidem reſpõdemus, Tu quomodo ſcis,quod talis inſpiratio ſit cęleſtis? nonne recolis,quod ille glorioſus Pontifex dixerit, cum cœpiſſet viribus corporis repente deſtitui? Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius,non recuſo laborem,fiat voluntas tua? illius exemplum ſecutus,qui dixerat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto;manere autem in carne neçeſſarium eſt propter vos. Quia igitur diuerſas tibi cauſas ſub hac cauſa diſtinximus,& propter quã earum cedere deſideres,ignoramus; te ipſum tibi duximus cõmittendũ,vt de propriæ mentis tribunali te iudicans,videas,ſi ſic poſsis reſignandi deſiderio ſatisfacere:vt gregis tibi cõmiſsi curam ſine culpa valeas declinare. ſi n. cedendo proficere appetis, tibi ſoli profectui tuo ſine dubio tantum ſubtrahis, quantum quod impendere poteras alijs,non impendis. quia tunc maiora animæ tuæ lucra cõquireres,cum ſine tua ſalute, ſalutem plurium procurares. potioris eſt enim meriti ſe cum Deo quemquam lucri facere, quam ſalutem propriam quærere ſine illis,quorum ſalus ad eius curam noſcitur pertinere. Quippe ſi quantũcumq. virtutum flore refulgeas,& in te non habeas caritatem,nihil comproberis habere, ſub quo virtutis prætextu deponere quæris onus ſollicitudinis paſtoralis; quod vix poteſt abſq. iactura deſeri caritatis. nulla ſiquidem maior poterit eſſe caritas, quam vt animam ponat quis amicis pro ſuis. Cum autem propter hanc te deceat animam tuam pro ſubditis tuis ponere, nulla occaſione, dummodo proficere ipſis poſsis, etſi nõ omnibus, tamen multis ab eorum regimine te cõuenit excuſare. quoniã ſi laboris cauſam

prætendis, exemplum te Apoſtoli ſubleuabit, qui ſuadet tibi laborem huiuſmodi non refugere, dum ſe aſſerit pro communi ſalute plus ceteris laboraſſe. quia licet non ſequatur ſemper laborem effectus, nihilominus tamen ipſe labor meritorius eſt apud Deum, iuxta quod legitur. Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Sed eſto, quod multum hactenus laboraueris, & bonum certamen certaueris, cum eodem Apoſtolo poſsis dicere tamen, vt corona tibi iuſtitiæ de reliquo reponatur, curſum te decet perfecti operis conſumare. quantum libet enim in anguſtiar. laboribus, qui comitantur officium paſtorale, noctes tibi laborioſas enumeras, & tã quam fatigatus ceruus vmbram quietis affectes; quantumlibet inter viæ calores, anguſtiarum patriæ dilectione traharis, & velut emeritus mercenarius operis tui finẽ anxius prȩſtoleris: expedit tibi tamen virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perſeuerãtia coronare. ſcienſq. quod apud extraneum defixeris manum tuam, cum animas tibi cõmiſsi gregis in tuam animam ſuſcepiſti; non ſic debes tibi portum quietis appetere; vt nauigãtes hactenus tecum filios ſine remigis adiutorio patiaris in hoc mari magno, & ſpatioſo cũ timore naufragij fluctuare. nec putes, quod ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima ſatagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quoniam illa magis licet ſit ſecura, iſta tamen magis eſt fructifera; & licet illa magis ſit ſuauis, iſta tamen magis eſt vtilis; cum in fecũditate ſobolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudini ſit prælata; quamuis ſimul in vnũ, & contemplatiuus eſſe valeas, & actiuus, legiſlatoris exemplo, qui nunc aſcendebat in montem, vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate; nunc vero deſcendebat in caſtra, vt cum vtilitate neceſsitatibus populi prouideret. Quapropter facilius indulgetur, vt monachus ad præſulatum aſcendat, quam præſul ad monachatum deſcẽdat. Monemus ergo f.t. & exhortamur attentius per A. s.m. qua. illam vocem Dauidicȩ inprecationis abhorrens, tibiq. formidans eam per effectũ operis adaptari, quæ dies impij paucas fieri, vt Epiſcopatum eius alter accipiat, inprecatur; laborem paſtoralis regiminis non recuſes, iactans in domino tuum cogitatum, nihil cõtra voluntatem altiſsimi ſtatuas de te ipſo, qui cũ te viderit eſſe populo ſuo neceſſarium, forte graue ferret, cum ipſum a te contingeret eſſe neglectum, ac fortaſsis ad pedes ſuos cũ Maria ſperneret te recipere, qui ſibi apud te diuertendi ſperauiſſes cum Martha ſollicita miniſtrare. Illud quoq. te debet fortius in miniſtrãdi propoſito ſtabilire: quia cum hactenus in eccleſia tibi commiſſa laudabiliter miniſtrares, ſi quod abſit, alius te cedente minus vtilis aſſumeretur, ad ipſam quietem profecto non parum ab illa quiete, quam appetis, turbareris, cũ vbi bene tuum exercueras miniſterium, non abſq. dolore cerneres inutilis miniſtri defectum. fieretq. in tantum, vt in cõtemplationis arce tibi deperiſſe cognoſceres, quantum eccleſiæ, cui præſides, non ſine tua cõfuſione per te ſubtractũ eſſe videres. Quia vero tam per te, quam per nuntios, & litteras tuas, iam nimis in poſtulando cedendi licentiam inſtitiſti, ecce te tibi duximus relinquendũm, vt diſtinctis tibi cauſis, propter quas cedere oporteat, vel non cedere; ſi propter aliquam cauſam vtilem, & honeſtam in huiuſmodi propoſito perſeueres, de licentia noſtra cedas, quod tamen graue nobis plurimũ eſſe noueris, & moleſtum: alioquin cedendi licentiam auctoritate Ap. tibi ſcias eſſe penitus interdictam. quoniam etſi pennas habeas, quib. ſatagas in ſolitudinem auolare; ita tamẽ aſtrictæ ſunt nexib. præceptorum, vt liberum nõ habeas abſq. noſtra permiſsione volatũ. quod ſi deniq. tua voluntas te impulerit ad volandum; volumus, & mandamus, vt noſtras litteras in audientia tui capituli facias recitari.

*Idem H. Epiſcopo in Archiepiſcopum* Rauennat. *electo.* *Cap. 5.*

POST tranſlationem tuam ad eccleſiam Rauennat. cum dil. fi. Præpoſitus, Canonici, Abbates, & Primicerij Fauentin. totuſq. ciuitatis clerus, ſicut per litteras eorundem accepimus, in dilectum fi. I. presbyterum Canonicum Fauent. liberam eligendi auctoritatem vnanimiter contuliſſent, ipſe ſancti S. gratia inuocata; dil. fi. I. ſancti Fridiani Lucañ. Canonicum olim Epiſcopum Sanxoñ. in Faueñ. Epiſcopum poſtulandum elegit: per cuius ſollicitudinem circunſpectam, qui primo canonicus, & poſtea Prȩpoſitus in Fauent. eccleſia fuit laudabiliter conuerſatus, multiplicia ſperantur eidem eccleſiæ commoda profutura. Porro a dilect. fil. Sancti Fridiani Priore ſuper hoc requiſito, & optento conſenſu Præpoſitus, & alij ſupradicti poſtulationem ȩandem approbari a nobis humi- c. 11. e.



liter petierunt. Verum poſtulationi huiuſmodi videbatur concilij Conſtantinopol. capitulum prima facie obuiare. In quo ſtatutũ eſſe dinoſcitur; vt quicũq. de Põt. dignitate ad monachor. vitã, & pȩnitentiȩ locum deſcendebat, nequaquam vlterius ad Pontificatum reſurgat. Vnde contra dictum concilium, cũ ſit vnũ ex quattuor principalibus, quæ ſicut quattuor euangelia catholica eccleſia veneratur, nullatenus videbatur eadem poſtulatio admittenda. Ceterum ſpeciales quidam caſus inueniuntur, in quibus prædicto concilio non obſtante is, qui vitam monachalem elegit, licite rurſum poteſt ad Epiſcopatum aſſumi. ſi enim quiſquam perſecutoris rabie ſæuiente, vel præpediente in valitudine corporis, cum proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris auctoritate ad monaſticam vitam deſcendat, perſecutionis, vel ægritudinis impedimento ceſſante ad Epiſcopalem reſurgere poterit dignitatem. Item ſi quis propter litteraturæ defectum, ne tamquam cæcus cæco ducatum præbeat, locum regiminis auctoritate Ap. deſerendo, ad otium ſe cõtulerit monachale, ac per exercitium lectionis, ſcientiæ repererit margaritam: proculdubio poterit denuo vocatus ad cathedram reaſcendere paſtoralem. Rurſus ſi quis cupiditate parentum, eo tamen penitus ignorãte, fuerit Epiſcopatum adeptus, & hoc comperto Epiſcopatum ipſum de licentia ſuperioris dimittens, obſeruantiam elegerit regularem, etſi ad Epiſcopatum eundem redire poſtmodũ nequeat iuxta canonicas ſanctiones; ad alium tamen licite poterit reaſſumi. Quamquã autem in his, & conſimilibus caſibus is, qui Epiſcopatu dimiſſo monaſticam vitam elegit, reſurgere valeat ad officium paſtorale; nihil tamen in his caſibus contra prȩſcriptum intelligitur concilium attemptari; quod in eo loquitur caſu, cum propter aliquod crimen Epiſcopatum quis deſerens ad vitam monaſticã pȩnitentiȩ cauſa deſcendit. Vnde quidam in eo caſu loqui dixerunt capitulum ſupradictum, cum quis pro crimine, de quo cõuictus fuerat, vel confeſſus, ab Epiſcopali dignitate depoſitus in monaſterio extitit ad pȩnitentiã agendam incluſus; vel cum aliquis propter graue crimen, pro quo Epiſcopatum retinens pȩnitentiam digne agere non valebat, cedendi optenta licẽtia vitam monachalem elegit. alijs aſſerentibus ſic intelligendum eſſe præſcriptum capitulum, vt per ſe reſurgere nequeat, ideſt repetere quaſi debitum, quod tali modo dimiſit, quamquam eligi poſsit, præſertim ſi locum tantum, & non ordinem reſignauit. Cum ergo nobis plene conſtare nequiuerit, ob quam cauſam prædictus I. olim Epiſcopatui ceſſerit, cum in veſtris litteris ſuper hoc tranſmiſsis eidem hoc ſolummodo exprimatur, quod nos litteris ſuper ſua reſignatione receptis eius propoſitũ in domino commendantes, quod temporali honori ſalutem animæ proponebat, eundem abſoluimus ab onere ſollicitudinis paſtoralis, quamquam per quendam S. Fridiani canonicum nobis nuperrime ſit ſuggeſtum; quod id circo dictus I. cedendi licentiam poſtulabat, quod ad notitiam eius peruenerat, quod quidã parentes ipſius, vt eligeretur in Epiſcopum, quædam dederant, licet pauca: f.t.p. auct. m. qua. ſuper his diligentiſsime veritate inquiſita, ſi tibi conſtiterit, quod propter aliquam ex prȩmiſsis cauſis, ſeu conſimilib. idem I. Epiſcopatui ceſſerit memorato, tu auctoritate noſtra ſub. cuius. con. & ap. ob. dũmodo neceſsitas, vel vtilitas id expoſcat, licentiam ei tribuas accedendi ad regimen eccleſiæ Fauent. maxime ſi veritate ſubnititur; quod tam præfati Præpoſitus, & canonici Faueñ. quam Prior, & capitulum ſancti Fridiani nobis ſuis litteris expreſſerunt, quod videlicet dictus I. loco tantũmodo ceſſerit, & non ordini, vel etiã dignitati. Tunc enim eſſet vehementiſsime prȩſumendum, quod nõ propter crimen ab ipſo cõmiſſum cauſa pȩnitentiæ peragẽdȩ ad vitã migrauerit regularem, præſertim cum Ap. ſe. poſt ceſsionem multo minus, quam ante permiſiſſet, eidem tali crimine irretito in Pont. ordine miniſtrare. Alioquin cum durum nimis exiſteret, contra tam ſollemne cõcilium, huiuſmodi poſtulationem admittere, Præpoſito, & canonicis memoratis iniungas, vt aliã perſonam idoneam ſibi eligant in paſtorem.

## DE TEMPORIBVS ORDINATIOnum, & qualitate ordinandorum, & ordine præficiendor. Tit. ix.

*Idem.* *Cap. 1.*

EX parte tua fuit propoſitũ corã nobis, quod quidam presbyteri Grȩci pariter, ac Latini a Græcis Epiſcopis abſq. vnctione manuũ ſe faciunt ordinari; & ſimul accipiunt omnes ordines extra quattuor tẽpora contra canonicas ſanctiones. Cũ igitur huiuſmodi præſumptio ſit ſagaciter extirpãda; di. tuæ per A. s.m. qua. huiuſmodi presbyteros tuæ diœceſis ab executione ordinis ſic ſuſcepti ap. re. noſtra fretus auctoritate ſuſpendas, niſi Non ponitur.

niſi forſitan eorum aliqui, de tua, vel prædeceſſoris tui licentia fuerint ab Epiſcopis Grȩcis taliter ordinati, circa quod ſuppleas, quod ab illis fuerat prætermiſſum; & prouideas tamen attente, ne clericos tuæ diœceſis ab Epiſcopis Græcis vlterius ordinari permittas; etſi qui præter tuam voluntatem ab eis ſe fecerint ordinari, tu eos ſuſpendas perpetuo ab executione ordinum taliter ſuſceptorum.

*Idem Abbati, & Conuentui Cariloci.* Cap. 2.

De tēp. ordin. c. 10.

EX parte veſtra noſtro fuit Apoſtolatui reſeratum, quod quidam monachus veſter ſe ad nigros monachos transferens, & habitū nigrum ibidem aſſumens, ad ſacerdotij ordinem in ipſo habitu eſt promotus. Vnde, quia in hoc articulo dubitaſtis, vtrum in aſſumpto taliter ordine debeat miniſtrare: nos huiuſmodi dubietatis ſcrupulum enodantes, vni. v. per A. ſ. m. qua. niſi ei aliud canonicum videritis obuiare, ipſum monachum officium ſacerdotis exequi libere permittatis.

*Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina presbytero Car. Ap. ſe. Legato.* Cap. 3.

c. 11. c. j

QVOD tranſlationem Pont. & infra. Super eo vero, quod nos conſulere voluiſti, quod multi Grȩcorum clerici conſiſtentes in diœceſib. Latinor. ab Epiſcopis Græcis non in quattuor temporib. interdum omnes ordines ſimul, non numquam partem recipiūt, qui poſtmodum prohibentur a Latinis Epiſcopis celebrare: con. t. taliter duximus reſpōdendum, quod cū clericus Græcus Epiſcopo Latino ſubiectus a Græco Pont. ordinatur, niſi de mādato, vel licentia ſui Epiſcopi fiat; interdicenda eſt ei ordinis executio ſic ſuſceptu; tamquam ab alieno Pont. ſine mandato, vel licentia ſui Epiſcopi ordinato. Si vero de mandato, vel licentia ſui præſulis a Græco Pont. ſecundum morem Græcor. fuerit ordinatus; licet culpand. ſit Epiſcopus Latinus, qui clericos ſuos a Græco facit antiſtite ordinari; quamdiu tamen talis mos ab eccleſia tolleratur; impediri non debet ab executione ordinum taliter ſuſceptorum. Nos tamen ſuper hoc articulo diſpoſuimus tempore oportuno de conſilio f. n. quod honeſtum viſum fuerit, ordinare.

*Idem Mutiñ. Epiſcopo, & magiſtro Vberto.* c. 4.

c. 12. c.

CVM in diſtribuendis. & infra. Meminimus enim id a nobis fuiſſe ſimpliciter poſtulatum, & clementer indultum; vt quia prȩfatus A. eccleſiæ Rom. ſubd. erat, mādaremus, ipſum per Bonoñ. Epiſcopum promoueri.

*Idem Mutiñ. Epiſcopo, & magiſtro H. Theologo ſubd. noſtro Modocieñ. Canonico.* Cap. 5.

c. 13. c.

LITTERAS veſtras recepimus reſponſiuas ſuper inordinata ordinatione Imoleñ. electi, quem Bononieñ. Epiſcopus præcedenti ſabbato in diaconum, & ſequenti dominica continuato ieiunio in presbyterū ordinauit, in quo quantum vterq. deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. ſi enim vtrumq. ordinem eodem die illi cōferri non licuit, pari non licuit ratione vnum ordinem vno die, & alium altero continuato ieiunio conferri. Cum propter continuationē ieiunij fictione canonica, ſiue mane diei dominicæ trahatur ad ſabbatum, ſiue veſpera ſabbati ad diem dominicam referatur; profecto mane cum veſpera, ſeu veſpera cū mane ad eundem diem pertinere dicetur. Nam ſi quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, mane ad eundem diem, & veſpera referatur ad alium, cur eſſet continuatio ieiunij neceſſaria, cū & ſabbato ante cenam, & dominica ante prandium intelligantur eſſe ieiunia? Ne autem ſi factum huiuſmodi ſub ſilentio tranſiremus, id alij licitum reputantes ſimilia facere attemptarent, & ſic facti peruerſitas a poſteris traheretur in exemplum; præfatum Epiſcopū Bonoñ. vt puniatur, in quo deliquit, a collatione ordinis diaconij ſ. & presbyterij, alterū vero ab executione officij ſacerdotalis volumus manere ſuſpenſos, donec de illis aliter diſponamus. vt igitur mandatū Apoſtolicum debitum conſequatur effectū; per A. u. s. m. qua. quæ præmiſſa ſunt, faciatis tam ab ipſis Epiſcopis, quam per Bonoñ. & Imoleñ. diœc. publicari. *Idem.* c. 6.

De æta. & qual. c. 9.

A multis multotiens an ſubd. in Epiſcopum eligi valeat hȩſitatur. ſiquidem Vrbanus primus Papa decreuit, vt nullus in Epiſcopū, niſi in ſacris ordinib. & religioſe viuēs inuētus fuerit, eligatur. ſacros, inquit, ordines dicimus, diaconatū, & presbyteratū, hos ſiquidem ſolos primitiua eccleſia legitur habuiſſe: ſubdiaconos vero quia & ipſi miniſtrant altaribus, oportunitate exigente concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſcientiæ, ac religionis exiſtant, quod ipſum non ſine Romani Pont. vel metropolitani licentia fieri permittimus. in quib. verbis innuitur, quod Vrbanus ad ſtatum primitiuæ eccleſiæ ſe referens, in quo ſubdiaconatus ordo ſacer minime dicebatur, inſtituit, vt de ſubdiacono, niſi vtilitatis cauſa, & tūc etiā de permiſſione metropolitani, vel Rom. Pōt. non poſſet electio celebrari: verum cū hodie ſub-



ſubdiaconatus inter ſacros ordines computetur; ſicut Vrbanus Papa ij. ſub his verbis expreſsit. Erubeſcant impij, & intelligant iudicio ſancti ſpiritus eos, qui in ſacris ordinib. presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſte non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. & iterū. Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis, & qui vſq. ad ſubdiaconatum vnicam, & virginē vxorem habuit, & ad ſimilitudinem diaconi, & presbyteri ſubdiaconus continentiam debet obſeruare, ſicut eſt in ſexta ſynodo conſtitutum. vt ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, in nuptiali iure mulieri voluerit copulari; hoc ante ſubdiaconatus ordinem faciat. & beatus Gregorius ſtatuiſſe legatur, vt nullum facere ſubd. præſumāt Epiſcopi, niſi qui ſe caſte victurum promiſerit. nos volētes ſub hoc articulo diſceptationis materiam anputare; ſtatuimus, vt ſubdiaconus libere valeat in Epiſcopū eligi, ſicut diaconus, vel ſacerdos.

*Idem L. tt. ſanctæ Crucis presbytero Cardi.* Cap. 7.

c. 10. de ætate

TVAM in domino diligentiam cōmendamus, quā ſuper monaſterio ſancti Quirici reformando dignoſceris adhibere. Deuotioni tuæ p. auctoritate m. qua. ſi non potes eidem monaſterio de perſona idonea melius prouidere, tu monachum illū, quem in litteris tuis de honeſtate, ac induſtria commendaſti, per quem ſtatus eiuſdem loci creditur reformandus, nullum prorſus habens reſpectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, ſed ex tuo dumtaxat prouiſionis officio inſtituas in Abbatem: ita videlicet quod ad ſacros ordines non aſcendet, cum inſtante neceſſitatis articulo poſſit in Abbatē aſſumi, etiam in minorib. ordinib. conſtitutus; & laici memorati non ſint conſanguinitate, vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipſorum petitione debeat contra eum aliqua ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

## DE SCRVTINIO FACIENDO. Tit. x.

*Idem.* Cap. vn.

De ſcru. in ord. c. vn.

EX parte tua fuit propoſitum. & infra. Quæſiuiſti præterea per ſe. Ap. edoceri; vt, cum Epiſcopi ad conſecrationes Epiſcoporum ab Archiepiſcopo ſuo, vel alio euocentur, & ipſi metropolitano electū offerant cōſecrandū, dicētes: Reuerēde pater poſtulat ſancta mater eccleſia hunc electum in Epiſcopum conſecrari; & interrogante Archiepiſcopo, ſi ſciant illum eſſe dignum, reſpondeant, quod illum ſciunt, & credunt pariter eſſe dignum; & te in reſponſione huiuſmodi ne offenderes hominem, Deum extimes offendiſſe, quandoq. præter, quandoq. contra conſcientiam reſpondendo, cum electi conuerſatio, aut minus tibi bene cognita, aut penitus ſit ignota; qualiter in huiuſmodi interrogationibus ſalua conſcientia valeas reſpondere. Ad quod f. t. reſpondemus, quod cum nos aliquem in diaconum, vel presbyterum promouemus, prior diaconor. qui nobis aſsiſtit, dicit. pos. ſancta mater eccleſia catholica hunc ſubdiaconum, vel diaconum ad onus presbyteratus, vel diaconatus aſſumi; & nobis interrogantibus, ſi eum cognouit eſſe dignum, idem reſpondet, quod quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcit, & teſtificatur, illum ad huiuſmodi onus officij eſſe dignum. Vnde in tali reſponſione aliquem peccare non credimus, dum hoc modo contra conſcientiam non loquatur; quia non ſimpliciter illum aſſerit eſſe dignum; ſed in quantū humana fragilitas noſſe ſinit: cum illū, quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat extimare. huiuſmodi ergo reſpōſione ſecure poteris vti, niſi forte de indignitate tibi conſtiterit conſecrandi. ſi autem illum indignum eſſe cognoſcis; metropolitano prius, quam ad huiuſmodi ſcrutinium veniatur, ſtudeas nuntiare. quāuis, vt diximus, nos interrogationi huiuſmodi non in conſecratione Pont. ſed in ordinatione diaconi, vel presbyteri faciamus.

## DE SACRA VNCTIONE. Tit. xj.

*Idem.* Cap. vn.

De ſacra vnct. c. vni.

CVM veniſſet ad Ap. ſe. ve. f. n. Brandiciberēñ. Epiſcopus, clara nobis inſinuatione monſtrauit, quod in cōſecratione ſua ſacram nō acceperat vnctionem: quoniā apud vos non conſueuere Pontifices, cum cōſecrantur, inungi. Nos ergo, quod illi defuerat, mādauimus in ipſo ſuppleri, facientes caput eius, & manus per ve. f. n. S. Epiſcopū Albañ. aſsiſtentib. ei duob. Epiſcopis ſecundum morem eccleſiaſticū ſacro chriſmate deliniri. hoc enim catholica tenet eccleſia, non ſolum ex prȩcepto diuino, verum etiam Apoſtolor. exemplo. In exodo quoq. legitur præcepiſſe dominum Moyſi, vt Aaron, & filios eius inungeret, qua. ei ſacerdotio fungerentur; & Anacletus origine Grȩcus, qui a beato Petro fuit in presbyterū ordinatus, & poſtea in Apoſtolatus officio Clemēti ſucceſsit, tradidit in ordinatione ſua vngēdos Epiſcopos more Apo-

Apoſtolorum,& Moyſi.quia omnis ſanctifi-
catio in ſpiritu ſancto conſiſtit,cuius inuiſibi
lis virtus ſacto eſt chriſmati permixta. Vnde
ſcire te volumus duas eſſe ſpecies vnctionis:
exteriorem,quæ materialis eſt,& viſibilis; &
interiorem, quæ ſpiritualis eſt , & inuiſibilis.
exteriore viſibiliter inungitur corpus:interio
re inuiſibiliter vngitur cor. De prima Iacob.
Apoſtol. ait , infirmatur quis in vobis, in-
ducat presbyteros eccleſię,& orent ſuper cū,
vngentes eum oleo in nomine domini;& ora
tio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Iaco-
bus Apoſtolus ait,vos vnctionem, quam ac-
cepiſtis ad ea,maneat in vobis,& non neceſſe
habetis,vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio
eius vos docet de omnibus. Vnctio viſibilis,
& exterior ſignum eſt interioris,& inuiſibilis
vnctionis; vnctio vero inuiſibilis, & interior
non ſolum modo eſt ſignum,ſed etiam ſacra
mentū.quia ſi digne ſumitur,vel agit,vel au-
get abſq.dubio , quod deſignat. ad exhiben-
dum autem exteriorem,& viſibilem vnctio-
nem,benedicitur oleū,quod dicitur catechu-
minorum,vel infirmor. & conficitur chriſma,
quod ex oleo fit,& balſamo myſtica ratione.
Per oleum enim nitor conſcientiæ deſigna-
tur,iuxta quod legitur:prudentes virgines ac
ceperūt o.in v. ſuis c. lam. Per balſamū enim
exprimitur odor famæ ; propter quod dici-
tur,ſicut balſamū aromatizans od. dedi. hoc
igitur chriſmate vngi debet Epiſcopus, non
tam in corpore,quam in corde; vt & interius
habeat nitorem conſcientiæ,quantū ad oleū,
& exterius habeat odorē famæ, quo ad pro-
ximum. De nitore conſcientiæ dicit Apoſto-
lus,gloria mea hæc eſt,teſtimonium conſcien
tiæ meę. Nam omnis gloria filiæ Regis ab in
tus:de odore famæ idē Apoſtolus ait, Chriſti
bonus odor ſumus in omni loco , & alijs ſu-
mus odor vitæ in vitam, & alijs odor mortis
in mortem. debet enim Epiſcopus bonū ha-
bere teſtimonium,& ab ijs,qui intus ſunt, &
ab ijs,qui foris ſunt,vt cortina cortinam tra-
hat,& qui audit, dicat veni.hoc vnguento ca
put,& manus Epiſcopi conſecrantur.per ca-
put enim mens intelligitur,iuxta illud, vnge
caput tuum,& faciem tuam laua; per manus
opera deſignātur,iuxta illud:manus meæ di-
ſtillauerunt. Manus igitur vngūtur oleo pie-
tatis, vt Epiſcopus operetur bonum ad om-
nes,maxime autem ad do.fi. caput autem vn
gitur balſamo caritatis; vt Epiſcopus diligat
Deum ex toto corde,& ex tota mente, & ex
tota anima,& proximū ſuum,ſicut ſe ipſum.

Caput inungitur propter auctoritatem , &
dignitatem. Manus propter miniſterium, &
officium. Caput inungitur, vt oſtendatur il-
lius repræſentare perſonam,de qua dicit Pro
pheta,ſicut vnguentum in capite eius &c. Ca
put enim viri Chriſtus, caput Chriſti Deus.
qui de ſe dicit , ſpiritus domini ſuper me, eo
quod vngit † me,euangelizare me miſit pau- † *al. vnxit*
peribus. Manus vnguntur Epiſcopo,vt oſten
datur accipere poteſtatem benedicendi , &
conſecrandi. vnde cum eas conſecrator inun
git; conſecrare inquit,& ſanctificare digneris
domine manus iſtas per iſtam vnctionem, &
noſtrā benedictionē:vt quemcūq.cōſecraue-
rint,cōſecretur,& quoſcūq.benedixerint,be
nedicātur in nomine domini. Vnde in veteri
t.non ſolū vngebatur ſacerdos, ſed etiā Rex,
& Propheta, ſicut in libro Regum dominus
præcepit Heliæ. Vade, & reuertere in domū
tuam,per deſertum in Damaſcum. Cumque
perueneris illuc, vnges Azaël in Regē ſuper
Syriam, & Geu filium Nauſi vnges Regem
ſuper Iſraël. Heliſeum autem filium Saphar,
qui eſt de Abel,vnges Prophetam pro te.ſed
vbi Ieſus Nazarenus,quē vnxit Deus de ſpi-
ritu ſancto,ſicut in actibus Apoſtolorum le-
gitur;vnctus eſt oleo præ conſo. ſ. qui ſecun
dum Apoſtolum eſt caput eccleſiæ, quę eſt
corpus ipſius Principis. Vnctio a capite ad
brachium eſt tranſlata , vt Princeps extunc
non vngatur in capite,ſed in brachio,ſiue hu
mero,vel in armo,in quibus principatus con
grue deſignatur,iuxta quod legitur:factus eſt
Principatus eius ſ. h. e. &c. Ad quod etiam
ſignificandum Samuel fecit poni armū ante
Saul,cui dederat locum in capite ante eos,qui
fuerant inuitati. In capite vero Pont.ſacramē
talis eſt dilinitio conſeruata, quia perſonam
capitis in Pontificali officio reprę̨ſentat. Re-
fert ergo inter Pontificis,& Principis vnctio
nē,quia caput Pōt.chriſmate cōſecratur,bra
chiū vero Principis oleo dilinitur, vt oſtēda-
tur quāta ſit differētia inter auctoritatē Pōt.
& Principis auct. Quia vero Chriſtus fecit nos
in ſanguine ſuo Deo noſtro regnum,& ſacer
dotes , propter quod Petrus Apoſtolus ait.
Vos eſtis genus electum,regale ſacerdotium.
Id circo in nouo teſtamento,non ſolum ſacer
dotes, & Reges vnguntur, ſed omnes Chri-
ſtiani bis ante baptiſmum , ſed oleo benedi-
cto primū in pectore, deinde inter ſcapulas,
& bis poſt baptiſmum, ſed chriſmate ſacro
primū in vertice,demum in fronte.in pectore
namq. baptizandus inungitur, vt per ſancti





ſpiritus donū abiciat errorem,& ignorantiā,
& ſuſcipiat fidem rectam:quia iuſtus ex fide
viuit. Inter ſcapulas autē baptizandus inun-
gitur,vt per ſpiritus ſ. gratiam excutiat negli
gentiam,& torporē, & bonam operationem
exerceat;quia fides ſine operib.mortua eſt,vt
per fidei ſacramentū ſit munditia cogitatio-
num. In pectore;vt per operis exercitium ſit
fortitudo laborum. In ſcapulis quatenus fides
per dilectionem ſecundum Apoſtolum ope
retur. In vertice vero baptizatus inūgitur, vt
ſit paratus omni petenti de fide reddere ratio
nem,quia per caput mens intelligitur; iuxta
quod legitur:oculi ſapientis in capite eius, cu
ius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſen-
ſualitas. Vnde bene per verticē,quæ ſuperior
eſt pars capitis,intelligitur ratio,quę ſuperior
pars eſt mentis. In fronte vngitur baptizatus,
vt libere cōfiteatur,quod credit. quia corde
creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit
ad ſalutē.memor eius,quod dominus ait: qui
me conf.f.c.ho.conf.& ego, &c. ante baptiſ-
mum ergo quod vngitur oleo benedicto, &
poſt baptiſmū chriſmate ſacro,quia chriſma
ſoli competit Chriſtiano;Chriſtus n. a chriſ-
mate dicitur,vel potius a Chr̄o dicitur chriſ-
ma,non ſecundum nominis formam,ſed ſe-
cundum fidei rationem,a Chriſto vero Chri-
ſtiani dicuntur , tamquam vncti deriuentur
ab vncto, vt omnes concurrant in odorē vn-
guenti illius,cuius nomē oleum eſt effuſum.
Per frontis chriſmationem manus impoſitio
deſignatur , quæ alio nomine dicitur confir-
matio:quia per eam ſpiritus ſancti ad augmē
tum datur,& robur. Vnde,cū ceteras vnctio-
nes ſimplex ſacerdos. i. presbyter valeat ex-
hibere;hanc nō,niſi ſummus ſacerdos. i. Epi-
ſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſto-
lis legitur;quorum vicarij ſunt Epiſcopi, qui
per manus impoſitionem ſpiritum ſ.dabant,
quemadmodum actuum Apoſtolorū lectio
manifeſtat. Cum audiſſent,inquit, Apoſtoli,
qui erant Hieroſolymis,quia recepiſſet Sama
ria verbum Dei,miſerunt ad eos Petrū,& Ioā
nem;qui cū veniſſent,orauerunt pro ipſis, vt
acciperent ſpiritū ſanctū,nondum n.in quem
quam illorū venerat,ſed baptizati tantū erāt
in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant
manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritū s.cu
ius aduentus per vnctionis myſterium deſi-
gnatur,quia colūba,in qua ſpi. ſ. ſuper Chri
ſtum in baptiſmo deſcendit,ad veſperā in ca
† *al. viridātis* taclyſmo reuertens,ramum retulit virentis †
oliuę.cuius vtiq.ſacramētū Dauid Propheta
prę̨noſcens exhilarandam faciem in oleo prę

dicauit. Vngitur prę̨terea ſecundū ecc.morē,
cū cōſecratur altare,cū dedicatur templū,cū
benedicitur calix,non ſolū ex mandato legis
diuinæ;verū etiā exemplo beati Silueſtri,qui
cū conſecrabat altare, illud chriſmate perun
gebat.præcepit n.dominus Moyſi,vt faceret
oleum vnctionis,de quo vngeret tabernaculū
teſtimonij, & arcā teſtamenti , menſamq. cū
vaſis,de quib.etiam ſi forſitan dubitaueris,cū
a te fuerimus requiſiti,f.t.plenius inſtruemus.
Verūtamen vnctionis ſacramentū aliud qui-
dem efficit,& figurat, tam in nouo, quam in
veteri teſtamēto. Vnde nō iudaizat eccleſia,
cū vnctionis celebrat ſacramentū;ſicut aliqui
mentiuntur,qui neq.ſcripturas,neq.Dei no-
uere virtutē. Monemus igitur, f.t.& ex.at. ac
per A.s.m.qua.ad mādatū dil.fil.n.tt. ſanctæ
crucis presbyteri Card. Ap.ſe.Leg.tu quoq.
ſacram accipias vnctionem:ne quid tibi deſit
ad virtutē ſacramēti,cū & † ſacro fueris chriſ † *et cū forte*
mate delinitus,Archiepiſcopos,& Epiſcopos
tuos ſimiliter vngas,& per eos facias manus
ſacerdotum inungi oleo benedicto. Illū de ce
tero in ordinandis presbyteris,& conſecrādis
Epiſcopis morē ſeruans,& faciens obſeruari,
quē Ap.ſe.obſeruat;quæ diſponēte domino
cunctorū fideliū mater eſt,& magiſtra. Mit-
timus autem tibi per Car.prę̨dictū Pontifica
lia ornamenta,caligas,& ſandalia,amictū, &
albam,cingulum,& ſuccinctorium,orariū,&
manipulum,tunicam,& dalmaticam, chiro-
thecas,anulū, planetā,& mitram.palliū vero
per di.fi.I.capellanū noſtrū antea miſeramus,
& licet Rom.Pont.non vtatur baculo paſto-
rali,tum propter hiſtoriam,tum etiā propter
myſticam rationem, tu tamē ad ſimilitudinē
aliorū Pōt.poteris eo vti,quorū omniū ratio-
nem idem Card. ſicut a nobis accepit, te po-
terit edocere.

## DE SACRAMENTIS NON ITE-randis. Tit. xij.

*Idem Epiſcopo Helieñ.* *Cap. vn.*

PASTORALIS officij diligētia. De ſacr. non ite. c. 1.
& infra. Præterea nos conſulere vo-
luiſti, an permitti debeat miniſtrare,
ſiquis ſine impoſitione manuū fuerit ad or-
dinem diaconatus aſſumptus;etſi confirma-
tionis ſacramentum in eo debeat iterari, qui
per errorem fuit non chriſmate,ſed oleo deli
nitus. ad quæ f.t.breuiter duximus reſpon-
dendum,quod in talibus non eſt aliquid ite-
randum,ſed caute ſupplendū, quod incaute
fuerat prætermiſſum.

## DE CORPORE VITIATIS. Tit. xiij.

*Idem Parieñ. Epiſcopo.* *Cap. 1.*

Decorp. uit. c.5. EX parte dilecti fi. M. presbyteri fuit in audientia noſtra propoſitū; quod cū ſibi ſentiret lepre periculum imminere; de conſilio medici virilia ſibi fecit abſcindi, vt poſſet a tam grauis infirmitatis vitio liberari; & vt prouideremus ei, ſuper executione ſui officij a nobis humiliter poſtulauit. quoniā igitur canones ſanctor. patrū huiuſmodi a ſacri altaris adminiſtratione nō prohibent; fr. t. p A.s.m. qua. ſi ita ſe rei veritas habet, & me. M. eſt alias idoneus, vt ſui officij miniſteriū exequatur, nullius cōtradictionis, vel ap. ob. auctoritate fretus Ap. liberā ei tribuas facultatē.

*Idem Militeñ. Epiſcopo. Cap. 2.*

c.6.e. EXPOSVISTI nobis in noſtra preſentia cōſtitutus, quod I. quondā prædeceſſor tuus P. in Abbatem promouit neſciens, quod ipſe manu altera eſſet mutilatus, quia vero Abbas ipſe noſcitur ſiniſtra carere; quid ſuper hoc agendum ſit, noſtra voluiſti reſponſione doceri. Nos igitur f.t.t. reſpōdemus: quod, cū pro tam enormi defectu ad ſacros non poſsit ordines promoueri, & ipſe in promotione ſua id tacuerit fradulenter, ab Abbatię offiçio eſt non inmerito amouendus.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS. Tit. xiiij. *Idē Wtilameñ. Epō. c.1.*

Debiga. c.4. NVPER a nobis t.f. & intra. Tertius, & vltimus inquiſitionis articulus videbatur habere nō modicum queſtionis; quoniā, cū in matrimonijs contrahendis, nō iuris affectus, ſed animi deſtinatio attēdatur, vnde illum comitatur infamia, qui duas ſimul habet vxores; quod partim ad factum cōuenit retorqueri, ſicut & quod in canone legitur de presbytero, qui nō legalib. nuptijs detinetur; eadem cenſura tales videntur inter bigamos reputādi. licet optinet† ex aduerſo, quod opinioni ſit veritas preferēda; & quod iuxta premiſſa, qui nullā vxorē habuit, foret bigamus reputandus; quod cōtingeret, ſi quis de facto cōtraheret cū diuerſis, quib. de iure nō poſſet matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæſtione taliter reſpondemus, quod cū clericis huiuſmodi, qui quantum in ipſis fuit, ſecundas ſibi mulieres coniunxerunt, tamquā cū bigamo nō licet diſpenſari, licet in veritate bigami non exiſtant, non propter ſacramēti defectū, ſed propter affectum intentionis cū opere ſubſecuto. *Idē Meteñ. Epō. c.2.*

†obuiet forte

c.5.e. DEBITVM paſtoralis officij. & infra. Secundus autem tuæ dubitationis articulus cōtinebat, an is, qui mulierem ab alio viro traductam, ſed non cognitam ſibi matrimonialiter copulauit, valeat ad ſacerdotiū promoueri. licet autē is, qui ab alio viro relictā duxit in cōiugem, ſiue cognita fuerit ab illo, ſiue incognita manſerit, videatur duxiſſe viduam in vxorē, vt pote cuius vir erat mortuus, cū duxit eandem; ſicut & ille bigamus eſſe videtur, qui cū duab. legitime cōtraxit vxorib. ſiue alteram, ſiue neutrā coguouerit, quia vir extitit duarū vxorū. Nos tamen f.t. ita duximus reſpōdendū, quod cū duo ſint in cōiugio, videlicet conſenſus animor. & cōmixtio corporū, quorū alterū ſignificat caritatē, que cōſiſtit in ſpiritu inter Deū, & iuſtā animā, ad quod pertinet illud, quod dicit Apoſtolus: qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo; reliquū vero deſignat cōformitatē, que conſiſtit in carne inter Chriſtū, & ſanctā eccleſiam; ad quod pertinet illud, quod euāgeliſta teſtatur, verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. profecto cōiugiū illud, quod nō eſt cōmixtione corporis cōſumatū: nō pertinet ad illud cōiugiū deſignādū quod inter Chriſtū, & eccleſiā per incarnationis myſteriū eſt cōtractū, iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat protoplaſtus: Hoc nunc os ex oſsib. meis, & caro de carne mea, & propter hoc relinquet homo patrē, & matrē; & adherebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna. ſtatim ſubiūgit: hoc autē dico magnū ſacramētum in Chro, & eccleſia. cū ergo propter ſacramēti defectū inhibitū ſit, ne bigamus, aut maritus vidue preſumat ad ſacros ordines promoueri, quoniā nec illa eſt vnica vnici, nec iſte vnus vnius: profecto, vbi deficit inter huiuſmodi cōiuges cōmixtio corporū, nō deeſt iſtiuſmodi ſignaculū ſacramēti. Vnde is, qui mulierē ab alio ductam, ſed minime cognitā duxit in cōiugē, quia nec illa, nec ipſe carnē ſuā diuiſit in plures, propter hoc impediri nō debet, quin poſsit ad ſacerdotiū promoueri.

DE SERVIS ORDINANDIS. Tit. xv. *Idem Vacieñ. Epiſcopo. c.vn.*

De ſeru. nō ord. c.6. EO libentius. & infra. Adieciſti aliam queſtionem, an illorum filij, qui eccleſie ſeruili cōdicione teneantur, traditi a parentib. militie clericali, cū ſuor. cōniuēti a dominor. vt Deo in ea, cuius ſunt, eccleſia debeāt deſeruire, aſſequētes propterea libertatē, poſt tēpus eadem relicta poſsint ad aliā ſe trāsferre. inquo capitulo credimus diſtinguendū, vtrum eo tenore fuerint manumiſsi, & oblati ordini clericali, quod manumittenti eccleſie, dū vixerint, debent impendere famulatū in obſequijs diuinorū, & tunc trāſferendi ſe ad aliam eſt eis licentia deneganda, vel manumiſsi extiterint abſolute; ſicq. libertatem habeant ad aliam tranſeundi.





DE CLERICIS PEREGRINIS. tit. xvj. *Idem Conſtantinopol. Patriarche. Cap. 1.*

De cler. per. c.1. INTER quattuor animalia. & infra. Conſuluit nos inſuper tua fraternitas, vtrum clericos ad te ſine ſuor. ordinatorum litteris venientes, & offerentes præſtare corporaliter iuramentum, quod ſint in quouis ecc. ordinū cōſtituti, debeas ad ſuperiores ordines promouere. Nos igitur inquiſitioni tue taliter reſpōdemus, quod niſi de ipſorū ordinatione canonica, per idonea tibi cōſtiterit argumēta, eos nec in illis ſuſcipere, nec ad maiores debes ordines promouere, præſertim antequam eorū conuerſatio fuerit approbata. *Idē. c.2.*

c.3.e. TVAE f. diſcretio poſtulauit per ſedem Ap. edoceri, vtrum clericos illos, qui ad partes Hieroſolymitanas ſine cōmendaticijs litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina; cum pleriq. eorum, de quor. canonica ordinatione non conſtat, ſtatim vt veniunt, preſumunt non expetita licentia celebrare. & infra. Nos autem tuam in domino ſollicitudinē commendantes, ſuper primo articulo f. t. reſpondemus; quod niſi legitime tibi conſtiterit, ſiue per litteras, ſiue per teſtes de illorum ordinatione canonica, qui penitus ſunt ignoti, nō debes ipſos permittere tuis plebibus celebrare. ſed ſi forſā eor. aliqui ſecreto ex deuotione celebrare voluerint, poteris ſuſtinere.

DE OFFICIO VICARII. Tit. xvij. *Idem Abbati ſancti Eugenij, & plebano ſancti Petri in Pixide, & B. Canonico plebis de Marinberiſcñ. & Floreñ. diœc. Cap. vn.*

De off. vic. c.5. TVA nobis veñ. f. n. & infra. Nos igitur vicarij litteras æſtimantes per ſubreptionem obtētas, quoniam iuriſdictio vicarij, quem Rom. Pont. in vrbe relinquit, non extenditur extra vrbem, niſi ſpecialiter ſit ei conceſſum, præſertim, cum ipſe moratur in ſua prouincia ſpeciali, videlicet inter Capuanā prouinciā, & Piſanam: diſ. v. p Ap. s.m. qua. quidquid occaſione litterarū illarū actum eſt, in irritum reuocantes, prefatam excōmunicationis ſententiā, ſicut rationabiliter lata eſt, faciatis re. ap. ob. firmiter obſeruari.

DE OFF. IVDICIS DELEGATI. t. xviij. *Idem Regiñ. Archiepō, & Epō Cephaludeñ. c.1.*

Deoff. & pot. iud. de. c.11. CVM cauſa, quæ vertitur inter f. n. Montiſregalis, & Roſaneñ. Archiepiſcopos, ſuper quibuſdam decimis, ve. f. n. Parnomino, † & Capuano Archiepiſcopis, & tibi frater Regin. cōmiſſa fuiſſet a nobis ſine debito terminanda, predictus Archiepiſcopus Montiſregalis, ſicut ex litteris tuis accepimus, ad primā prædictorū Panormitañ. & Capuañ. Archiepiſcopor. citationem acceſsit, in quorū præſentia cōſtitutus excipiēdo propoſuit, quod pro duab. cauſis eorū non deberet ſtare iudicio, tum videlicet, quia cauſa ipſa trib. fuerat delegata, & ab illis duob. tātū, te frater Regin. preſente inconſulto, ac inſcio, nec vices tuas eis ſuper hoc cōmittente, fuerat ad iudiciū euocatus, tum etiā quia ante ipſor. citationē pro eadem cauſa nuntiū ad ſe. Ap. trāſmiſerat, in quo decretalem felicis me. Alex. PP. iij. p̄ .n. ſibi affirmabat apertius ſuffragari. At vero ijdem Archiepiſcopi exceptiones ipſius nolentes admittere, cōtra eū, vt reſpōderet, interlocutoriā ſententiā protulerūt, propter quod idē Archieps ſe ſentiens prægrauari, ſe. Ap. appellauit. Nos igitur predictor. inquiſitionē, & deciſionē canonicā veſtre deciſionis examini cōmittētes, f.u. p A.s.m. qua. vocatis ad preſentiā veſtrā, qui fuerint euocādi, & inquiſita ſuper his diligentius veritate, ſi vobis cōſtiterit, prædictos Archiepiſcopos exceptiones predictas nullatenus admiſiſſe, nō obſtāte eo, quod per ipſos factū eſt, decimas ipſas, quib. prædictus Montiſregalis Archiepiſcopus ſe, poſtquā nuntij ſui propter hoc ad ſe. Ap. acceſſerūt, aſſerit ſpoliatū, precipue cū eaſdē tā ſibi, quā eccleſiæ ſuæ a ſe. Ap. aſſerit fuiſſe cōfirmatas, ſiue per laicalē potētiā, ſiue etiā per eoſdē iudices ſit factū, cū fructib. inde perceptis, ſub. cuius. contr. & ap. ob. reſtitui faciatis, audientes poſtmodū, quantū de iure poteritis quidquid fuerit quæſtionis, & ap. re. ſine debito decidētes. *Idē Conuentui de Conchis. c. 2.*

† Panormitano. forte

c.23.e. CVM ſuper Abbatia monaſterij vri inter vos, & S. quondā Abbatē fuiſſet queſtio diutius agitata, demū ſuper cauſa ipſa ad Lexouioñ. Epiſcopū, & Abbatē noſtre fuerūt littere deportate. & infra. Quāuis ſolus Abbas, ante quā appellaretur ab eo, iuxta formā litterar. noſtra. procedere potuiſſet, quia tamen ex eo, quod cū ipſo Epiſcopo interlocutus eſt, app. nō tenuiſſe de iure ſine ipſo, dū poſſet, & nollet negotio intereſſe; per cōſequētiā cōfeſſus eſt ſe nō poſſe mādatū Ap. adimplere; nec ſuæ intētionis extitit, vt ſine cōiudice ſuo aliquid diffiniret; & cū eo, qui iā iudex eſſe deſierat, aliquid ſuper premiſſo negotio rite diſponere nō valebat, volūtate, ac poteſtate ſibi mutuo aduerſantib. cū noluerit, quod potuerit; & quod voluerit, adimplere nequiuerit: quod a duob. factū fuit, effectū de iure nō potuit optinere. *Idē Epiſcopo Torlecañ. † c.3.*

†Torcellā forte.

c.24.e. CONSVLVIT nos tuæ f. prudentia; vtrum, cum ad recipiendos teſtes, depoſitiones publicandas eorũ, vel ſententiam proferendam, peremptorio citaſſes partes, & eorum altera ſe cõtumaciter abſentat die data; an circa vltimam ſaltem partem diei ſit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius ſubſequentem; & ſi expectaueris, vtrum contumax iterum ſit citandus, cũ non fuerit die partibus aſsignata proceſſum. Nos autem credimus diſtinguendum, vtrum iuriſdictio duret poſt terminum peremptorium, an expiret in illo; ſi durat, in diem alterã æquitate ſuadente poteris expectare, nec erit pars contumax peremptorio elapſo citanda, niſi gratiam ei fecerit benignitas iudicantis; ſi autem expiret, niſi partes, maxime cũ id nouerint, ſe tibi prę ſentauerint ea hora, qua cõgrue poſsis procedere ad exequẽdum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium aſsignaſti; extunc exequi poteris, quod intendis, ne fruſtra iudicialis inſtantia euaneſcat. Nec eccleſiaſticũ vero iudicium exerceatur in tenebris, quia iuxta teſtimonium veritatis; qui male agit, odit lucem: licet etiam ſecundum conſuetudinem, & cõſtitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat, & in media nocte deſinat ſubſequentis; vnde, quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legalis auctoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur. Nos tamen eam procedendi horam congruã intelligimus, ex qua poſsis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro diſcretus iudex in aſsignatione peremptorij non debet iuriſdictionem ſuam, niſi adeo neceſsitas exigat, coartare.

*Idẽ Abbati de Bordelia & Prioris ſepulchri c.4.*

c. 25. e. INSINVANTE dil. fi. R. rectore ſancti Albati, ad audientiam noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cũ olim cauſa ſuper iure parochiali inter ipſum, & Thomã rectorem capellæ ſancti I. de Glouernia Wigornieñ. diœc. vertebatur, ve. f. n. Wigornieñ. Epiſcopo, & coniudicibus eius a nobis obtinuit delegari. poſtmodum licet fuerit in eadem quæſtione proceſſum, tractu temporis, antequam ad diffinitiuę ſententiæ calculum veniretur, idem Epiſcopus ipſum R. in ſuũ familiarem admiſit, ſine quo ſecundi duo iudices, ſecundum quod in noſtris litteris mandabatur, in cauſa procedere non valebant, & alter ipſorũ officialis eſt Epiſcopi ſupradicti, propter quod aduerſę parti poterat ſuſpectus haberi. Vnde cũ ex cauſa huiuſmodi tã Epiſcopus, quam officialis prędictus, vt pote quos idem R. iudices poſtularat, & ipſe familiaris eorum poſtmodũ eſt effectus, ab aduerſa parte poſſent merito recuſari, deciſionem ipſius cauſę veſtræ petijt diſ. cõmitti. Quo circa f. t. per A. ſ. m. qua. ſi eſt ita, niſi poſtquam eius familiaris eſt effectus, litigare conſenſerit coram illo, in cauſa ipſa ſecundum priorum continentiam litterarũ, ratione præuia, re. ap. ob. procedere non tardetis. Alioquin partes ad priorum iudicum reuertantur examen.

*Idem Priori ſancti Fridiani.* *Cap. 5.*

QVAERENTI, quid per cen. eccleſiaſticã. & infra. Si vero delegatus a nobis excõmunicet illum, qui rei iudicatæ parere cõtemnit, licet aliquibus videatur, quod ſuo ſit functus officio, vt vlteriorem non habeat ex delegata ſibi iuriſdictione proceſſum; alij autem dicãt, quod iuriſdictio eius duret, donec ſententiæ pareatur, vt interim abſoluere poſſit parere volentem: nos tamen per æquitatis ſemitam incedentes, p̃. auct. ſtatuimus; vt delegatus a nobis, non ſolum vſq. ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluendum debitum a lege reo conceditur, ſed vſq. ad integrũ annũ iuriſdictionem ſibi cõmiſſam ad exequendũ ſententiam valeat exercere, ſicut obſeruatur in illo, qui ante litis conteſtationẽ contumax inuenitur. *Idẽ Cãtuarieñ. Archiep̃o. c.6.*

c. 27. e. SVPER quęſtionũ articulis, de quib. nos cõſulere voluiſti, f. t. taliter reſpõdemus, quod per cõſtitutionem noſtrã conſultationi bo. me. Alex. Papæ ij. p̃. n. nullatenus derogatur; ſed illa per iſtam exponitur, immo in iſta verius, quę in illa fuerant prætermiſſa, ſupplentur. ipſe namq. reſpondit, quod ſi ſuper cauſa, quæ alicui ex Ap. delegatione committitur, a perſonis ecc. vni, vel plurib. quib. delegatus, vt parcat laborib. & expenſis, cauſæ cognitionẽ ipſius, & teſtiũ examinationem ſententia ſibi reſeruata cõmittit, app. fuerit interpoſita, huiuſmodi app. intuitu cauſam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem ſtatuimus, quod licet is, cui cauſa cõmittitur, ap. re. non poſsit eam alijs ſine prouocationis obſtaculo delegare: ſi tamen delegatus a nobis, vt iudex quicũq. nõ tam cognitorem, quã executorem ad aliquẽ certũ articulũ quempiam deputauerit ab eo, niſi modũ excedat, nõ liceat appellari, dũmodo de partiũ deputetur, vel recipiatur aſſenſu. Quod ſi delegatus a nobis, vel litis exordiũ, vel cauſę finẽ ne dũ totũ negotiũ ei duxerit cõmittendũ, ab ipſo tãquam a iudice



dice licite prouocetur, cũ & lis ante iudicem debeat conteſtari, & cauſa per iudicem diffiniri. Intentionis igitur noſtræ fuit, ſicut ex tenore conſtitutionis præmiſſæ poteſt liquido deprehẽdi; quod &, vt iudicialis auct. liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite poſsit, & principium, & finem, & medium cauſę ſibi cõmiſſæ non ſolum coniunctim, ſed & diuiſim alij delegare, non obſtante quod dicitur, quod iudex debet cognoſcere per ſe ipſum in principio, in medio, & in fine; cũ antequam ferat ſententiam, vniuerſa, quæ acta ſunt in iudicio, inueſtigare debeat diligenter. Verum cum totam cauſam cõmittit alicui, vel principium, aut finem ipſius, ab eo tamquam a iudice poteſt licite prouocari. Cum autem alicui media tãtum cõmittit, ab ipſo tamquam ab auditore prouocari poteſt, niſi mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus. Vnde ne valeat recuſari, prouide ſtatuimus, vt de partiũ detur, vel recipiatur aſſenſu. Porro cũ delegatus a nobis iuriſdictionem ſuã in aliũ transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debet. cũ autem aliquid ſibi de iuriſdictione reſeruat, ſi cauſa ei ap. re. ſit commiſſa, non ad nos, ſed ad eum de iure poterit appellari. Vnde ſi forſitan appelletur ab eo, cui media quæq. cõmittit, ſiue cognitor, aut executor dicatur, vel quod melius eſt, auditor; pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus, nihilominus tamen delegatus a nobis, iuxta conſultationem præmiſſam, cauſam poterit diffinire, vt parcat laboribus partium, & expẽſis. Eum vero quem delegatus a nobis deputauerat auditorem, neutra partium poterit recuſare, niſi corã eo iuſtam recuſationis cauſam oſtẽdat. Si vero duo ſunt a Principe delegati, & vnus committit vices ſuas alteri, ille nec poteſt ap. re. procedere, nec cauſam alij delegare; quamuis in cõmiſsione facta duobus contineatur expreſſum, vt ap. re. procedere alter poſsit ſine reliquo, ſi non poſſunt ambo pariter intereſſe. quia quod poteſt ex ſola iuriſdictione ſibi a Principe delegata, non poteſt cũ iuriſdictione ſibi a condelegato commiſſa. Vnde, ſi ab eo fuerit appellatum, licet aliquibus fuerit viſum, quod ad delegatum etiam valeat appellari; nobis tamen videtur, quod ad primum dumtaxat appellandum eſt delegantem, propter rationem ſuperius aſsignatam. Eius ergo appellatio, de quo fraternitas tua nobis ſcripſit, ſi noſtræ conſultationis occaſione ad noſtram audientiam appellauit, pro eo quod delegatus a nobis reſeruata ſibi diffinitiua ſententia audientiam cauſæ commiſsit quibuſdam, qui de ipſius aſſenſu nec dati ſunt, nec recepti, niſi contra eos iuſtam recuſationis cauſam oſtenderit, vel paratus fuerit oſtendere coram iudice delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores, qui etiam ſi tãquam ſuſpecti fuiſſent merito recuſati; delegatus tamen a nobis nihilominus potuiſſet ſub. ap. diſ. cauſam ipſam iudicialiter expedire. Quod ſi iuſtam recuſationis cauſam noluit admittere delegatus, ſed coram ſuſpectis eum audiri cogebat, a tali grauamine licite potuit ad noſtram audientiam appellare: quodq. poſt ap. huiuſmodi eſt præſumptũ, iudicari debet irritum, & inane.

*Idem Epiſcopo Helieñ.* *Cap. 7.*

c.28.e. PASTORALIS officij diligentia, & ſollicitudo, quã geris circa executionem mãdatorum noſtrorum, & zelus rectitudinis tuę nos inuitant, vt quamuis ſimus multiplicib. negotiorum occupationib. præpediti, eis tamen ad horam ſubtrahimus nos metipſos, in qua tuis intendamus conſultationib. reſponſuri. conſuluit etenim nos tuæ f. diſ. vtrum ſi delegatus a Principe cauſam ſibi cõmiſſam alij voluerit delegare, nolentẽ delegationem ſuſcipete, ad ipſam ſuſcipiendam valeat coartare. Ad quod tibi de f. n. conſilio taliter duximus reſpondendũ; quod cũ delegato a Principe iuriſdictio dandi iudicem ſit a lege conceſſa, dummodo ipſe exonerare ſe ipſum malitioſe non quærat, poteſt compellere renuentem; eo quod iuriſdictio illa nullius videretur eſſe momenti, ſi coertionem aliquam nõ haberet. debet tamen delegatus prædictus ſollicite prouidere; vt ſi perſonis ſuperiob. exigente neceſsitate negotium duxerit delegandum, in coartationib. † inferendis dignitati deferat, & perſonæ. Subſequenter etiam quæſiuiſti; vtrum, cui voluerit delegatus, ſi viderit expedire, poſsit iniũgere, vt ad ſuã prę ſentiã citet partes, & eis ſi obedire contẽpſerint, pœnam infligere pro contẽptu. Ad quod f. t. breuiter reſpondemus; quod cũ totũ negotiũ alij poſsit cõmittere, ſicut ſuperius eſt expreſſum, citationis officium poteſt cuilibet, diſcretione præuia, demandare, ac punire merito contẽptorem. & infra. Pręterea poſtulaſti per ſe. Ap. edoceri; ſi cũ a ſentẽtia lata litterar. auctoritate noſtrar. in quib. app. eſt inhibita, fuerit appellatũ; & litteræ poſt appellationẽ ad iudices alios emanauerint, ad mãdatũ poſteriorũ iudicũ executio ſẽtẽtiæ a priorib. delegata

*† al. coactionibus*

 de-

debeat retardari, vt priores iudices ipſam, nec
per ſe, nec per alios exequantur. Nos autem
inquiſitioni tuæ ſic duximus reſpondendũ;
quod, cum nos appellationis cauſam ex certa
ſcientia iudicibus committimus alijs cogno-
ſcendam; appellationem videmur recipere,
ac iuriſdictionem priorũ iudicum reuocare,
vt interim executio ſententiæ ſuſpendatur,
donec app. merita plenius ſint diſcuſſa. & in-
fra. Quia vero ſępe contingit, quod executio
ſententiæ ordinario demandatur, ſe. duxiſti
Ap. conſulendam, vtrum ſi ordinarius ipſam
iniuſtam eſſe cognouerit, debeat eam execu
tioni demandare; an ſit ei potius ſubſiſtendũ.
Attendentes itaq. quod non cognitio, ſed exe
† al. de eſt tãtũ cutio tantum † demandatur eidem, inquiſi-
tioni tuæ taliter duximus reſpondendum;
quod, cum ordinarius teneatur obſequi, &, ſi
ſciat illam ſententiam iniuſtam, exequi nihil-
ominus tenetur eandem, niſi apud iudicem
poſsit efficere, vt ab hoc onere ipſum abſol-
uat. & infra. Cum autem ſæpe contingat, ad
diem, quam iudex delegatus a nobis partibus
aſsignauit, eorum altera procurante, vt nego-
tium prorogetur; iudicem ipſum, a Rege, vel
Archiepiſcopo euocari: nos peruerſorum vo
lentes malignitatib. obuiare, decernimus; vt ſi
delegato conſtiterit hoc fuiſſe alicuius partis
malitia procuratũ, ipſam puniat animaduer-
ſione condigna; & ne aliquod lucrũ ex huiuſ
modi fraude reportet, perſonæ neutri parti
ſuſpectę, quantum ad diem illum committat
ipſum negotium audiendum: quæ in ipſo ap.
re. procedat, niſi forte partes ipſę conſenſe-
rint negotium prorogari.

*Idem Abbati ſancti Hilarij, Plebano ſancti Pauli Caſtell. diœceſ. & magiſtro G. Tercacineñ. Cap. 8.*

c. 29. c. EX litteris ve. f. n. Patriarchæ Gradeñ. ac
cepimus; quod cum dilectus fi. Gradeñ. Pri-
micerius, & Plebanus ſanctæ Sophiæ de Ve
netijs, quibus cauſa, quæ inter clericos ſanctę
Iuſtinæ, & presbyterum A. ſuper eo, quod
idem presbyter clericum ſe ipſius eccleſię aſ-
ſerebat, agitari dignoſcitur, a nobis fuerat de-
legata, mandaſſent eidem; vt memeratos cle-
ricos, qui per Archipresbyterum Paduanũ,
ad quem fuerat ſuper eodem negotio quod-
dam a nobis reſcriptum obtentum; in quo,
ſicut aſſeritur, de priorib. litteris mentio non
fiebat; denuntiati fuerant excommunionis
ſententiæ ſubiacere, niſi dictum presbyterũ
in ſocium reciperent, & in fratrem; idem Pa-
triarcha denuntiaret anathematis vinculo nõ
ligatos. ipſe volens eiſdem iudicibus in hac
parte parere, qui noſtra fungebantur aucto-
ritate, maxime cum ve. f. n. Caſtell. Epiſcopus
ipſis ſuper hoc parendum non duxerit requi
ſitus, clericis ſanctæ M. Formoſæ mãdatum
ſupradictorum iudicum per ſuas litteras nũ-
tiauit, quas dil. filius Archidiaconus Caſtell.
plebanus eiuſdem eccleſiæ legi publice corã
populo non permiſit, & infra. Vnde conſide
rans Patriarcha Archidiaconum ipſum per
tantarum iniuriarum exceſſum non ſe tan-
tũmodo, ſed etiam Gradeñ. eccleſiam, immo
nos ipſos grauiter offendiſſe, tam ipſum Ar-
chidiaconum, quam prędictam eccleſiam ec-
cleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. & infra. Cum
igitur ſuper pręmiſsis, & alijs vtriuſq. partis
per procuratores fuiſſet coram dil. fi. I. ſancto
rum Coſmæ, & Damiani diac. Card. quem
auditorem eiſdem dedimus, litigatum, & ipſe
nobis, quæ audierat, fideliter retuliſſet, quia
nobis conſtare nõ potuit, an per litteras, quæ
ad Paduañ. Archipresbyterum impetratæ di-
cuntur, cum nobis oſtenſę non fuerint, reuo-
catæ fuerint litteræ ad prędictos Primiceriũ,
& Plebanum obtentę. Cauſam ipſam veſtro
duximus examini committendam, per A. s.
m. qua. inquiſita ſuper præmiſsis plenius ve-
ritate, niſi vobis conſtiterit; quod litteræ, quę
ſecundo loco ad prędictũ Archipresbyterũ
impetratæ dicũtur, de priorib. litteris ad ſępe
dictos Primicerium, & Plebanum obtentis
expreſſam fecerint mentionem; vt per ſecun
das primæ appareant litterę reuocatæ, cum
primos iudices auctoritate litterarum noſtra
rum iuriſdictionem nõ ſit dubium habuiſſe,
quam potuerunt poſtmodum Patriarchæ,
quo ad executionem ſuę ſententię demanda-
re, ex qua coërtionem etiam idem Patriarcha
recepit; cum huiuſmodi demandata iuriſdi-
ctio deluſoria videretur; ſi ſubdelegatus hu-
iuſmodi coërtionem aliquam non haberet,
interdicti ſententiam ab eodem Patriarcha in
ſupradictum Archidiaconum promulgatam:
pro eo quod ipſe Patriarcha prædicti execu-
tionem impediens, eius litteras legi in publicũ
non permiſit; tam diu faciatis ſub. ap. ob. in-
uiolabiliter obſeruari, donec eidem Patriar-
chæ de iniurijs irrogatis ſufficienter fuerit ſa
tisfactum. Si vero conſtiterit primas litteras
per ſecundas legitime reuocatas, cum appa-
reat primos iudices iuriſdictionem nullam pe
nitus habuiſſe, & ita conſtet per conſequen-
tia Patriarcham ipſum non recepiſſe iuriſdi-
ctionem, vel coërtionem aliquam ab eiſdem;
prædictam interdicti ſententiam ab eodem
Pa-



Patriarcha prolatam denuntietis irritam, &
inanem.

*Idem Epiſcopo Pictauieñ. Cap. 9.*

c. 30. c. LICET vndiq. confluentium negotio-
rum multiplicitas copioſa noſtrum animum
ad curas varias impellere nõ deſiſtat: f. tamen
tua, quam ſincera complectimur in domino
caritate, ſollicitudinem ad tempus deponere
compulerit, quam in exequendis alijs ex de-
bito paſtoralis officij gerebamus, atq. tuã du
bitationem Apoſtolico certificare reſponſo.
Cum igitur a nobis duxeris requirendum, ſi
cauſam aliquam tribus iudicibus delegamus,
in noſtris apponi litteris illam clauſulam fa-
cientes, quod ſi non omnes his exequendis
poteritis intereſſe, duo veſtrũ eam nihilomi-
nus exequantur; & vnus, poſtquam cõmiſe-
rit cuidam ex alijs vices ſuas, de medio ſit ſu-
blatus, tertius vt ſuſpectus merito recuſetur,
an collega ſuperſtes ſuo nomine, ac defuncti
poſsit negotium diffinire. Inquiſitioni tuæ t.
reſpondemus, quod ſi iuriſdictione a ſuo ſibi
collega delegata, eo viuẽte vti non inceperit,
quia mandatum huiuſmodi reintegra morte
mandatoris expirauit, non habet ſolus offi-
cium indicandi. ſi vero ante mortem illius, iu
riſdictione vti cœperit taliter demandata, vi-
ces ſuas, & illius poterit adimplere.

*Idem Epiſcopo Baioceñ. Cap. 10.*

c. 31. c. CVM in iure peritus. & infra. Pręterea quę
ſiuiſti, cũ tibi ab aliquo ſub hac forma mãda
tur; auctoritate, qua fungor, iniungo, vt talem
denunties excommunionis ſententię ſub-
iacere; ac tibi ſuper mandato Apoſtolico hæ
ſitanti ab aliquo non ſit fides, an mandatum
huiuſmodi exequi tenearis. ſuper quo huiuſ-
modi tibi damus reſpõſum, quod niſi de mã-
dato ſe. Ap. certus extiteris; exequi non coge
ris, quod mandatur.

*Idem Pariſieñ. & Treceñ. Epiſcopis. & Abbati ſancta Genouephæ. Cap. 11.*

c. 32. c. CVM olim dil. fi. Abbas, & conuentus
Wireſaliaceñ. ſua nobis conqueſtione mon-
ſtraſſet, quod nobilis vir P. Comes Altiſsio-
dor. quoddam ſtagnum, molendinum, & do-
mum in terra eorum conſtruere nitebatur,
in ipſorum pręiudicium, & grauamen. ve. f.
n. Epiſcopo, & dilecto f. Theſaurario Niuer-
neñ. commiſimus cauſam ipſam, in quor. prę
ſentia partibus conſtitutis, ſicut per litteras
eorũdem accepimus, lite ſuper petitionib. ec-
cleſiæ conteſtata, receptis vtrinq. teſtib. & at
teſtationib. publicatis, cum ſuperdictis teſtiũ
inter partes fuiſſet poſtmodum diſputatum;
tãdem pars Comitis propoſuit corã eis, quod
de damnis in nemorib. & rebus alijs datis,
ſuper quibus teſtes deponere videbantur, co
gnoſcere non debebant; cum in reſcripto no
ſtro nulla de damnis mentio haberetur. Ad
quod inter alia fuit ex aduerſo reſponſum,
quod cum ſuper omnibus articulis, de quib.
teſtes depoſuerant, lis fuiſſet ſollemniter con
teſtata, de ipſis cognoſcere, ac pronuntiare iu
dices tenebantur. Ad hoc pars Comitis repli
cauit, quod etſi ſuper damnis a procuratore
ſuo lis fuerit conteſtata, ei tamen ex hoc non
poterat præiudicium generari: cũ ad hoc pro
curator datus non fuerit, ſed ad illam dumta
xat cauſam, quæ fuerat in litteris commiſsio-
nis expreſſa, ſuper caſtro videlicet, ſtagno, &
molendino. Ad hoc parte altera reſpõdente,
quod procuratoris factum Comes vlterius im
pugnare non poterat; quo vſq. poſt publica-
tionem teſtium minime duxerat reuocandũ.
Iudices autem ſuper hinc inde propoſitis, ha-
bito conſilio diſcretorum interlocuti ſunt,
quod ſuper damnis datis a Comite, ad eos co
gnitio pertinebat. Quo audito Comes ad
appellationis beneficium conuolauit. Vnde
ipſum iudices euocarũt, & nec per ſe, nec per
reſponſalem idoneum competentem † ex- † compareñ Greg. 9
cõmunionis vinculo aſtrinxerunt. & infra.
Quia vero ſuper damnis datis, antequam lis
fuerit conteſtata, nequaquam ad dictos iudi-
ces cognitio pertinebat, cum in reſcripto no-
ſtro nulla de ipſis mentio haberetur, nec ad
ipſos potuerit iuriſdictio prorogari. Cũ pro-
curator ad illa intelligatur ſolummodo con-
ſtitutus, quæ in commiſsionis litteris inueni-
untur expreſſa, & poſtquam Comes publica
tis atteſtationib. intellexit ſuper illis depoſi-
tum fuiſſe, protinus cõtradixit. Nos eoſdem
iudices pronuntiauimus minus iuſte interlo-
cutos fuiſſe, ac ſæpedictum Comitem, qui ob
hoc ad ap. beneficium conuolauit, excõmuni
onis ſententia non fuiſſe ligatum.

DE OFFICIO LEGATI. Tit. xix.

*Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina preſbytero Car. Ap. ſe. Legato. Cap. 1.*

NISI ſpecialis illa dilectio, quam De off. leg. c. 31
ad perſonam tuam habuimus, &
habemus; iuſtum, immo iuſtiſsi-
mum motum noſtri animi tem-
peraret, pœna docente cognoſce
res, quantum in perſonam tuam exceſſeris,
quantũ in Romanã ecc. deliqueris matrẽ tuã,
quæ cum te nutriuerit, & exaltauerit, tu eam
penitus ſpreuiſſe videris. Tu autẽ ſpretis ca-

 nonicis

nonicis ſanctionib. & conſuetudine generali motu proprio præſumpſiſti, quod nec factũ fuit,nec auditum;ve.f.n.Troiañ.Epiſcopum regni Siciliæ Cancellarium præter ſpeciale mandatum noſtrum de Troiana eccleſia ad Panormit.de facto,quia de iure non potuiſti, transferre.

*Idem eidem.* *Cap.2.*

c.4.e. QVOD tranſlationẽ Pontificis de Troiano Epiſcopatu ad Panormitañ. metropolim a te factam ratam nolumus habere,zelus vtiq.rectitudinis, non amaritudinis nos induxit.quia licet in regno Siciliæ generalis ſit tibi cõmiſſa legatio, ad ea tamen ſine ſpeciali mandato non debuiſti manus extẽdere, quæ in ſignum ſingularis priuilegij ſunt ſummo Pont. reſeruata; tamen, etſi quædam ex ijs, quę de ſpeciali conceſsione ſæpe fuere Legatis indulta, vt illorum videlicet abſolutio,qui propter ſacrilegas manuum iniectiones in clericos,inciderũt in canonem ſententię promulgatæ,videantur & ex ipſo Legationis officio iã licere Legatis: an exiſtimas,quia vices noſtras tamquam Legato tibi commiſimus, exequẽdas;quia Panormi.eccleſiã poſſes ſubicere Meſſañ. vt illã iſti præficeres, conceſſo ſibĩ priuilegio primatiæ? an putas ex eadem cauſa tibi licere duos Epiſcopatus vnire, vel vnum diuidere ſine licentia ſpeciali?Nõ ergo in eius odiũ, vel ad iniuriam tui reputes eſſe factum, ſed vt priuilegium Petri maneat inconcuſſum, cum et fe.me. Alex. Papa. p̃.n. quaſi ſimile fecerit, obuiando præſumptioni Legati,quem in Hiſpaniã deſtinarat, volenti ſimile attemptare.

*Idem Barẽtrã.Epiſcopo,& Marſicañ.Capellano, & ſubdiacono noſtro.* Cap. 3.

c.5.e. LICET Tran. canonici ab initio diſſenſiſſent,tandem tamen omnes vnanimitet cõſenſerunt,dil.f. G.fratrem Caſin.Abbatis in Archiepiſcopum eligentes, cuius electionem ve. f. n. P. Portueñ. Epiſcopus tunc Ap. ſe. Legatus examinari præcepit,& examinationem redactam in ſcriptis fecit ſigillis dilecti filij Archidiaconi, & magiſtri Petrach. muniri,cum ſuo quoq.ſigillo ad ſedem Ap trãſmittendam:litteras quoq.ſuas nobis pro fratre dicti Caſin. Abbatis deprecatorias deſtinauit; quas cum decreto electionis omnium canonicorum ſubſcriptionibus roborato,nec non & litteris ſuffraganeorum,&populi;tres de canonicis Traneñ. eccleſiæ ab vniuerſo capitulo deſtinati nobis humiliter præſentarunt,petentes electionem canonicam de perſona idonea celebratam auctoritate Ap. cõfirmari. Nos autem ad maiorem cautelam a præfatis canonicis iuramentum recepimus, non a nobis exactum,ſed ab illis oblatum;& factũ electionis,ſicut eſt & moris,& iuris, examinauimus diligenter. Interim vero nuntius præfati Caſin.Abbatis ſuas nobis litteras pręſentauit, grauem contra iam dictum Legatũ querimoniam continentes; quod poſtquam electionem examinauerat, & eam ad noſtræ deliberationis examen trãſtulerat, nuntijs iã directis,eandem electionem malitioſe nimis examinare præſumpſit. Vnde petebat per viros idoneos ſuſpicione carẽtes de ipſo facto inquiri. Cumq. præfatus ſuperueniſſet Epiſcopus,& ea,quæ geſta ſunt,intelleximus ab ipſo, de conſilio fratrum n. examinationem ſecundam, tamquam a nõ ſuo iudice factam, poſtquam nogotium ad noſtrum fuerat tranſlatũ examen,cenſuimus irritam, & inanem.

*Idem ſancti Apri,& ſancti Leonis Abbatib. & magiſtro R. Archidiacono Tulleñ.* *Cap.4.*

DILECTVS f.R.Meteñ. canonicus nobis humiliter intimauit,quod,cum ve. f.n. Pręneſtinus Epiſcopus Ap.ſe. Le. eccleſiam ſancti Trudonis eidem ad reſignationem proprij paſtoris in manibus eius factam liberaliter cõtuliſſet, dil.f.R.Meteñ.Archidiac. ad quem illius eccleſiæ præſentatio pertinebat; aſſerens, quod eodem inconſulto conferri non potuit a Legato, donationi eius minus rationabiliter ſe opponẽs, canonicum ipſum ſuper eadem eccleſia in debite moleſtare præſumpſit.cum igitur plus iuris habeat in conceſsione prælatus,quam in præſentatione patronus; ne præiudicetur prælato, ſi quando per Ap.s.Legatum, eo incõſulto,eccleſia cõcedatur:diſ.v.per A.s.m. qua. dictũ Archid. vt ab eius ſuper hoc indebita moleſtatione deſiſtat, mo. p̃. per cen. eccleſiaſticam ap.re. cogatis. c.6.e.

*Idem Illu. Regi Francorum.* *Cap.5.*

NOVIT ille, qui nihil ignorat; quod Regiæ ſublimitati.& infra.Nuper autem primo dil.f.M.& Walt. milites, & poſtmodum dil.f.magiſtrum F. Decanum Aurel. cũ litteris tuis benigne recepimus,&curauimus multipliciter honorare, ſicut per ipſos poterit plenius tuæ ſerenitati patere; ipſi autẽ in noſtra, & f.n.præſentia cõſtituti contra eund. Card. ex parte tua querimoniam intenderunt, videlicet quod cum tibi eſſet certa ratione ſuſpectus,poſt ap. ad nos interpoſitam extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti ſententiam promulgauit;qui etiam in animã tuã promiſerunt,& obtulerunt iurare,quod tu corã legatis,& delegatis noſtris ſuper hoc negotio ſtabis iuri, & quod propter huiuſmodi negotium nec per nos,nec per alium fueris ex parte noſtra citatus, vt iuri pareres,prædictam petens ſententiam, recepta huiuſmodi cautione iuratoria,relaxari.Ceterũ ad ea,quę contra Card.obiecerant,& eis reſpondimus, & tuæ magnificentiæ reſpõdemus, quod etſi fines regni Francorũ exierat,nondum tamen fuerat terminos ſuæ legationis egreſſus,cum nõ ſolum in regno Francorum,ſed in Vien. Lugduñ.& Biſunctun.† prouincijs iniunctã ſibi a nobis legationis ſollicitudinem ſuſcepiſſet. c.7.e.

† Biſũt ſcribo.



## DE OFFICIO IVDICIS ORDINARIJ. Tit. xx.

*Idem Auſitañ. Archiepiſcopo.* *Cap. 1.*

De off. iud ord. c. 7.

QVANTO deuotio religioſorum virorum ſtudioſius mandatis diuinis inhęret,& creatori ſuo placere per opera ſanctæ conuerſationis intendit, tanto humani generis inimicus ad ſeductionem eorum,ſuæ fraudis malignitate laborat, & varijs modis eis pręſtat materiam excedendi,& animas eorum inextricabili laqueo nititur irretire: ad audientiam ſiquidem noſtram noueris perueniſſe; quod monachi canonici regulares,& alij in tua prouincia conſtituti,cum deberent potius in clauſtro,iuxta regularia conſtituta,diuinis obſequijs vigilare; de obedientijs,& redditibus,quorum curam geſſerunt,pecunia cõgregata,clauſtrũ abhorrentes,per curias principum,&potentum diſcurrere non verentur; & muneribus ſuis illor.ſibi gratiam,& fauorem acquirunt,ac de ipſor.familiaritate confiſi,in conuentu ſuo graues diſſenſiones commouent;& ceterorum humilitatem in ſpiritu arrogantiæ contemnentes, mandatis pręlatorum ſuorum inobedientes, contumaces exiſtunt,& contra illorum prohibitionem ſęcularium negotiorum ſollicitudinibus ſe inmergunt.Quoniam igitur propter hoc ordo religionis non modicum eneruatur;f.t. per A. ſ. m.qua.quoſcumq.tales inueneris, niſi ad cõmonitionem tuam reſipuerint, vt proprium ſuum in manib.pręlatorum ſuorum ſine difficultate reſignent,conuertendum in vtilitatem domus,ſecundum Abbatis conſilium,& regularem vitam obſeruent;ſi pręlati eorum poſt tuam cõmonitionem id exequi negligẽter omiſerint,per ſuſpenſionem officij,& beneficij ap.re.compellas.

*Idem Rothomageñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 2.*

AD reprimendam malitiam peruerſorũ pœnæ certæ ſunt in canonib.cõſtitutæ;quas ſicut latas a vobis interdũ in ſubditos vultis inuiolabiles obſeruari;ita latas ab alijs debetis inuiolabiles obſeruare.Inde eſt, quod vni. v.per A.s.m.qua.ſententias,quas ve.f.n. Lexoneñ. Epiſcopus duxerit in ſubditos ſuos canonice promulgãdas,&vos ipſi ſeruetis,& a vr̃is ſubditis faciatis inuiolabiliter obſeruari.Tu vero frater,cũ excõmunionis ſententia per appellationis non ſuſpendatur obiectũ:ſi quis excommunicatus ab ipſo,de iniuſta tibi fuerit excõmunicatione cõqueſtus,ad ipſum ei quaſi coëpiſcopo deferens, abſoluendum ſecundum eccleſiæ formam remittas. Quod ſi forte noluerit illum abſoluere, tu recepta iuratoria cautione abſolutionis ei munus poteris exhibere;ita tamen, quod niſi tibi legitime conſtiterit eum contra iuſtitiam excõmunicatum fuiſſe,ex debito ſibi iuramento pręcipias; vt ſuper eo, de quo fuerit excõmunicatione notatus, eidem Epiſcopo ſatisfaciat competenter. Quod ſi facere forte contempſerit, eum in excõmunicationis ſententiam ap.re.reducere non omittas. c.8.e.

*Idem Tyreñ Archiepiſcopo.* *Cap. 3.* c.9.e.

DVO ſimul conſultationem ſcilicet, & querimoniam vnica tuæ fraternitatis petitio continebat,per quam a ve.f.n.Hieroſol.Patriarcha querebaris, clericos tuos tecum iniuſte grauari, qui eos ſpreto iudicio tuo, corã quo parati ſunt de ſe querimoniam deponentib. iuſtitiã exhibere; licet ad eũ per appellationẽ cauſa minime deferatur;coram ſe reſpondere cõpellit;& vtrũ ad id poſsint de iure cõpelli, per noſtras poſtulabas litteras edoceri. Volentes igitur tibi ſuper grauaminib.prędictis prouidere,& conſul.t.quod canones ſentiũt, reſpondere; cum ſit in canonib. diffinitum, Primates Patriarchas nihil iuris prę ceteris habere,niſi quantum ſacri canones concedunt, & priſca illis conſuetudo cõtulit ab antiquo; ita vt ſecundum Nicęnas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs;præter quam,ſi Ap.ſe. aliquam eccleſiam,vel rectorem ipſius quolibet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare: de con.f.n.con. reſpondemus, quod quãdiu clerici tui coram te voluerint ſtare iuri, compelli non debent, iudicium eiuſdem Patriarchę ſubire; niſi cauſa forſitan per ap. ad eius audientiã perferatur,aut,quod nõ credimus, ali-

aliquid ſit ei a ſe.Ap.indultum.

*Idem Turoñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 4.*

c. 10. c. QVOD ſe.Ap.conſulis ſuper ijs,quæ du-
bia tibi exiſtunt,gratum gerimus,& acceptũ,
& tua exinde fraternitas videtur merito cõ-
mendanda;cum lex diuinæ conſtitutionis eã
dem ſedem totius poſuit orbis terrarum ma-
giſtram:vt quidquid dubitatur ab aliquo,ab
ea tandem eius ratio requiratur.Nos ſiquidẽ
decreuiſti prouide conſulendos; vtrũ ſi forte
aliqua infirmitate , vel alia iuſta de cauſa de-
tentus aliquem ſuffraganeorum tuorum con
ſecrare non poſſes,alicui coëpiſcoporum tuo
rum,vices tuas licitum committere tibi eſſet;
& vtrum electus,qui pro conſecratione inſta
ret ab eo, cui vices tuas taliter cõmiſiſſes, de-
beret licite conſecrari.In quo tale damus cõ-
ſul.t.reſponſum; quod in tali articulo conſti-
tuto,& tuas vices,vt dictum eſt,tibi commit-
tere licet;& cõſecrandus munus debet ab eo
conſecrationis accipere,cui eas duxeris com-
mittendas;dummodo catholicus habeatur,&
impedimentũ ex ſubtractione gratiæ ſe.Ap.
non obſiſtat.

*Idem Epiſcopo Helieñ.* *Cap.5.*

c. 11. c. PASTORALIS officij. & infra. Ex
parte tua fuit inſuper requiſitum, vtrũ ſi ali-
qua cauſa fuerit ad Archiepiſcopum per ap.
delata,poſsit eandem,iure ordinariꝫ poteſta-
tis ſuffraganei ſui ſubdito delegare , vel ani-
maduertere in eundem,ſi cauſam renuerit ſu
ſcipere delegatam.Ad quod vtiq. reſponde-
mus,quod Archiepiſcopus ipſum ad ſuſcipi-
endam delegationẽ huiuſmodi cõpellere ne-
quit inuitum,cum in eum,exceptis quibuſdã
certis articulis nullam habet poteſtatem,licet
Epiſcopus ſuus eidem ſit metropolitica lege
ſubiectus.& infra.Edoceri præterea poſtula-
ſti;an alicui liceat ſine ſpeciali mandato Ap.
ſe.delegato,qui reũ propter cõtumaciam ma
nifeſtam excõmunionis vinculo innodauit,
vel petitorem cauſa rei ſeruandæ,in poſſeſsio
nem petitorum induxit,rebus humanis ex-
empto, eidem volenti iuri parere, abſolutio-
nis beneficium impertiri,vel poſſeſsionem re
ſtituere infra annum ſufficienti recepta pri-
mitus cautione.Ad quod vtiq.dicimus,quod
cum delegatus quantum ad illud ſit maior or
dinario,ſine mandato ſummi Pont. excõmu
nicatus ab huiuſmodi delegato nõ poteſt per
alium,præter quam in mortis articulo, abſo-
lutionis gratiam obtinere,niſi forſan delega,
tus talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere,
ac honore;nec per alium,quam per ſummum
Pont. recupare poterit poſſeſsionẽ amiſſam.
Verumtamen ne alius poſt annum verus ef-
ficiatur poſſeſſor,coram ordinario,vel ſi eius
copiam habere nequiuerit, coram publicis,
& honeſtis perſonis, vt quaſi præſcriptionẽ
interrumpant annalem, offerre, ac præſtare,
quod iuri parebit, poterit cautionem ; vt ſic
poſt annum recupare poſſeſsionem per ſedẽ
Ap. mereatur.

*Idem Archiepiſcopo Senoñ.* *Cap. 6.*

LICET in corrigendis exceſsib.iuxta ca- c.12.e.
nonicas ſanctiones ap.ſit diffugium interclu-
ſum,& ideo ve.f.noſter Parieñ. Epiſcopus a
nobis recepit in mandatis;vt tam circa mona *†Pari-*
chos,& alios viros religioſos, quam etiam cle *ſieñ.*
ricos ſæculares ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, *Greg.9*
qui multa grauia committere proponuntur,
quæ cedunt non ſolum in animarum diſpen
dium,ſed etiam ſcandalum plurimorum, in-
quirat,& corrigat ap.re.quæ viderit corrigen
da,ſtatuens ad reformationem eorum, quod
regulare fuerit,& honeſtum. quia tamen in-
tentionis noſtræ nec fuit,nec eſſe debuit iuriſ
dictioni tuæ per mandatum huiuſmodi dero
gare,auctoritate præſentium duximus decla-
randum.Quod ſi forſitan inquiſitionibus ab
eodem Epiſcopo nõ tamquam delegato, ſed
tamquam ordinario faciendis , aliquis caſus
emerſerit,in quo licitum ſit ad ſedem metro-
policam appellare ; prædicti occaſione man-
dati,auctoritati tuæ,quominus ad te,tamquã
ad Metropol. appellare valeat, nolumus ali-
quatenus derogare. Tu tamen nec impedias
per te ipſum , nec per alios facias impediri,
quominus idem Epiſcopus in corrigendis ex
ceſsib. ſubditor. officij ſui debitum exequa-
tur,etſi forſan in caſu conceſſo ad te fuerit ap
pellatum, in appellationis cauſa prudenter,
& iuſte procedas.

## DE MAIORITATE, ET OBE-
## dientia. Tit. xxj.

*Idem Capitulo Herbipoleñ.* *Cap. 1.*

ILLVD dominus in beato De ma-
Petro. & infra. Ve.f.n.quon- io.&ob.
dã Hildeſin. Epiſcopus Imp. c. 5.
aulæ Cancellarius non atten
dens , quia multa ſunt , quæ
præter ſpecialem auctoritatẽ
Ap.ſe.de iure non poſſent , nec deberent in
pune abaliquib.attẽptari ; vtpote ceſsiones,
& tranſlationes Epiſcoporum,& alia,quę no
ta ſunt vobis non ſolum non obtenta licen- *†al.Hil*
tia noſtra,ſed nec etiã poſtulata,eccleſia Hil- *deſemẽ.*
demeñ.† relicta,Herbipoleñ.eccleſiam occu
pauit



pauit.& infra.Munitiones autem, & oppida
Herbipoleñ.eccleſię in vtilitate illius ſe aſſe-
ruit tenuiſſe, ne ſi ad alienas manus forſitan
deueniſſent,non eſſet,qui eam poſtmodum li
beraſſet. ſed cum ſpiritualia ſint temporalib.
digniora,& obedientia melior ſit,quam victi
mę,& auſcultare magis,quam adipem arietũ
offerre,nõ debuerat idem Epiſcopus pro tẽ-
porali cõmodo Herbipoleñ.eccleſiæ, notam
incurrere inobedientiæ, & Apoſtolicis iuſsio
nibus contraire.

*Idem Illu. Conſtantinopol. Imp.* *Cap. 2.*

c. 6. c. SOLITAE benignitatis affectu recepi
mus litteras,quas per dilectum f. Archid.Du
rachij virum prouidum,& fidelem Imp. no-
bis excellentia deſtinauit; per quas intellexi-
mus,quod litteræ,quas per dilectum filiũ ca-
pellanum n. tunc Ap. ſe. Legatũ tibi tranſ-
miſimus,Imperio tuo præſentatæ fuerant,&
perlectæ. Mirata eſt autem Imp. ſublimitas,
ſicut per eaſdẽ nobis litteras deſtinaſti; quod
te viſi fuimus increpare,licet non increpandi
animo, ſed affectu potius cõmonendi, quod
ſcripſimus, meminerimus nos ſcripiſſe. huic
autem tuæ admirationi non cauſam,ſed occa
ſionem præbuit, ſicut ex eiſdem coniecimus
litteris,quod legiſti beatum Petrum Princi-
pem Apoſtolorũ ſic ſcripſiſſe. ſubditi eſtote
omni humanæ creaturæ propter Deum,ſiue
Regi tamquam præcellenti,ſiue ducib.tam-
quam ab eo miſsis,ad vindictam malefactor.
laudem vero bonor. Volens enim de quo nos
rationabilius admiramur, Inperatoria celſitu
do per hoc,& alia,quæ induxit,imperium ſa-
cerdotio dignitate, & poteſtate præferre, ex
auctoritate præmiſſa voluit triplex trahere
argumentum. primum ex eo, quod legitur,
ſubditi eſtote;ſecũdum ex eo,quod ſequitur,
Regi tamquam pręcellenti,tertiũ ex eo,quod
eſt adiectum ſubſequenter,ad vindictam ma
lefactorum,laudem vero bonorum. Per pri-
mum ſubeſſe ſacerdotium , per ſecundũ Im-
perium præminere,per tertium Imp. tam in
ſacerdotes,quã laicos iuriſdictionem , immo
etiam gladij poteſtatem accepiſſe. Cum enim
& boni quidam ſacerdotes, & quidam eorũ
malefactores exiſtant;is, qui ſecundum Apo
ſtolum gladium portat,ad vindictam malefa
ctor. laudem vero bonorum, in malefacien-
tes presbyteros, & eorum exceſſus præſum-
ptos vltore poteſt gladio vindicare. Cũ inter
presbyteros,&alios Apoſtolus nõ diſtinguat.
Verum,etſi perſonam loquentis, & eorũ, ad
quos loquebatur, ac vim locutionis diligen-
tius attendiſſes;ſcribentis non expreſsiſſes ta
liter intellectum. ſcribebat enim Apoſtolus
ſubditis ſuis , & eos ad humilitatis meritum
prouocabat.ſi enim per hoc,quod dixit,ſub-
diti eſtote,ſacerdotio voluit inponere iugum
ſubiectionis, & eis prælationis auctoritatem
auferre,quib.eos ſubiectos eſſe monebat; ſe-
queretur ex hoc, quod etiam ſeruus quilibet
in ſacerdotes imperium accepiſſet,cum dica-
tur omni humanę creaturæ. quod autem ſe-
quebatur Regi,tamquam præcellenti,nõ ne-
gamus,quin præcellat † Imp. in temporalib. *†al.præ*
illis dumtaxat,qui ab eo recipiunt tempora- *cedat*
lia,ſed Pont.in ſpiritualibus antecellet, quæ
tanto ſunt temporalib.digniora,quanto ani-
ma præfertur corpori, licet non ſimpliciter
dictum fuerit ſubditi eſtote,ſed additum fue-
rit propter Deum,nec pure ſcriptum ſit Regi
præcellenti,ſed interpoſitũ forſitan non ſine
cauſa ſit,tamquam.quod autem ſequitur, ad
vindictam ma.laudem vero bonorum:intelli
gendum nõ eſt,quod Rex,vel Imp.ſuper om
nes bonos,& malos gladij acceperit poteſta-
tem; ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gla-
dio eius ſunt iuriſdictioni commiſsi. iuxta
quod veritas ait,Omnes, qui acceperint gla-
dium,gladio peribunt. Non enim poteſt, &
debet quiſquam ſeruum alterius iudicare;cũ
ſeruus domino ſuo,ſecundum Apoſtolũ,ſtet,
aut cadat. Ad id etiam induxiſti, quod licet
Moyſes,& Aaron ſecundum carnem fratres
extiterint. Moyſes tamen princeps populi,
Aaron ſacerdotij poteſtate præerat, & Ieſus
ſucceſſor ipſius Imperium in ſacerdotes ac-
cepit. Dauid quoq. Rex Abiathar Pontifici
præminebat.Ceterum,licet Moyſes Dux po
puli fuerit,fuit etiam ſacerdos:quia Aaron in
ſacerdotem inunxit,& cui Propheta ſacerdo
tium recognoſcens,Moyſes inquit,& Aaron
in ſacerdotib.eius.Quod vero de Ieſu Benia-
min ad cõmendandam prælationem eius ſcri
pſiſti,magis ſecundum ſpiritum,quam ſecun
dum litteram debet intelligi,quia ſecundum
Apoſtolum,littera occidit,ſpiritus autẽ viui-
ficat, pro eo quod ipſe veri Ieſu figuram ex-
preſsit, qui populum ſuum in terram promiſ
ſionis induxit. Dauid etiam quamuis diade-
ma Regum obtineret, Abiathar ſacerdoti,nõ
tam exdignitate Regia, quã auctoritate pro-
phetica imperabat. Verũ quidquid olim fuit
in veteri teſtamento, nunc aliud eſt in nouo,
ex quo Chriſtus factus eſt ſacerdos in æternũ
ſecundum ordinem Melchiſedech;qui ſe, nõ
vt Rex, ſed vt ſacerdos in ara crucis hoſtiam
ob-

obtulit Deo patri, per quam genus redemit
humanũ, circa illum præcipue, qui ſucceſſor
eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti. Potuiſſes au
tem prærogatiuã ſacerdotij ex eo intelligere
potius, quod eſt dictum non a quolibet, ſed a
Deo, nõ Regi, ſed ſacerdoti; nec de Regia ſtir-
pe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcẽdenti; de
ſacerdotib. videlicet, qui erant in Anathot.
Ecce cõſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euel
las, & diſsipes, ædifices, & plantes. dictum eſt
etiam in lege diuina, dijs nõ detrahes, & Prin
cipem populi tui non maledices, quę ſacerdo
tes regib. anteponens, iſtos deos, & alios Prin
cipes appellauit. Præterea noſſe debueras,
quod fecit Deus duo magna luminaria in fir
mamento cæli, luminare maius, vt præeſſet
diei, & luminare minus, vt pręeſſet nocti, vtrũ
que magnum, ſed alterum maius, quia nomi
ne cæli deſignatur eccleſia, iuxta quod veri-
tas ait, ſimile eſt regnum cælorum homini p.
f. qui ex. ſu. ma. condu. op. invi. ſuam. per diem
vero ſpiritualis accipitur, per noctem carna-
lis, ſecũdum propheticum teſtimonium, dies
diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſci-
entiam. ad firmamẽtũ igitur cæli, hoc eſt vni-
uerſalis eccleſiæ: fecit Deus duo magna lumi
naria, id eſt Deus inſtituit dignitates, quę ſunt
Põtificalis auctoritas, & Regalis poteſtas. ſed
illa quæ præeſt dieb. id eſt ſpiritualib. maior
eſt; quæ vero carnalib. minor; vt quanta eſt
inter lunam, & ſolem, tanta inter Pontifices,
& Reges differẽtia cognoſcatur. Hoc autem
ſi prudẽter attenderet Imperatoria celſitudo,
non faceret, aut permitteret ven. f. n. Conſtan
tinopolitanum Patriarcham, magnũ quidẽ,
& honorabile membrum eccleſiæ, iuxta ſca-
bellum pedum ſuor. in ſiniſtra parte ſedere:
cum alij Reges, & Principes Archiepiſcopis,
& Epiſcopis ſuis, ſicut debent, reuerenter aſ-
ſurgant, & eis iuxta ſe venerabilẽ ſedem aſ-
ſignent. Nam & pijſsimus Conſtantinus quã
tum honoris exhibuit ſacerdotibus, tua ſicut
credimus, diſcretio non ignorat. Nos autem,
etſi nõ increpãdo ſcripſerimus, potuiſſemus
tamen rationabiliter increpare, cum beatus
Paulus Apoſtolus Epiſcopum inſtruens ad
Timotheum ſcripſiſſe legatur. Prædica ver-
bum, inſta oportune, importune; argue, obſe-
cra, increpa in omni patientia, & doctrina. nõ
enim os noſtrum debet eſſe ligatum, ſed pa-
tere debet ad omnes, ne ſecundum Prophetã
ſimus canes muti non valentes latrare. Vnde
correctio noſtra tibi non debuit eſſe moleſta,
ſed magis accepta; quia pater, quem diligit,
filium corripit, & Deus, quos amat, arguit, &
caſtigat. Debitũ igitur officij paſtoralis exe-
quimur, cum obſecramus, arguimus, increpa
mus, & non ſolum alios, ſed Imp. & Reges
oportune ad ea ſtudemus inducere, quę diui-
nę placita ſunt voluntati. Nobis enim in bea
to Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ, dicente
domino, paſce oues meas, non diſtinguens in-
ter has oues, & alias, vt alienum a ſuo demõ-
ſtraret ouili, qui Petrum, & ſucceſſores illius
magiſtros non recognoſceret, & paſtores. vt
illud tamquam notiſsimũ omittamus; quod
dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit
ad ſucceſſores ipſius. Quodcumq. ligaueris
ſuper terram, erit l. &c. nihil excipiens, qui
dixit quodcumq. Verũ his diutius inſiſtere
nolumus; ne vel concedere† videamur, vel in *† al. cõ-*
huiuſmodi delectari, vel ſi gloriari expediat, *tẽdere*
non in honore, ſed onere, nõ in magnitudine,
ſed in ſollicitudine ſit potius gloriandum; cũ
& Apoſtolus in infirmitatib. glorietur. noui
mus eſſe ſcriptum: Omnis, qui ſe humiliat, ex
altabitur, & qui ſe exalt. &c. & iterũ. quanto
maior es, humilia te in omnib. & alibi. Super-
bis Deus reſiſtit, humilibus autem d. g. pro-
pter quod exaltationem noſtram in humili-
tate ponamus; & humilitatem exaltationem
maximam reputemus. Vnde & ſeruos, non
ſolum Dei, ſed etiam ſeruor. Dei, nos eſſe ſcri-
bimus, & fatemur, & tam ſapientib. quam in
ſipientib. ſecundum Apoſtolum debitores,
vtrum autem Imperatoriam excellentiam ad
bonum, & vtile per litteras noſtras duxeri-
mus imitandam; †vtrum iuſta tibi ſuggeſſeri *† inui-*
mus, & honeſta: tua celſitudo diſcernat; cum *tãdam*
non niſi ad vtilitatem eccleſiæ, & terræ Hie- *Greg. 9*
roſolymitanæ ſubſidium nos te meminneri-
mus inuitaſſe.

*Idem Epiſcopo Florent.* *Cap. 3.*

PER tuas litteras intimaſti, quod, cũ ali- c.7.e.
qui Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi prælatio-
nes in tua diœc. aſſecuntur, pro quibus tibi te
nentur obedientiam exhibere, ſi quando exi
gente iuſtitia te cõtigeret exercere in ipſis ec
cleſiaſticam diſciplinam; illi ſubdiaconatus
priuilegium allegantes, ea ſe aſſerunt non te-
neri, ac ſi per huiuſmodi ſubdiaconatus offi-
cium ab obedientia, qua tibi tenẽtur ratione
obtenti beneficij, ſint exempti. ſuper quo po-
ſtulaſti per Ap. ſe. oraculum edoceri; vtrum
per ordinem ſubd. officij a Romano Põt. per-
ceptum, hi tales a debita tibi reuerẽtia ſubtra-
hantur. Ad quod tibi breuiter reſpondemus,
quod etſi decens ſit, vt illis, quantũ conuenit,





a te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos
benignitas Apoſtolica collatione ipſius or-
dinis honorauit, per eam tamen ab obedien-
tia, quã alias tibi debent, minime abſoluũtur.

*Idem Conſtantinopol. Patriarchæ.* *Cap. 4.*

c.8.e. INTER quattuor. & infra. Subſequẽte
vero petitione, qua eccleſias illas tibi ſubici
poſtulabas, quæ priuſquam Cõſtantinopol.
ciuitas caperetur, Cõſtantinopol. Patriarchæ
minime reſpondebant; duplici ratione non
duximus admittendam. Iuris namq. ratio po
ſtulauit, vt in eorum præiudicium, quib. eędẽ
eccleſiæ ſunt ſubiectæ, nihil ordinaremus de
ipſis, cum nec citati ſunt, nec cõuicti, nec per
contumaciam ſe abſentent. & infra. Super o-
bedientia vero, quã vt tibi faceremus impendi
ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis regni Cypri,
ſimiliter poſtulaſti, fere idem, quod in præce-
denti petitione tibi duximus reſpondendũ,
cum & ipſi ante tuam extiterint promotionẽ
exempti; quando videlicet Conſtantinopol.
eccleſia erat inobediens, & rebellis, & in eorũ
abſentia circa ſtatum ipſorum non debueri-
mus aliquid inmutare, iuſtitiam tamen non
negabimus tibi, cũ eam duxeris poſtulãdam.

*Idem Pariſien. Epiſcopo.* *Cap. 5.*

De præ- CVM ex officij ſui debito Senon. pro-
ſcc. c. 16. uinciã viſitaret ve. f. n. Archiepiſcopus Senon.
& infra, per Pariſien. diœc. tranſitum faciens ad Ab-
eo. ti. c. 5 batis ſancti Maglori, Prioris de Caſtres, et quo
in hac rundam aliorum eccleſias neceſſe habuerit
colle- declinare, a quib. cum procurationem ſibi de
ctione. bitam poſtularet, ipſi eam exactam inhuma
niter negauerunt, illam ſoluere penitus con-
temnentes, ad ſuæ negationis defenſionem,
hoc ſolummodo allegantes, quod non memi
nerint ſe procurationem huiuſmodi præde-
ceſſoribus eiuſdem Archiepiſcopi exſoluiſſe,
nec ab eis fuiſſe petitam. idem vero Archiepi
ſcopus propter procurationem ſibi minus ra
tionabiliter denegatam, illos auctoritate re-
ſcripti, quod ſuper hoc a ſe. Ap. impetrarat,
ab officiorum executione ſuſpendit; eoſdem
poſtmodum, quoniam ſuſpenſionis ſenten-
tiam non ſeruabant, vinculo excõmunicatio-
nis aſtringens. & infra. Tu quoq. obedientiã,
& reuerentiam ſibi debitam impendere non
detractes; quia qui ſe ſcit alijs eſſe præpoſi-
tum, moleſte ferre non debet alium ſibi æſſe
prælatum. Vnde mirari cogimur, & moueri,
quod cum idem Archiepiſcopus tibi man-
daſſet, vt præfatam ſententiam per diœc. tuã
faceres obſeruari, diceris reſpondiſſe, te non
teneri ad executionem ſententiæ, de qua du-
bitares, an fuerit iuſte prolata; quod quã friuo
lũ ſit, & abſurdũ, nemo iuriſperitus ignorat.

## DE PROCVRATORIBVS. Tit. xxij.

*Idem.* *Cap. 1.*

IN noſtra præſentia conſtitutus De pro-
ve. f. n. Epiſcopus Tullen. lacrima cur. c. 4.
biliter eſt conqueſtus, quod cum
olim ad procurandã cauſam, quæ
inter ipſum, & bo. me. Decanum Tullen. ſu-
per dilapidatione, excommunione, periu-
rio, ac quibuſdam alijs vertebatur, W. & T.
presbyteros procuratores inſtituens, ipſos ad
ſe. Ap. duxerit deſtinandos, cum de ipſorum
fide poſtmodum titubaſſet, mãdatum, quod
eiſdem dederat, infra modicum temporis ſpa
tium reuocauit; ſed ipſi, licet mandati reuoca
torias litteras recepiſſent, nihilominus in ne-
gotio proceſſerunt, & pro procuratorib. ſe ge-
rẽtes, cũ aduerſario Gaufredo ſ. Archid. Tul-
len. iudiciũ ſunt ingreſsi cũ eodẽ. demũ ad dil.
f. G. Pariſien. Archid. & magiſtrũ R. de Coz-
zon, & R. S. Victoris pęnitentiarium in eiuſ-
dem præiudicium noſtras litteras impetran-
tes. quorum citatio, licet eidem Epiſcopo mi-
nime fuerit præſentata; cũ tamen ad eius no-
titiam deueniſſet, quod eiſdem erat cauſa cõ-
miſſa, quæ inter ipſos, & dictos Decanum, &
Archid. vertebatur, ad eorũ pręſentiam pro-
perauit. Cumq. prędictus Epiſcopus per mul
tam inſtantiã noſtri reſcripti copiam habuiſ-
ſet, & eiuſdem tenorem cum iuriſprudentib.
inſpiceret diligẽter, admirans plurimũ, quod
ſupradicti presbyteri tãquam procuratores
huiuſmodi litteras impetrarunt ad probãdũ,
quod falſi procuratores fuerant, ab ipſis iudi
cibus inducias poſtulauit, qui exceptionẽ op
poſitam inutilem, & ſuperuacuam reputan-
tes, ad probationem ipſius dilationem conce
dere noluerunt. propter quod idem Epiſco-
pus ad appellationis beneficium conuolauit,
& ab ipſorum iudicum præſentia receſsit ap
pellans. Ipſi vero appellationi minime deferẽ
tes, in negotio ipſo procedere, ac lite non con
teſtata, & iuris ordine prętermiſſo, teſtes cõ-
tra ipſum Epiſcopũ recipere præſumpſerũt,
ipſum a Tullen. eccleſia per ſententiã remo-
uendo. Nos vero licet vix fidem adhibere po
tuerimus, quod ſæpedicti iudices, vt pote viri
litterati, prouidi, & honeſti taliter, vt dictum
eſt, proceſsiſſent, & maxime cum in ſua rela-
tione, quam ad noſtrã pręſentiã tranſmiſere,
de eius exceptione propoſita nullam fecerint
mentionẽ, quia tamen Epiſcopus ſępedictus
per viros religioſos pariter, & honeſtos, dequi

bus nō eſt verſimile, quod ſuę ſalutis obliti, ac iuramenti religione contempta, falſum teſtimonium tulerunt, nobis fecit ſuper ijs, quæ ſunt propoſita, plenam fidem; attendentes, quod falſi procuratoris exceptio nō ſolū ante ſentētiā, verū & poſt ſentētiā poteſt obici, iuxta canonicas, & legitimas ſanctiones, vt pote qua prolata iudiciū nullū, & nullius momēti cōtrouerſiæ reputāt. de cō.f.n. proceſſum ſupradictor. iudicum ſentētialiter duximus irritandum. *Idem Britieñ. Epiſcopo. c.2.*

c.5.e. TVAE f.& infra. Cōſuluit etenim tua f. vtrū vir per procuratorem valeat ſuper adulterio cōiugem accuſare, cum videantur illud tam leges, quam canones inhibere: ad quod f. t. taliter reſpōdemus; quod, ſi vir accuſet vxorem de crimine adulterij coram iudice ſæculari ad pœnam legitimam inſligendam; quia tunc inſcriptionis vinculū debet arripere, ſeq. ad pœnam talionis aſtringere: nō per procuratorē, ſed per ſe ipſum pręſentē oportet pręſentialiter accuſare. Si vero vir accuſare velit vxorem de adulterio corā eccleſiaſtico iudice, vt ab eius cohabitatione diſcedat; quia tunc etſi forſan oporteat ipſum inſcribere, vt deſignet in ſcriptis nomen locum, & tēpus, & omnia, quæ cōprehenduntur in lege ciuili, ad talionem tamen non debet ſe aliquatenus obligare, ne forte cū in probatione defecerit, intētionis ſuæ conſequatur effectum. ſuſtineri poteſt, ſi neceſsitas id poſtulauerit, vt per procuratorem accuſet, quoniam huiuſmodi accuſatio, etſi de crimine fiat, non tamen eſt criminalis; ſed quaſi mixta inter ciuilem, & criminalem: quamquam in pręſentia principaliū perſonarum ſecurius procedatur.

## DE IIS, QVAE VI, METVS VE CAVſa fiunt. Tit. xxiij.

*Idem Decano, & ſubdecano Lincoñ.* *Cap. 1.*

De ijs, quæ vi. c.4. AD audientiam noſtram dil. fi. magiſtro H. de Cheuell. ſignificante peruenit, quod cū eccleſiā de Cheuell. auct. ſe. Ap. canonice fuiſſet adeptus, & aliquandiu pacifice poſſediſſet, grauiſsimo tandem Regis metu, quod eam reſignaret et iurare coactus, eam in eorū, ad quos pertinebat, manib. reſignauit. quia vero quę vi, metuſue cauſa fiunt, carere debent robore firmitatis; dis. v. per A. s. m. qua. ſi eundem magiſtrum ad reſignationem faciendam vobis conſtiterit per talem metū fuiſſe coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in virum conſtantem, non obſtante prædicto iuramento, quod non ad repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur, præfatam eccleſiam ei per. cen. eccl. ſub. cuius. ap. ob. reſtitui faciatis.

*Idem Nidroſieñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 2.*

SACRIS canonib. & infra. Diſtinguimus autem, vtrum is qui communicat excōmunicatis inuitus, ſit per coactionē attractus, an per metum inductus. in primo ſiquidem caſu talem non credimus excōmunicatione teneri, cum magis pati, quam agere conuincatur. In ſecundo vero licet metus culpam attenuet, quia tamen non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, talem excommunionis labe credimus inquinari. c.5.e.

*Idem * & Agathen. Epiſcopis.* *Cap. 3.*

CVM dil. f. & infra. Nos igitur rationib. & allegationib. canonicor. inſular. & Abbatis de Floreia Ciſtercieñ. ordinis per iam dictū Epiſcopū Portueñ. eiſdem auditorem conceſſum a nobis, qui eas in ſcriptis nobis exhibuit, quibus plenius intellectis, quia conſtitit nobis de voto emiſſo, & pręſtito iuramento a canonicis inſularum, quod regulam Ciſtrieñ. obſeruarent, vel quod ordinationē huiuſmodi nullatenus impedirent; cum vtrumq. ſeruatū nō vergat in diſpendiū ſalutis æternæ, nolentes viam periurijs aperiri, nō obſtante violentia, quæ præponebatur illata, cū neq. metū mortis, nec cruciatum corporis contineret, & ideo nō debuerat cadere in cōſtantes, nec obſtāte dolo, quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos; cū talis dolus, non tam ad circūuentionem Abbatis, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri, ſuper reſtitutione petita ſilentiū eiſdem de fratrū noſtror. conſilio duximus ſententialiter imponendum. c.6.e.

## DE RESTITVTIONE IN INTEgrum Tit. xxiiij.

*Idem ſancti Sergij, & S. Georgij Abbatibus.* *c. 1.*

CVM veniſſent ad Ap. ſe. dil. fi. electus, & monachi Rothoñ. pro ſe, ac monaſterio ſuo dil. f. magiſter A. pro ve. f. nr̃o Epiſcopo Vetereñ. eis dil. f. n. G. ſancti Georgij ad velum aureum diac. Card. dedimus auditorem; coram quo idem magiſter pro Epiſcopi parte propoſuit, quod, cum monaſteriū Rothoneñ. ſit ſitū in diœc. Venet. & eccleſię Venet. ſubiectū, prędictus Epiſcopus poſſeſsionem ſubiectionis vſus eſt hactenus incōcuſſe, ſed cū occaſione cuiuſdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de cōmuni aſſenſu ad ve. f. n. Naiecteñ. Epiſcopū, & dil. fi. de Mallen. & de Granōt Abbates ſuper his, & multis alijs cōmiſsionis litteras impetraſſent, duo eorum aſsignatis in ducijs De in int. reſt. c. 2.



ducijs ad inſtantiam monachor. tandē ad monaſterium acceſſerunt, quorū aduentum intruſus præſentiens renuntiauit electioni huiuſmodi, & ſe a monaſterio abſentauit; ſed iudices auct. Ap. monachis iniunxerūt, vt ſyndicū, vel procuratorem eligerēt, qui in cauſis monaſterij, & cōſulte ageret, & vtiliter reſpōderet; diſtrictius inhibentes eiſdem, ne aliquē eligerent in Abbatem, donec plenius cognoſceretur de iure, quod Epiſcopus ſe habere in electione dicebat; monachi vero etſi procuratorem ad mandatum iudicū elegiſſent, Abbatē tamen in monaſterio interdicto excōmunicati nihilominus contra inhibitionē eorū eligere præſumpſerunt; cuius electionē Epiſcopus petijt infirmari, & ſe ad poſſeſsionem reſtitui, qua eū monachi ſpoliarant; demū vero iudices auditis, quæcūq. partes proponere voluerunt, & plenius intellectis, poſt dilationes multiplices tam ad teſtes, quam ad inſtrumenta partib. producenda cōceſſas, receptis teſtib. & atteſtationib. publicatis, pro eodem Epiſcopo ſuper pręmiſsis articulis diffinitiuam ſententiam protulerūt; electionem prædictā Ap. freti auctoritate caſſantes. propter quod idem magiſter eandem ſententiam a nobis cū inſtantia petijt confirmari. Ad hęc fuit inter alia ex aduerſo reſpōſum, quod dictus Epiſcopus, & Abbas de Malegio abſente Abbate de Gnanter, qui in iudicem fuerat ab ipſis electus, cū nec abſentiæ ſuæ cauſas, vel quod alij in cauſa ſine eo procederēt, mādauiſſet; licet per procuratorem ex parte monachorū fuiſſet propoſitū, quod monaſteriū ipſum ad Rom. ecc. nullo medio pertineret, & eſſet ſe. Ap. cenſuale, contra eos procedere nimis animoſe cœperunt. & infra. Nos igitur auditis per Card. eundem, quæ fuerant hinc inde propoſita coram eo, & inſpectis priuilegijs prędec. n. Leon. GG. & Clement. quę monaſteriū illud ad ius, & proprietatem indicāt ſe. Ap. pertinere, intelligentes, quod monaſterij procurator, etſi eadem priuilegia corā prędictis iudicib. exhibere omiſit negligēter, ius

† quam Greg. 9 tamen nō tam ſuū, quod † noſtrū fuerit proteſtatus, videli. quod monaſterium ipſum ad Rom. ecc. nullo medio pertineret, ne ipſius negligentia in damnū tam noſtri, quā monaſterij redundaret, ad audientiam monachos reſtituimus Rotoneñ. & infra. Electionē a monachis, ſicut dicitur, concorditer factam pendente controuerſia, ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

*Idem Helieñ. & Roſen. Epiſcopis.* *Cap. 2.*

c.5.e. AVDITIS, & intellectis atteſtationib. inſtrumētis, & allegationib. in cauſa, quæ vertitur inter v. f. n. Wigornieñ. Epiſcopū, & dil. fi. Euelehā † Abbatē ſuper eccleſijs in valle de Eueſham. cōſtitutis, quas Epiſcopus aſſeruit ad ſe diœc. lege ſpectare. Abbas autē eas eſſe ab eius iuriſdictione prorſus exēptas; cognouimus euidenter eccleſias illas per priuilegia Rom. Pōt. non eſſe ab Epiſcopali iuriſdictione ſubtractas, niſi forte vall. de Eueſham. ſit ille locus, qui fuit a duob. Regib. Konrado videl. & Offa. libertate donatus, & quē bo. me. G. Papa libertate donauit, ſicut in ipſius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probātur per teſtes ab Abbatib. Eueſham. pleno iure poſſeſſę, vt videātur in eis ius Epiſcopale legitime pręſcripſiſſe; niſi forte per tantū tēporis Wigornieñ. eccleſia interim vacauiſſet, vt tēpore vacationis ſubducto pręſcriptio minime ſit cōpleta. & infra. licet autem vtrimq. ſit in cauſa cōcluſum, quia tamen vtraq. pars neceſſariā, vt aſſerit, probationem omiſit: nos attendētes, quod vtraq. eccleſia fungitur iure minoris, æquitate penſata vtrāq. reſtituimus contra reliquā ad probandam rationem omiſſam, ne alterutra propter huiuſmodi negligētiam graui iactura lædatur. † Eueſham forte

*Idem Priori ſanctæ Mariæ ad carceres, & L. canonico ſanctæ Mariæ de mandria.* *Cap. 3.*

EX litteris dil. fi. Abbatis de Calaueñ. didicimus, quod cum dil. fi. de Ramuſañ. & Grimol. Archipresbyteri inter I. virum & L. mulierem ex delegatione noſtra ſententiā diuortij protuliſſent; & propter hoc fuiſſet ad noſtrā audientiā appellatum, ac nos ſentētię cognitionē ipſi, & dil. fi. Archidiacono Paduano, ſub. cuius. ap. ob. duxerimus cōmittēdam, Archipresbyter ipſe, qui non poterat his exequendis intereſſe, cōmiſit ſuo coniudici vices ſuas: cumq. Abbas partib. peremptoriū terminū aſsignaſſet, quia pars mulieris ad peremptoriū terminū non acceſsit, Abbas ipſe allegationib. viri diligenter inſpectis, latam a prædictis iudicib. ſententiam cōfirmauit. ſed poſt octo dies pater puellę accedens ad ipſum, intellecto, quod ſententiā protuliſſet, firmauit proprio iuramento, quod quidam ad eum, & filiam eius accedens, fraudulenter ſub ipſius Abbatis nomine falſas ei litteras pręſentauit, quib. mādabatur eidem, vt quia iudex ad diē, quā aſsignauerat, venire nō poterat, poſt octo dies a termino cōſtituto ipſius ſe conſpectui pręſētaret, & poſtmodū appellauit ad ſe. Ap. & etiā ſupplicauit. Licet autē de fraude taliter inpetrata per huiuſmodi iuramentū non cōſtet ad plenū, in fauorē tamen matrimonij c.4.e.

de benignitate canonica contra fraudem propoſitá, ſupplicationẽ mulieris admiſimus, & ad audientiá reſtituimus eá pro matrimonio poſtulãtẽ. Ideoq. dis. v. p A.s.m. qua. de cauſa prioris app. ordine iudiciario cognoſcentes, cõfirmetis, vel infirmetis, ſicut iuſtum fuerit, ap. re. ſententiam a primis iudicib. latam, facientes, quod decreueritis. &c.

*Idem Epiſcopo, & Capitulo Oſceñ.* Cap. 4.

c.5.e. TVM ex litteris bo. m. C. Papæ p̃. n. tum ex his, quæ ipſius tẽporib. in prçſentia veſtra frater Epiſcope, & ve. f. n. Ilerdeñ. Epiſcopi apud ſe. Ap. geſta fuerunt, grauem Ilerdeñ. eccleſiæ intelleximus quçſtionem per ſentẽtiá ſe. re. Eugenij PP. p̃. no. ſuper eccleſijs de Barbaſtro, de Belſa, de Geſtau, & de Alear † cũ pertinentijs earũ prolatá, ſe lçſam enormiter, & olim, & nunc cõquerentis. vnde, cũ idẽ C. p. n. tẽpore piç re. Anaſtaſij Papç. p̃. n. proximi ſucceſſoris eiuſdem Eugenij in minori adhuc officio cõſtitutus, in partib. Hiſpaniar. legationis officio fungeretur, ex delegatione ipſius cognoſcere cœpit de cõtrouerſia memorata. Cui etiá Alexãder ſucceſſor ipſius officio legationis denuo in partib. eiſdem fungenti, cauſam cõmiſit eandẽ, quá etiam fine debito terminaſſet, niſi ab eo fuiſſet ex parte Oſceñ. eccleſiæ prouocatũ; quç quidẽ omnia in ſuis litteris ipſe, & viua voce coram nobis, & fratrib. noſtris eſt ſæpius proteſtatus. Idem quoq. ad apicem ſummi Pont. promotus, di. fi. n. S. Angeli diac. Card. tunc Ap. ſe. Leg. dictam cõtrouerſiam ſub eo tenore çõmiſit, vt inſpectis diligẽter Ilerdeñ. eccleſiç priuilegijs, auditis etiá rationib. & allegationib. partiũ; nõ obſtante ſententia memorata, vel quibuſcũq. reſcriptis, tam occaſione illius ſententiç, quá alio modo in prçiudiciũ iuris Ilerdeñ. eccleſiæ quondá a ſe. Ap. vel aquocumq. impetratis, omni cõtradictione, & ap. ceſſantib. tá ſuper principali, quá ſuper incidenti quæſtione remotis, diffinitiuam ſententiá proferret, eáq. ſine difficultate qualibet executioni mádando faceret per cen. ec. firmiter obſeruari. Verũ quoniá per ipſum Legatũ, aut etiá per Tyraſoñ. Oſameñ. & Calugurritañ. Epiſcopos, quib. ſub eodem tenore cauſa eadem cõmiſſa extitit; licet teſtes producti ex parte Ilerdeñ. Epiſcopi ſuſcepti fuerint, mandatũ tamẽ Ap. in hac parte nõ extitit adimpletũ; dil. fi. magiſter A. Canonicus Ilerdeñ. ad prçſentiam noſtrã accedens, præmiſſam querelá nomine Ilerdeñ. replicauit, obnixe depoſcẽs per officiũ noſtrũ iá dictá ſententiá in melius reformari, & contra eá reſtitui eccleſiá Ilerd.

Alker. Scriben.

Nos igitur cũ fratrib. noſtris, alijſq. viris prudentib. & in vtroq. iure peritis, canonico videl. & ciuili, ſuper ipſa ſupp. deliberauimus diligenter; nõnullis firmiter aſſerentib. quod cũ iamdictus C. p. n. cõtra dictá eccleſiá viſus fuerit Ilerdeñ. eccleſiç beneficiũ reſtitutionis indulſiſſe, cũ ea nõ obſtãte duxerit negotiũ cõmittendũ, & nos ſupp. eiuſdẽ eccleſiæ admittere debebamus, prçſertim cũ in hoc canonica, & ciuilia iura pariter concordarent. Ná & per ſtatuta canonica ſententia Ro. ſed. nõ negatur poſſe in melius cõmutari. cũ autẽ ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro cõſideratione ætatum, & tẽporum, ſeu grauiũ neceſſitatũ diſpẽſatiue quiddam ordinare decreuit; & ſecundũ iura ciuilia Principes etiá contra res bis iudicatas in auditorio ſuo examinari reſtitutionẽ in integrũ permiſerunt. Perſpeximus etiam ex data ſententiæ in regiſtro iá dicti Eugenij PP. p̃. n. repertæ; quod ſentẽtia illa primo menſe ſui Põt. fuerit promulgata, quádo nõ plene de meritis ipſius cauſç fuiſſe videbatur inſtructus, illa nitens prçcipue ratione, quod priuilegium Vrbani ſecundi ab altera parte productũ, ſubiectũ fuerit falſitati; cuius tenorem nos in regiſtro ipſius ſubtiliter intuendo integrũ inuenimus, & penitus incorruptũ. Ceterũ licet iura Ilerdeñ. ecc. illæſa ſeruare velimus; quia tamẽ & eccleſiá veſtrá in ſua volumus iuſtitia cõfouere: in hoc tádẽ deliberatio nr̃a reſedit, vt, an data ſit reſtitutio, an dáda cõtra prçmiſſam ſentẽtiá partib. prçſẽtib. decernatur; quar. aſſertione merita cauſarũ pandátur iuxta legitimas ſanctiones. vt cũ nihil de contingentib. omiſerimus, neutra partiũ habeat, quod nobis merito valeat inputare. Quocirca di. v. per A. s. m. qua. vſq. ad feſtũ beatç Luciç proximo vẽturum, vel in perſonis proprijs, vel per ſufficiẽtem, & idoneũ reſponſalẽ noſtro vos conſpectui prçſentetis, quod antedicta ſententia retractari non debeat, ſi poteritis, oſtenſuri; vel ſi forſitá exigente iuſtitia fuerit retractanda; per vos, vel per reſponſalem eundem appareatis ſufficienter inſtructi, vt in principali negotio canonice procedatur, pro certo ſcituri, quod cũ finẽ litib. inponere cupiamus, & in quçſtione prçmiſſa propter multá locorum diſtantiá nõ poſsit ad nos ſine magnis laborib. & expenſis ſæpius haberi recurſus; ſi ad præmiſſum terminũ, quẽ vobis peremptoriũ aſsignamus, iuncta contẽpſeritis adimplere; nos nihilominus in ipſo negotio, quãtũ de iure poterimus, procedemus. Miramur autẽ nõ modicum, & mouemur, quod cõfirmationẽ eiuſdẽ ſententiç,



tiæ, & reuocationem omniũ, quæ ſæpedictus pr. n. C. egit pro eccleſia Ilerdeñ. tamquam ſubrepta fuerint, tu frater Epiſcope, diceris impetraſſe; cũ vix de ipſo poſsimus ſuſpicari, vt contra ſcripturas, & aſſertiones ſuas, quas frequẽter coram nobis, & alijs fratrib. noſtris viua voce propoſuit, ſubito venerit, niſi fuerit circũuentus.

## DE ARBITRIS. ti. xxv.

*Idem Cancell. & mag. Lothario cano. Pariſieñ.* c. 1.

De arbi. c. 4. DILECTI f. Abbas, & conuentus de Eſcad, Ciſtercieñ. ordinis ſua nobis querela mõſtrárũt, quod cũ inter eos ex vna parte, ac dilectos filios hoſpitalarios de Cereſeis Senoñ. diœc. ſuper vſuario cuiuſdam nemoris inochia, quod dicitur fagetum, & territorio vall. mortui quæſtio verteretur; in Kariſsimá in Chriſto filiam A. Reginã Franco. Illu. fuit compromiſſum vtrinq. quç auditis hinc inde propoſitis, & cauſç meritis plenius intellectis, de plurimor. prudentũ virorũ conſilio, arbitrium duxit per diffinitiuá ſententiá promulgandũ, & redactum in ſcripto proprio, & Epiſcoporũ, qui interfuerũt, fecit firmari ſigillis, contra huiuſmodi ſententiam hoſpitalarij temere venire non timent. Quamuis autem ſecundum regulam iuris ciuilis, feminç ab huiuſmodi publicis officijs ſint remotæ; alibiq. dicatur, quod licet ſummæ opinionis, & optimæ conſtitutæ arbitriũ in ſe ſuſceperint, vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni iudiciali examine ſunt ſeparandæ, vt ex ear. electione. nulla pœna aduerſus iuſtos earum contemptores, nullaq. pacti exceptio habeatur, quia tamẽ iuxta cõſuetudinẽ approbatá, quæ pro lege ſeruatur in partib. Gallicanis, huiuſmodi feminæ præcellentes in ſubiectos ſuos ordinariá iuriſdictionẽ habere noſcuntur; fr. t. per A. s. m. qua. præfatos hoſpitalarios, vt arbitriũ ratum, prçſertim cũ Epiſcopor. fuerit prçſentia, & conſilio roboratum, ſicut ſine prauitate prouide latum eſt, & ab vtraq. parte ſpõte receptum, obſeruẽt, monere, ac inducere procuretis eos ad hoc, ſi neceſſe fuerit per pœnam in cõpromiſsione ſtatutam ap. poſtpoſita cõpellentes.

*Idem Abbati, & conuentui de Pigamia.* Cap. 2.

c.5.e. CVM tempore bo. me. G. PP. p̃. n. tu fili Abbas, ad Rom. eccleſiam acceſsiſſes, & priuilegium, & alia ſcripta a ſe. Ap. merueris obtinere: Magdeburgeñ. Epiſcopus, ſicut aſſeris propter hoc cõtra te grauiter eſt cõmotus: tu vero timens tibi, & monaſterio tuo periculũ imminere ſuper controuerſijs, quç inter te, & Epiſcopum, & quoſdam tuos monachos vertebatur, arbitrium Magdeburgeñ. Archiepiſcopi a te promiſiſti † fidem manib. eius hinc inde poſita ſeruaturũ, ſicq. factum eſt, vt idẽ Archiepiſcopus adiunctis ſibi tá clericis, quá laicis, ſub certa forma, arbitriũ promulgauit. & infra. Tibi igitur, & procuratorib. Epiſcopi ſupradicti ve. f. n. Hoſtieñ. Epiſcopũ, & di. fi. P. tt. S. Cæciliæ presbyterũ Card. dedimus auditores. qui cum ea, quæ fuerant hinc inde propoſita, & oſtenſa, nobis, & fratrib. noſtris fideliter retuliſſent; & quia tam per confeſsiones, quá atteſtationes legitime conſtitit, quia fide hinc inde data cõpromiſſum eſt in arbitrium Epiſcopi memorati, & quorundá etiá aliorum: nos de cõſilio f. n. ipſum arbitrium decernimus obſeruãdum, illis dũtaxat exceptis capitulis, quæ cõtra libertatẽ ipſius monaſterij, & duar. capellar. eiuſdem in arbitrio ſunt expreſſa; cũ etſi ſponte volueris, de iure tamen nequiueris ſine licentia Rom. Pont. renuntiare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis, quç monaſterium illud indicant, ad ius, & proprietatẽ Rom. eccleſiæ pertinere. præſertim cum in vltimæ confeſsionis litteris contineatur expreſſum, quod præ. nr̃ ſuper renuntiatione a te, ſuper priuilegio, vel alijs ſcriptis facta nullum tibi, vel ſucceſſorib. tuis, aut etiá monaſterio, & duab. capellis de Pigamia prçiudicium voluerit generari.

† al. promiſiſti

*Idẽ Priori S. Andreæ, Abbati de Beroth, T. Priori, R. Archid. & magiſtro A. officiali S. Andreæ.* c. 3.

CVM dil. f. & infra. Vnde, vtrum corá arbitris recõuentioni ſit locus, poſtulatis per ſe. Ap. explicari. Nos igitur dis. v. ſuper primo articulo taliter reſpondemus; quod licet in iudicio cõuenientem reconuenire valeat is, qui coram iudice conuenitur; corá arbitris tamẽ recõuenire non poteſt, cũ arbitri iudicare nõ valeant, niſi de ijs tantum, ſuper quib. in eos extiterit compromiſſum. c.6.e.

*Idem Rectori, & fratrib. hoſpitalis ſancti Bartholomei in Ilice Lucani.* Cap. 4.

CVM olim ſuper eligendis in hoſpitali vr̃o rectore, & fratrib. inter vos, & di. fi. Priorem eccleſiæ S. Bartholomæi Lucañ. coram Priore S. Fridiani, & Primicerio S. Martini † Lucañ. a ſe. Ap. & iudicib. delegatis quæſtio verteretur; & vtraq. pars in eodem iudicio cõpromittens ipſorum arbitrium ſe promiſerit ſeruaturá; ac ipſius iudices certum duxerint arbitrium proferendũ: ſuper prolato arbitrio vtrinq. dubitatio eſt exorta, quam petijſtis p ſe. Ap. declarari. Nos igitur publico inſtrumẽto arbitrium continente diligenter inſpecto cognouimus; quod ſecundum formá arbitrij c.7.e.

† al. Maximi

Prior ſancti Bartholomæi in Lucañ. tenetur habere cõſilium cũ familia hoſpitalis eiuſdẽ, & tractare cum ea de inueniendo rectore; ſed ſiue concordet, ſiue diſcordet familia cũ ipſo Priore, idẽ Prior eligere debet in vtroq. caſu rectorem. propter quod dicimus, quod niſi Prior ſuper inueniẽdo rectore tractauerit cũ familia hoſpitalis, & ipſius conſilium requiſierit, nõ habet poteſtatem eligẽdi rectorem, etſi alio modo rectorem elegerit; eius electio haberi debet irrita, & inanis. Vnde habito cũ familia conſilio, & tractatu de inueniendo rectore, ipſe Prior libere poteſt rectorem eligere dumtaxat idoneum, ſiue concordet, ſiue diſcordet familia cum ipſo ſuper inuentione rectoris.

## DE IVRAMENTO CALVMniæ. Tit. xxvj.

*Idem Epiſcopo Placentino.* *Cap. vn.*

CVM cauſam, quæ inter ve. f. n. Rauennat. Archiepiſcopum, & cõmune Fauent. ſuper villa Luci, & quibuſdam alijs vertitur; delegatis iudicib. duximus cõmittendã, & ijdem in negotio minime proceſsiſſent; nos partib. dedimus in mandatis, vt pro ipſa cauſa noſtro ſe cõſpectui pręſentarent. quor. procuratoribus cum inſtrumentis de rato in noſtra pręſentia conſtitutis, cum aliquamdiu ſuper lit. cont. receptione quorundam teſtiũ, & multis exceptionibus fuiſſet in noſtra pręſentia diſputatum: nos tandem petitionem ipſius Archiepiſcopi per procuratorem eius fecimus exhiberi: & ad eam partem alteram &c. reſpondere, ac interrogationib. & reſponſionibus redactis in ſcriptis, & lite coram nobis pleniſsime conteſtata, iuramẽtum calumniæ fecimus vtrimq. præſtari. De iura. cal. c. 6.

# LIBER SECVNDVS.

## DE IVDICIIS. TIT. I.

*Idem Vercelleñ. Epiſcopo.* *Cap. 1.*

De decim. c. 25 & 4 col. li. 3. t. 9. c. 4. TVA nobis &c. & infra. Porro cũ laicis nulla ſit de ſpiritualibus reb. concedendi, vel diſponendi attributa facultas, Imperialis conceſsio, quãtũcũq. generaliter fiat, neminem poteſt a ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtitutione debentur.

*Idem ſancti Sergij, & ſancti Georgij Abbatib. & Cantori Andegaueñ.* *Cap. 2.*

De iud. c. 12. CVM veniſſent. & infra. Cũ enim ſuper priuilegijs ſc. Ap. cauſa vertitur, nolumus de ipſis per alios iudicari.

*Idem Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Franciam conſtitutis.* *Cap. 3.*

c. 13. e. NOVIT ille, qui nihil ignorat, qui ſcrutator eſt cordium, ac cõſcius ſecretorum, quod Kariſsimum in Chriſto filium n. Phi. Regem Francorum Illu. de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta diligimus, & ad honorem, & profectum, & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus, exaltationẽ regni Francor. ſublimationem Ap. ſe. reputantes. Cum hoc regnũ benedictũ a Deo, ſemper in ipſius deuotione permanſerit, & ab eius deuotione nullo vmquam, ſicut credimus, ſit tempore diſceſſurũ, quia licet interdũ hinc inde fiant inmiſsiones per angelos malos: nos tamen, qui Sathanæ non ignoramus aſtutias, circumuentiones ipſius ſtudebimus euitare; credentes, quod idem Rex illius ſeduci ſe fallacijs nõ permittet. Non ergo putet aliquis, quod iuriſdictionem, aut poteſtatẽ ipſius minuere, aut perturbare velimus; cum ipſe iuriſdictionem noſtrã, & poteſtatẽ, non debeat, aut velit etiã coartare. Cũq. iuriſdictionẽ propriã nõ ſufficiamus explere, cur alienã vſurpare velimus. ſed, cũ dominus dicat in euãgelio: ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te, & ipſum ſolũ; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuũ; ſi te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ, vel duos, vt in ore duor. vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ; quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. & Rex Anglię, ſicut aſſerit, ſit paratus ſufficienter oſtẽdere, quod Rex Francorum peccat in eum, & ipſe circa eum in correctione proceſsit ſecundum regulam euangelicã; & tandẽ, quia nullo modo profecit, dicit eccleſiæ. quomodo nos, qui ſumus ad regimẽ vniuerſalis eccleſię ſuperna diſpoſitione vocati, & mãdatũ diuinũ poſſumus exaudire, vt procedamus ſecũdũ formã ipſius, niſi forſan ipſe corã nobis; vel delegato noſtro ſufficientẽ in contrariũ rationẽ oſtendat? Non n. intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudiciũ, niſi forte iuri cõmuni



per ſpeciale priuilegiũ, vel cõtrariã cõſuetudinẽ aliquid ſit detractũ; ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quolibet exercere poſſumus, & debemus. nõ igitur iniurioſum ſibi debet Regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc Apoſtolico iudicio ſe cõmittat: cũ Valentinianus inclitus Imp. Mediolañ. ſuffraganeis eccleſiæ dixiſſe legatur, talem in Pont. ſede cõſtituere procurate, cui & nos, qui gubernamus imperiũ, ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, dũ tamquã homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario, velut medicamenta curantis. Vt illud humiliter omittamus, quod Theodoſius ſtatuit, & Carolus innouauit, de cuius genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe. Quicũmq. videlicet litem habens, ſiue petitor fuerit, vel initio litis, vel decurſis tẽporum curriculis, ſiue cũ negotiũ peroratur, ſiue cũ iam cœperit premi, † ſententia, ſi iudiciũ elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, & ſi pars aliqua refragauerit, ad Epiſcoporũ iudiciũ cũ ſermone litigantiũ dirigatur. Cũ nõ humanę cõſtitutioni, ſed diuinę legi potius innitamur; quia poteſtas noſtra nõ eſt ex homine, ſed ex Deo. Nullus n. qui ſit ſanę mẽtis ignorat, quin ad officiũ noſtrũ ſpectet de quocũq. mortali peccato corripere quẽlibet Chriſtianum, etſi correptionẽ contẽpſerit, ipſum per diſtrictionem eccleſiaſticã coërcere. quod enim debeamus corripere, & poſsimus, ex vtriuſq. patet pagina teſtamẽti, cũ clamet dominus per Prophetã. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã; & an. populo m. ſ. e. & ſubiungat ibidem; niſi annũtiaueris impio impietatem ſuã, ipſe in iniquitate, quã operatus eſt, morietur; ſanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Apoſtolus quoq. nos monet corripere inquietos, & alibi dicit idẽ; argue, obſecra, increpa in omni patiẽtia, & doctrina. Quod autẽ poſsimus, & debeamus coërcere, patet ex eo, quod inquit dñs ad Prophetã; qui fuit de ſacerdotib. Anathot; ecce cõſtitui te ſuper gẽtes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, ædifices, & plãtes. Cõſtat vero quod euellendũ, deſtruẽdũ, & diſperdendũ eſt mortale peccatũ. Præterea, cũ dominus claues regni cælorũ beato Petro tradidit, dixit ei. Quodcũq. ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cælis, & quodcũq. ſ. ſuper t. e. ſ. & in cęlis. Verũ nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccãs, apud dominũ ſit ligatus. Vt ergo Petrus diuinũ iudiciũ imitetur, ligare debet & in terris, quos ligatos eſſe cõſtat in cęlis. ſed forſan dicetur, quod aliter cũ Regib. & aliter cũ alijs eſt agẽdũ. Ceterũ ſcriptũ nouimus in lege diuina, ita magnũ iudicabis, vt paruũ, nec erit apud te acceptio pſonar. quã beatus Iacobus interuenire teſtatur, ſi dixeris ei, qui indutus eſt veſte pręclara, tu ſede hic bene, pauperi autẽ dicas, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedũ meor. & licet hoc modo procedere valeamus ſuper quolibet criminali peccato; vt peccatorẽ reuocemus ab errore ad veritatem, & a vitio ad virtutẽ, præcipue tamẽ, cũ cõtra pacẽ peccauit, quod eſt vinculũ caritatis. & infra. Nũquid apud nos debet eſſe põdus, & pondus; mẽſura, & menſura. quor. vtrumq. eſt abominabile apud Deũ. Poſtremo, cũ inter Reges ipſos formata fuerint pacis fœdera, & vtrimq. pręſtito iuramẽto firmata; quæ tamẽ ſeruata vſq. ad præfixũ terminũ nõ fuerũt; nũquid nõ poterimus de iuramẽti religione cognoſcere, quod ad iudiciũ eccleſię nõ eſt dubiũ pertinere, vt rupta pacis fœdera reformẽtur? Ne igitur tãtã diſcordiã videamur ſub diſsimulatione fouere, diſsimulare religioſor. locor. excidiũ, & ſtragẽ negligere populi Chriſtiani; dil. fi. Abbati Caſemarij dedimus in pręceptis, vt niſi Rex ipſe, vel ſolidã pacẽ cum prędicto Rege reformet, vel treugas ineat cõpetentes, vel ſaltem humiliter patiatur, vt idẽ Abbas, & ve. f. n. Archiepiſcopus Bituriceñ. de plano cognoſcãt, vtrũ iuſta ſit querimonia, quã cõtra eum proponit corã eccleſia Rex Anglor. vel eius exceptio ſit legitima, quã contra eũ per ſuas nobis duxit litteras exprimẽdã; iuxta formã ſibi datã a nobis, procedere nõ omittat. Ideoq. vniuerſitati ve. per A. s. m. & in virtute obedientię diſtricte pręcipimus, qua. poſtquã idẽ Abbas ſuper hoc mãdatũ fuerit Apoſtolicũ executus, ſententiã eius, immo noſtrã verius recipiatis humiliter, & vos ipſi ſeruetis, & faciatis ab alijs obſeruari; ſcituri, quod ſi ſecus egeritis, inobediẽtiã vrãm grauiter puniem⁹.

†promi forte

## DE FORO COMPETENTI. Tit. ij.

*Idem Vercelleñ. Epiſcopo.* *Cap. 1.*

LICET ex ſuſcepto ſeruitutis officio ſimus omnib. in iuſtitia debitores; ſic tamẽ in iure ſuo nos conuenit quibuſdã prouidere, ne alijs iniuriã facere videamur; &, quod abſit, inde ſumatur materia ſcãdali, vnde prouida debet cõſideratione ſedari. Ex inſinuatione ſane di. f. Cõſulũ, & cõmunis Vercelleñ. nos noueris accepiſſe, quod cũ de ſingulis quęſtionib. quę motę fuerint cõtra eos corã Cõſulib. iuſtitię, iuxta cõſuetudinẽ approbatã, velint cuilibet cõquerẽti iuſtitię plenitudinẽ exhibere: quidã laici, vt eorũ iuriſdictionẽ euacuẽt, & fatigent eos laborib, & expẽſis ſuper reb. quę iudiciũ ecc. nõ cõtingũt, litteras Ap. impetrãt, & ſic pręter iuriſdict. Conſulũ, quã De foro cõp. c. 10

 ener-

eneruant,eos cogunt multipliciter laborare. Volentes igitur ſic eorum vtilitati cõſulere, ne patiamur eorum iuſtitiam deperire,f.t.per A.s.m.qua.ſi quãdo a laicis tales litteras ſuper reb.præcipue, quæ forũ ſæculare requirunt, a ſe.Ap.cõtigerit impetrari,ſub.cuius.ap.ob. decernas auct.noſtra inutiles, & inanes,dummodo dicti cõſules, & cõmune de ſe conquerentib. in iudicio ſæculari exhibeant iuſtitiæ cõplementũ.liceat tamẽ ipſis,qui cũ eis taliter duxerint contendere,ſi ſe in aliquo ſenſerint prægrauari; ad tuã, ſicut hactenus ſeruatum eſt,vel ad noſtram,ſi maluerint,audientiã appellare,hoc præſertim tempore,quo vacante imperio ad iudicem ſæcularem recurrere nequeunt,qui a ſuperiorib.in ſua iuſtitia opprimuntur.ſi vero conſules iuſtitiæ tamquã merito ſuſpecti fuerint recuſati,corã arbitris cõmuniter electis de cauſa ſuſpicionis agatur, quæ ſi probata fuerit eſſe iuſta, ad te, vel ad nos pro iuſtitia recurratur, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

*Idem Archiepiſcopo, & B.cællerario Turoñ.c.2.*

c.11.e. EX tenore litterar.nobiles viri G.Britanniæ Comitis noſtris eſt aurib.intimatũ,quod cum cauſam, quæ inter mulierem nobilẽ F. & nobilem virum I. de Meduano ſuper hereditate ſua noſcitur agitari,vobis,& bo.me.G. magiſtro ſcholarum beati Martini cõmiſerimus fine debito terminandã,ipſe Comes eidẽ mulieri,cum tam ipſa,quã prędictus I.eſſent de foro ipſius,mandauit,vt cauſam ipſam deferret ad ipſum,promittens eidẽ,quod in curia ſua faceret ei iuſtitiæ plenitudinem exhiberi. nobis nihilominus intimare procurans, quod in curia ſua debeat huiuſmodi negotiũ terminari. at vos, & mulier ſupradicta ei nequaquam obtenperare volentes, fatagitis in cauſa procedere,& ſibi ſuam minus rationabiliter iuriſdictionẽ auferre. Vnde nobis humiliter ſupplicauit,vt cauſam ipſam ad eum, ad quẽ ſpecialiter pertinet, mittere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, quod alijs iniuriã facere non debemus:di.v.per A.s.m.qua.niſi ſit talis cauſa,quę ad eccleſiaſticũ iudicẽ pertinere noſcatur, ei ſuperſedere curetis, dummodo per iudicem ſęcularem ſuã poſsit iuſtitiam optinere,alioquin non obſtante contradictione ipſius,cauſam ipſam ratione præuia terminetis.

*Idem iudici Turritano. Cap.3.*

Non ponitur. AD noſtrã noueris audientiã perueniſſe; iuraſſe te olim ad inſtãtiã Piſanor.vt ſi quãdo eorum aliquis ſuper debito quolibet bullatas litteras, vel pu. exhibuerit iſtrumentũ, ex tunc infra xx. dies ſatisfieri facias, iuxta quod inſtrumentũ cõtinet,quod inducit. Tu vero timens, ne contra huiuſmodi venias iuramentũ,nõ ſolum laicos,ſed etiã clericos,& eccleſias,& ve.f.& coepiſcopos nr̃os in Turritana prouincia conſtitutos, iuris ordine prætermiſſo,cõpellis Piſanis ſoluere,quæcũq.ab eis duxerint poſtulanda;dũ tamen ſuper hoc vel litteras ſigillatas, vel publicum exhibeãt inſtrumentũ.ſicq.cõtingit, vt & multa indebita,& quędã credita,bis,vel ter cũ vſuris grauiſsimis exſoluãtur. Cũ igitur per huiuſmodi iuramenta tibi nihil accreuerit poteſtatis,nec Piſani potuerint clericos,aut eccleſias tuę ſubicere iuriſdictioni, vt coram te debeant cõtra ius canonicũ conueniri;nobilitatem t.mo. & exhor.attẽtius,& p A.s.m.qua,occaſione huiuſmodi viros ecc.de cetero non moleſtes, ne dum vis placere Piſanis, Deũ offendas.& incurras Ap.ſe. offenſam, quæ hoc non poſsit æquanimiter tolerare.

*Idem Piſano Archiepiſcopo. Cap.4.*

SI diligenti meditatione.& infra.Super eo autẽ miramur multũ,& mouemur; quod cũ te reputemus virũ prouidũ,& diſcretũ,& iuxta debitũ Pont.officij ſanctor.patrũ ſtatuta ignota tibi eſſe nõ debeant, & iuris peritorũ copiã habere noſcaris.aſſeruiſti te vſq.ad hęc tẽpora tenuiſſe,& habere pro certo,quod licitum ſit cuilibet clerico renuntiare ſaltẽ in tẽporalib.iuri ſuo,& ſibi laicũ iudicẽ cõſtituere præſertim vbi aduerſarij volũtas acceſsit, ac per hoc tacite te minus rationabiliter redargutum;pro eo quod huiuſmodi pacto tenere iuramentũ interpoſitũ reſpõdiſti, inmemor cõſtitutionis illius,qua cauetur pacto priuato iuri publico minime derogari. Cũ hoc ergo ius in Mileuitañ.& Carthagiñ.cõcilio ſit ſpecialiter promulgatũ,ne clerici clericos relicto ſuo Põt.ad iudicia publica ptrahãt:alioquin cauſam perdant, & a cõmunione habeantur extranei,& tã Epiſcopi,quã diaconi,ſeu quilibet clerici in criminali, ſeu ciuili negotio ſi derelicto ecc.iudicio publicis iudicijs ſe purgari voluerint,etiã ſi pro eis lata ſit ſentẽtia,locũ ſuũ amittãt,& hoc in criminali actione,in ciuili vero perdãt,quę euicerũt,ſi locũ ſuũ optinere maluerint. Manifeſte patet,quod non ſolũ inuiti,ſed & volũtarij paciſci nõ poſsũt, vt ſęcularia iudicia ſubeãt,cũ non ſit hoc beneficium perſonale,cui renuntiari valeat; ſed potius toti collegio ecc.publice ſit indultum; cui priuator.pacto derogãri nõ poteſt.nec iuramẽtũ licite ſeruari potuit,quod cõtra canonica ſtatuta illicitis pactionib.informatur. c.11.e

*Idem*



*Idem & Abbati,& conuetui ſancti Silueſtri.c.5.*

Vt lite pen.c.3. de cõſtit. c.10. ECCLESIA ſanctæ M.in via Lata cõtra I.de Ateia,qui quaſdã poſſeſsiones ipſius dicebatur contra iuſtitiã detinere,mouit tempore B.Caroſomi dicti ſenatoris ſub L.iudice quæſtionẽ.in ipſo autem iudicio præfato I.de Ateia, ſyndicus mo.veſtri aſtitit, & ab eo teſtes producti quidam de monachis extiterũt. Iudex vero auditis rationib. partiũ pro eodẽ I.abſolutionis ſententiã promulgauit,a cuius ſentẽtia pars altera vocem app.emiſit. Super hoc poſtea quęſtione ſuborta,proponẽte parte victrice,quod non potuerit appellari,cum dictus L.nõ vt iudex,ſed tãquã arbiter fuiſſet electus,victa e contrario aſſerente,quoniã cũ arbitrio fuerit contradictũ,quod partes, non niſi metu pœnę conſtringit,quę in præmiſſo arbitrio nõ fuerat cõprehenſa, merito potuit appellari, & fortius, quã ſi iudiciũ extitiſſet. De hoc igitur ad iam dictũ B.Caroſomũ quęſtione perlata,cauſam app.Su. primicerio iudicum delegauit;in cuius pręſentia partib.cõſtitutis,dictus I.de Ateia propoſuit ſe conueniendũ nõ eſſe, cum non poſsideret id,quod pars altera requirebat,ſed monaſteriũ veſtrũ rem poſsideret petitam.dictus autem B.Caroſonus, quoniam quoddam ſtatutum emerſerat a populo Romano approbatũ pariter, & acceptum,quod ſi quis poſt litem cõ. rem a ſe petitam transferret in alium,daretur poſſeſsio petitori,& alter fieret de poſſeſſore petitor;& idem I.poſt litem cont.rem ipſam in monaſterium trãsferre præſumpſit,poſſeſsionem rei petitæ aſsignauit eccleſię memoratę. Verũ quoniam dictus I.de poſſeſsionib. ipſis monaſterio veſtro annuam reddiderat poſſeſ-

† pẽſionem forte

ſionem,† adiecit;vt hoc ipſum ab eccleſia S.M.fieret,donec de proprietate fundi cognoſceretur;ſed ſolutio,quæ fieret eccleſię S.M. in via Lata in iure ſuo penitus nõ noceret &c. & infra. Et quia ſæpefatũ monaſteriũ veſtrũ ſe querebatur a præmiſſo B. Caroſini contra iuſtitiã ſpoliatũ, & ipſum per officiũ noſtrũ reſtitui humiliter poſtulabat. quod ſtatutum eius nullius valoris extiterit,multipliciter aſſeuerans,& infra.his ergo,& ſimilib.in noſtra, & frat. n. p̃. prudenter a partib.allegatis;nos attendentes, quod laicis etiã religioſis ſuper eccleſijs, & perſonis ecc. nulla ſit attributa facultas,quos obſequendi manet neceſsitas, nõ auctoritas inperandi;a quib.ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit,quod eccleſiarum reſpiciat etiam cõmodum, & fauorem, nullius firmitatis exiſtit,niſi ab eccleſia fuerit approbatũ. Vnde ſtatutum Baſilij de non alienãdis prædijs ruſticis,vel vrbanis miniſterijs,& ornamentis eccleſiarum,illa reprobata fuit potiſsimum ratione, quod auctoritate non fuit Rom.Põt. roboratũ,ne in exemplũ tranſeat ſimilia præſumendi;quod a ſupradicto B.factum fuerit in præiudiciũ monaſterij non cõuenti,nec confeſsi etiã, vel cõuicti, prorſus in irritum reuocantes, eaſdem reſtituendas ſibi ſententialiter diffinimus,nec ipſas,quæ in locum, & ius illar. quas ab I. de Ateia eccleſia S.Ma.petierat,ſucceſſerunt, interim alienare valeat,prohibentes,vt ſi eccleſia S.Ma.vel de vitio litigioſi contractus, vel de proprietate forſitan voluerit in iudicio experiri; ne ſi optinuerit in iudicio,in vanũ laboret, monaſterio minime poſsidente;ſit,quod euincere valeat,& habere.

## VT LITE NON CONTESTATA, non procedatur ad teſtium receptionem, vel diffinitiuam ſententiam. Tit. iij.

*Idem Abbati S.Proculi, & Lanfranco Canonico Bononieñ. Cap.1.*

AD hoc Deus in Ap.ſe. cõſtituit totius ecc. magiſtratũ. &c,& infra. Vt lite nõ conte. c.1. Ad Apoſtolatus noſtri notitiã litterar.veſtrar. inſinuatione peruenit;quod,cũ cauſa,quæ inter R.& B.vxorẽ eius vertitur,a ve.f.n cũc Ap.ſe.Leg. vobis cõmiſſa fuiſſet;tãdẽ procurator eiuſdẽ R. libello vxoris, quo virũ ad ſeparationem thori, aut dotẽ reciperet, de adulterio accuſabat; noluit reſpondere,donec aduocatus eius veniret inducias poſtulãdo.ſed cũ idẽ procurator huiuſmodi inducias ſæpe petẽdo, vobis illudere videretur; vos teſtes mulieris habito cõſilio recepiſtis,quo facto procurator ad pręſentiã vrã accedẽs,dixit ſe reſpõdere paratum.qui die ſtatuto,cũ crederetur libello, de quo pręmiſimus,reſpõſurus,reſtitutionẽ vxoris ex parte viri primo fieri poſtulauit, ne ſecus fieret,appellãdo. Verũ,quia mulier dicebat ſe virũ habere ſuſpectũ; tũ quia in domo eius coacta fuerat ſe adulteratã cũ plurib. cõfiteri;tum quia meretricẽ publice retinebat; & idẽ procurator nec de mulieris inpunitate cauere, nec vr̃o ſe curaſſet poſtmodũ cõſpectui pręſentare;vos teſtes mulieris iterũ recepiſtis,& atteſtationib. publicatis diligẽter auditis,quę fuerũt ipſius nomine allegata. Quia vero cũ de ferenda ſentẽtia cũ viris prudẽtib. tractaſtis, vniuerſor.inueniſtis diuerſa cõſilia, quibuſdã dicentib.ap.ſimpliciter deferendũ, alijs autẽ app. deferendũ nõ eſſe;nõnullis etiã aſſerentib.app.nullatenus tenuiſſe,cũ mulier non ſit viro reſtituenda ſuſpecto,niſi de inpu

nitate

nitate ſufficienti præſtita cautione;vos in tā-
ta varietate nos conſulere voluiſtis , qualiter
eſſet in hoc negotio procedendū. Nos ergo
conſult.v.de conſilio f.n.taliter reſpōdemus,
quod licet ordo iudiciarius in alijs cōtrouer
ſijs ſit obſeruandus,in matrimonialib. cauſis
nō vſq.quaq.ſeruatur;quia tamē in præſenti
negotio non eſt actū de fœdere matrimonij,
ſed de crimine adulterij, per quod ad ſepara-
tionem coniugū,nō ad coniunctionem inten
ditur ; cum lite non conteſtata teſtes fuerint
recepti,& atteſtationes etiam publicatæ;ſiue
deferendū,ſiue non deferendum app.fuiſſet,
non eſt ad diffinitiuam ſententiam proceden
dum.potuit tamen pręfatus R.propter contu
maciam excōmunionis ſententia innodari.

*Idem Hieroſolymit.Patriarchæ,& Archiepiſcopo Cæſarieñ. Cap. 2.*

c.2.c. ACCEDENS ad præſentiam noſtrā ve.
f.n.Papheñ.Epiſcopus ve.fratr.nſor.Accon.
Tiberiad.&Beryteñ.Epiſcopor.nobis litteras
præſentauit,ſententiā continentes,quā ſuper
† Tyrē. forte cauſa,quę inter ve.f.n. Turreñ.† Archiepiſco
pū ex vna parte,& plebanū S.Marci exalte-
ra vertebatur; ijdem Epiſcopi promulgarūt.
aſſerebant tamē Epiſcopi memorati per ſuas
litteras ; quod cū cauſam ipſam de mandato
noſtro ſuſceperint terminandā,partes ad ſuā
præſentiā cōuocarunt.ſed plebanus nec eorū
litteras,in quib.mandati noſtri tenor erat ex-
preſſus,recipere voluit, nec eorū ſe cōſpectui
prę ſentauit,& ſecundo citatus,licet,nec eorū
litteras recipere voluiſſet,coram eis apparuit,
prioris abſentiæ ſuę cauſas allegans,& inſpe
cto tenore litterar. noſtrarū petitis etiā indu-
cijs,& receptis ab eis,licētiatus abſceſsit,ſe ſta
tuto die ad eos redire promittens.Cūq.poſt-
modum vtraq.partiū in eorū fuiſſet prę ſentia
cōſtituta, & Archieps reſtitutionis beneficiū
poſtularet,plebanꝰ nihil ad obiecta reſpōdit,
ſed ad noſtrā audientiam appellauit , & licet
ſępe per ipſos fuiſſet admonitus, vt iuri pare-
ret,quia eius appellatio non tenebat,cū in lit
teris noſtris app.eſſet obſtaculū partib.inter-
cluſum,& per ipſorū nuntios ad iudiciū fue-
rit reuocatus, noluit tamen reſpondere am-
plius,vel corā eis etiā cōparere.Ipſi vero iudi
ces accedētes ad ciuitatē Tyreñ. cū plebanus
ipſe in ſua cōtumacia perduraret,teſtes rece-
perūt ab altera parte productos,& depoſitio
nib.teſtiū redactis in ſcriptis, eidem plebano
mādauerunt;vt ad eos accederet,in perſonas,
vel dicta teſtiū obiecturus;ſed cū ipſe ad eor.
prę ſentiā noluiſſet accedere;in plebanū,&cō
plices eius excommunionis ſententiam pro-
tulerunt, poſſeſsionem iuris parochialis adiu
dicantes Archiepiſcopo memorato; & eum,
quantū in eis erat,reſtituentes in integrū,au-
ctoritate ſe.Ap.diſtrictius vetuerunt,ne quis
poſſeſsionem Tyreñ.eccleſię reſtitutā pertur
bare prę ſumeret,vel inſtitutioni Ap.cōtraire:
& ne plebanus S.Marci,vel quilibet alius pa
rochiale ius exerceret in Tyro.Cū igitur no-
bis ex inſpectione ſententiæ cōſtitiſſet, quod
lis corā eiſdem iudicib.nō fuerat cōteſtata,&
ex tranſcripto litterarū,quas ijdem prędeceſ
ſores noſtri conceſſerant Venetis, manifeſte
pateret, litteras ipſas per veri ſuppreſsionem
obtentas;cū nō veniret in dubiū,ſed eſſet po
tius manifeſtū,dictos Accoñ.&Beryteñ.Epi
ſcopos eidem Archiepiſcopo,tāquā ſuffraga
neos ſuo metropolitano ſubeſſe, ac ex eis ple
banū ipſum legitime appellaſſe conſtaret, in
quē etiā ſi minus legitime appellaſſet,iudices
ipſi,licet per cōtumaciam excōmunicationis
forte potuerint proferre ſententiā,tamen nō
debuerint ſuper principali negotio diffiniti-
uam lite nō cōteſtata ſententiā promulgare;
prædictas ſententias ab ipſis iudicib.latas de
con.f.n. caſſauimus, immo caſſas denūtiaui-
mus,& inanes, & per eas nullū prę iudiciū ec
cleſiæ S.Marci,vel eius fautorib.volumus ir-
rogari. Vnde Tyreñ.Archiepiſcopo dedimus
in mādatis,vt ipſi eccleſię S.Marci inſtrumē
ta reſtituat,& etiā vniuerſa , quæ huiuſmodi
occaſione ſententiæ per ſe,vel per alios occu
pauit;nec inpediat,quominus,ſicut ante latā
ſententiā Venetū eccleſia parochialis iuris,&
aliar. dignitatum ſuārū poſſeſsione lætetur.

*Idem Epiſcopo.Brixieñ. Cap. 3.*

TVAE fraternitatis deuotio.& infra.Cō
ſuluiſti præterea,vtrū ſi aliquis citatus legiti- c.3.c.
mis perēptorijs cōparere noluerit, iudex lite
nō cōteſtata cōtra ipſum debeat ſentētiā pro
mulgare;vt idē affectus tędio appellatus ſaltē
ſe iudicis conſpectui reprę ſentet:ad quod f.t.
taliter duximus reſpōdendū;quod ſi cōtuma
citer reus ſe curauerit abſentare,taliſq.ſit cau
ſa,quod actor poſsit in poſſeſsionem rerū pe-
titar.induci;eſt in eadē cauſa cuſtodiæ indu-
cendus,quod ſi cauſa talis exiſtat,quod idem
in poſſeſsionē nequeat intromitti, vt iuri pa-
reat is,qui cōtumaciter ſe abſentauit, eſt per
cen.ecc.cōpellendus. *Idē de Curia Dei,& de eleemoſyna Abbatib. Aurel.& Carnoteñ.diœ.c.4.*
ACCEDENS ad Ap.ſe.dil.f.nobilis vir W. c.4.c.
Vicecomes Cenaici. & infra. grauem coram
nobis contra dictos iudices expoſuit quęſtio-
nē; quod cū dictus Coriſopiteñ. Eps no. virū
Guidonem de Coratio comitem Britanniæ
pro-



proxima linea conſanguinitatis attingat, &
Archidiaconus eius ſit clericus cōmēſalis,qui
eidem vicecomiti eſt aduerſarius principalis,
vt pote qui vxorem ſuam,& terrā publice de
tinere præſumit,& magiſter P.de Burteñ.de
terra vxoris ſuæ oriundus exiſtat,nimis fauēs
eidē,& omnes ſub diſtrictu,&poteſtate ipſius
G.exiſtant, nec niſi per diſtrictū ipſius ei pa-
tuerit acceſſus ad eos;ipſi, quibus cauſa inter
ipſum, & vxorē ſuam cōmiſſa fuerat,nūquā
ei voluerunt,niſi in terra inimicorū ſuorū lo-
cū,& terminū aſsignare, vbi ſine mortis peri
culo accedere nō audebat; & licet litteras nō
habuit de conductu,ſi tamen miſſæ fuiſſent,
non debebat ſe credere ſuis capitalib. inimi-
cis: qui li.non.con.teſtes ſuper conſanguini-
tate recipere præſumpſerunt.& infra.Cū igi-
tur in matrimonialib. cauſis ad cōiungendū,
quam ad diſiungendum debeamus exiſtere
proniores; ne forte,quos Deus cōiunxit, ho
mo ſeparare præſumat:d.u.per A.s.m. qua.
cū,ſicut idem aſſerit vicecomes, propinquio
res ſitis terræ nobilis iamdicti , quam ſuæ,ac
cauſa ipſa per vos cōmodius valeat termina-
ri; cū ad vos ſecurius pateat acceſſus vtrimq.
partes ad veſtrā præſentiā conuocetis, & in-
quiſita ſuper prę miſsis diligentius veritate,ſi
vobis cōſtiterit,quod ante litē legitime cōte-
ſtatam,vel poſt app.rationabiliter interpoſi-
tam, teſtes ſuper conſanguinitate cōtra ma-
trimonium abſq.culpa maxime contumacię
recepti fuiſſent, vos atteſtationes huiuſmodi
decernatis irritas,& inanes,ap.ces.compellen
tes per cen.ecc.prædictā nobilem,vt reuerta-
tur ad virum ſuum, quem incōſulte dimiſit,
mandatū Apoſtolicū ſub. cuius. contradi.&
ap.ob.inpleturi ; ita quod poſtquam ipſe vir
plenariam reſtitutionem habuerit, tam vxo-
res,quam terrę cauſam ſuper matrimonio au
diatis,eamq.fine canonico terminetis.

*Idem. Cap. 5.*

c.5.c. QVONIAM frequenter in dubiū re-
uocatur a multis,an lite nō cont. teſtes recipi
valeant;auctoritate præſentium duximus de
clarandum:regulariter verum eſſe, quod lite
non conteſt.non eſt ad receptionem teſtium
procedendū,niſi forte de morte teſtiū timea-
tur,vel abſentia diuturna;in quib.caſib.cum
ciuiliter eſt agēdum,ne veritas occultetur, &
probationis copia fortuitis caſib. ſubtraha-
tur;ſenex,& valitudinarij,& alij teſtes,de qui
bus ex aliqua rationabili cauſa timetur,etiam
lite non conteſtata ſunt proculdubio admit-
tendi,ſiue pars inuenta ſit contumax, ſiue ſit
abſens abſq.malicia,vt conueniri non poſsit.
ſed ſi actor non conuenerit aduerſariū infra
annum, ex quo cōuenire poterit, vel ſaltem
receptionem huiuſmodi teſtium non de nū-
tiauerit illi;atteſtationes receptæ non valeāt;
ne forte hoc procuret in fraudem,vt † proceſ † al.de eſt vt
ſu tēporis exceptiones legitimę ad repellen-
dum teſtes,vel aliæ locū habere non poſsint.
Porro ſpeciales cauſæ poſſunt occurrere, in-
quib caſualiter eſt aliud obſeruandum,verbi
gratia ſi ſuper alicuius electione , vel copula
maritali quæſtio mouetur ; tunc etenim , ne
propter longam morā in ſpiritualib.vel tēpo
ralib.patiatur eccleſia læſionem,vel viro,ſeu
mulieri fornicationis occaſio præbeatur;ma-
xime cū propinquitatis gradus opponitur le-
ge diuina prohibitus,in huiuſmodi caſib. te-
ſtes ſunt merito admittendi; ſi videlicet cōtu
max apparuerit is,in quē fuerit accuſatio di-
rigenda;ſiue quia peremptoria citatione rece
pta venire cōtēnit,ſiue quia malitioſe ſeipſū
occultat, ſiue quod impedit, ne poſsit ad eū
citatio peruenire. Si vero aliter abſens fuerit,
& agatur de ſpirituali cōiugio inter prę latū&
eccleſiam iā cōtracto,electione maxime cōfir
mata,illud in hoc articulo volumus obſerua-
ri, quod ſuper exſpectatione taliū perſonar.
in ſacris eſt canonib.diffinitū,quod ſi forſan
agatur de ſpirituali cōiugio cōtrahēdo,is,qui
eſt in prælatū electus per ſpatiū ſex mēſium
expectetur, niſi penſatis negotij circūſtantijs
per ſuperioris prudentiā magis,vel minus fue
rit expectandū. Si autē de carnali cōiugio ſit
agendū,tādiu alter coniugū expectetur, do-
nec de ipſius obitu veriſimiliter prę ſumatur.
quia cū ſine culpa ſit abſens,vt ſi captiuitate,
vel ęgritudine,aut alio iuſto impedimēto for-
ſitan teneatur ; aut etiā propria,ſed nō mali-
tioſa volūtate in remotis partib.morā faciat,
vt de facili,vel in breui citari nō poſsit;ei qui
dem præiudicari nō debet, cū habeat forſan
exceptiones legitimas ad intentionē cōtrariā
elidēdā,eo nequaquā obſtāte,quod de lapſu
carnis poſſet opponi, quoniā in cōiugio mul
ti caſus occurrūt,in quib. cōiuges ſine culpa,
ſed nō ſine cauſa cōtinere cogentur.ſunt alij
caſus ſimiliter ſpeciales,quos alibi nos memi-
nimus diſtinxiſſe,in quib.abſq.litis cōt.legiti
me poſsūt teſtes produci,vt quādo exceſſuū
inquiſitio,vel teſtiū publicatio imminet facie
da.In alijs vero caſib.prudēter eſt attendēdū,
vtrū cōtumax accuſatione reali,vel perſonali
conueniatur ; ſi reali,mittendus eſt vtique a-
ctor in rei petitæ poſſeſsionem, vt tædio af-
fectus reus veniat reſponſurus. quod ſi ve-
nerit infra annum , iudicio ſiſti præſtita
cau-

cautione, ac exhibita ſatisfactione cõgrua ex penſarũ, poſſeſsionem recuperet. quod ſi cautionem offerre neglexerit infra annũ, actor poſt annum verus conſtituatur poſſeſſor, ſuper proprietate dũtaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. Quod ſi ſuper reb. inmobilibus quiſquam conueniatur, qui eas nomine poſsidet alieno; debet ſtatim in iudicio dominum nominare, certo dierum ſpatio a iudice finiendo, eoq. ad eius notitiam perducendo; vt vel ipſe veniens, vel idoneum dirigens reſponſalem, actoris intentionem excipiat. ſi vero poſt tempus indultum, quod diſpoſitum eſt, noluerit adimplere, tamquam lite, quæ ingeritur ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrũpendam præſcriptionem longi temporis conteſtata, dominum poſſeſsionis iudex edictis legitimis euocabit; & tunc ipſo in eadem voluntate manente, negotiũ ſummatim examinans, in poſſeſsionem ipſarũ rerum actorem mittere nõ tardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione ſeruata. ſi autem ſuper perſonali actione conueniatur; vel mittendus eſt actor in poſſeſsionẽ mobiliũ bonorũ ipſius, vel inmobilium, ſi forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in cõtumacem eſt eccleſiaſtica ſententia proferenda; ita videlicet, quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex a principio ſit contentus, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel poſt annum etiam audietur, iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam.

† cognitionum DE ORDINE CONDICIONVM †. t. iv.

*Idem Marinen. Epiſcopo.* *Cap. vn.*

Greg. 9 De ord. cog. c. 2.

CVM dil. f. Abbas de Ferentino ad noſtrã præſentiam acceſsiſſet, conquerens de nobilib. viris O. & A. fratre ipſius, & filijs R. domini ſ de Arion, partib. in noſtra præſentia conſtitutis, dil. f. n. G. tt. ſanctę Mariæ trans Tiberim, & L. tt. ſanctę Prudẽtianę presbyteros Card. deputauimus auditores, in quorum præſentia ſuam Abbas depoſuit quæſtionem; quod præfati nobiles nulla requiſitione pręmiſſa manu armata, & cũ exercitu, ad caſtra monaſterij Ferentini, & Gab. venientes in prædis animalium, ſegetum cõbuſtionib. captionibus hominum, homicidijs perpetratis, & damnis alijs vſq. ad L. libras Lucen. præter ſtragem hominum, & iniurias irrogatas, damnificare cœnobium dictũ præſumpſerunt; de quib. & alijs pariter, quę vollet proponere contra ipſos, iuſtitiam ſibi fieri poſtulabat. cui citra lit. conteſt. ſub forma exceptionis fuit ex aduerſo reſponſum, quod cũ Abbas ipſe nobilib. viris O. & R. promiſerat præſtito iuramento, quod eos contra omnes homines, exceptis Rom. Pont. & Imp. ac Legatis ipſor. ad retinendum, quod tunc habebant in caſtris, villis, & bonis alijs, & recuperandum ſine fraude, & malo ingenio, ſi eorũ aliquid amitterent, adiuuaret; per ipſius dolum, & violentiam caſtrum Samiti † amiſerãt fraudulenter; quod & progenitores eorum tenuerant, & ipſi poſſederant in quiete, & ſibi petentes prius reſtitui, quã ipſius petitionib. reſponderent, præſertim cum teſtes haberõt pręſentes, per quos intentionem ſuam incõtinenti probare volebant, & quod reſtitutio ante cauſę ingreſſum deberet fieri ſpoliatis, vtriuſq. iuris auctorib. oſtendere conabantur. † al. Samuti

Verum ex parte Abbatis fuit taliter replicatum; quod libello ſuo ſecundum regulam iuris, qua dicitur, vt qui prior appellat, prior agat; debebat primitus reſponderi; nec ab eo reſtitutio peti poterat, qui non fuerat ſpoliator, † præſertim cum caſtra ſarrati † ad ius, & proprietatem ſui monaſterij pertineret, quod etiã pars aduerſa nullatenus denegabat. Vnde, vt verus dominus, ad quem ab alio res ſua poſſeſſa reuertitur, etiam poſt tẽpora longiora retentionis debebat commodum optinere, & iudicium reſtitutorium contra ſpoliatorẽ tantũ cõpetere dinoſcatur. pro damnis quoquę illatis reſtitutio poſtulari nõ poterat; ſed ad ea debebat actio cõpetens intentari; alioquin cum & pars Abbatis damna grauiſsima ſibi quereretur illata, prius reſtituẽda fuerant, ſi pro huiuſmodi eſſet reſtitutio faciẽda ſecundum tenorem regulæ memoratæ: capitula quoq. de reſtitutione facienda loquentia locũ habere in criminalib. aſſerebant, & quãdo quis ab aduerſario ſpoliatur, & ſuper re ipſa, qua ſpoliatus fuerat, cõueniatur. Ceterũ ex parte Abbatis regulã introductã aduerſa pars in mutuis petitionib. locũ habere dicebat, cũ cauſę viciſsim tractatę, vna poſtea ſententia terminãtur. Cũq. vero pars aliqua poſt reſtitutionem, vel alio modo aliquid ſibi deberi proponit, & altera in modum exceptionis ſe aſſerit ſpoliatam, & ante reſtitutionem ſuam nullatenus reſponſurã, de incidenti aſſerebat antea cognoſcendũ. Cũ autem ea, quæ pręmiſimus, & alia quędã prædicti Card. nobis, & fratrib. noſtris fideliter retuliſſent, nos diſtin-

† al. ſpoliatus

† caſtrũ Samuti forte



guendum eſſe credentes, vtrum ſpoliationis quæſtio ab eiſdem nobilib. ſit obiecta in modũ actionis ad reſtitutionem petendã, an in forma exceptionis ad intentionem aduerſarij repellendam; cum ea in modũ actionis propoſita intelligãtur diuerſæ petitiones ſeſe minime cõtingentes; ac per hoc iuxta regulam iuris præmiſſam, quæ prius eſſet propoſita, prius foret tractanda, quãquã in idem iudicium ambæ deductæ, viciſsimq. tractatæ ſimul eſſent eadem ſentẽtia terminandæ. ſed quoniã illa quæſtio fuit ab eiſdem nobilib. tãtum in modum exceptionis obiecta, de cõmuni f. n. con. interloquẽdo pronuntiauimus, vt probationes eorũ ſuper ipſa exceptione primitus audirentur, & ea probata legitime reſpondere nõ cogerẽtur Abbati ſuper petitionib. memoratis; donec reſtituerentur ab ipſo: cũ ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem nõ cogatur vllatenus reſpõdere. ſpoliatione tamen in modũ tantũ exceptionis probata, nõ eſt per hoc reſtitutio faciẽda; quẽadmodũ cũ in modũ exceptionis aliquod teſti crimẽ obicitur, vt ſic a teſtimonio repellatur, etſi crimẽ cõtra eũ ciuiliter probatũ fuerit, nõ ideo pœna ſibi infligitur ordinaria; ſed eius duntaxat teſtimonio nõ credetur. quod ea ratione contingit, quoniã in ipſum accuſatio nõ procedit. teſtes etiã, quorũ teſtimonium reprobatur, infames, quaſi ex falſo teſtimonio, nõ habẽtur.

DE CAVSA POSSESSIONIS, ET proprietatis. Tit. v.

*Idem Epiſcopo, & Canonicis Sutrien.* *Cap. I.*

De cau. pos. c. 3.

CVM eccleſia Sutrina paſtore vacaret, vos cõuenientes in vnũ, &, ſicut moris eſt, ſpiritus ſancti gratia inuocata, paſtorem vnanimiter elegiſtis, petentes ipſum a ſe. Ap. confirmari. Verũ dil. fi. clerici cõuentualium eccleſiar. ciuitatis eiuſdem apud nos de vobis cõſequẽter ſuã depoſuere querelã; quod cũ in Epiſcopor. electionib. faciendis, ipſi, ac prædeceſſores eorũ conſueuerint intereſſe, vos eis inuitis, renitentib. & excluſis ad faciendã electionẽ procedere præſumpſiſtis, quã ob hoc nõ cõfirmandam, ſed infirmandam potius aſſerebant. partibus ergo pro quæſtione huiuſmodi apud ſedem Ap. cõſtitutis, dil. f. n. B. tt. S. Petri ad vincula, & I. tt. S. Priſcæ presbyteros, & H. S. Mariæ in Coſmedin diac. Card. dedimus auditores, in quorum præſentia teſtes vtrimq. producti fuerũt, & eor. depoſitionib. publicatis pars canonicorũ per teſtes a ſe productos intentionẽ ſuã, quod ad eos tantũ ſpectaret electio, ſufficienter dicebat eſſe probatã; parte clericor. nihilominus aſſerente, quod per dicta teſtium, quos produxerãt, & ipſi ſuã aſſertionẽ, quod electioni Põtificũ intereſſe deberẽt, plenius probauiſſent; per quæ conſtare dicebant eos electionib. trium Epiſcopor. qui eccleſię Sutrinę vltimo, & inmediate præfuerãt, cũ canonicis cathedralis eccleſiæ adfuiſſe, vocẽq. habuiſſe cũ alijs eligendi. Nos ergo auditis allegationib. & rationib. partiũ, & depoſitionib. ipſis diligenter inſpectis, quoniã liquido deprehẽdimus teſtes veſtros in perhibẽdis teſtimonijs varios extitiſſe, atq. aduerſus fidẽ atteſtationis ſuæ corã dictis Card. vacillaſſe, ſicut ipſi nobis poſtea retulerũt; & quod negationẽ quodãmodo aſtruere ſatagebãt, probare volẽtes ius electionis itaquidẽ ad ſe ſpectare, quod ad aduerſarios minime pertineret; per teſtes vero partis aduerſæ fuit ſufficiẽter oſtẽſum, quod in triũ Epiſcopor. electionib. de quib. pręmiſſum eſt, clerici præſentes adfuerint, & vocem habuerint eligẽdi, præmiſſam electionẽ factã eis cõtradicentib. & excluſis de f. n. cõ. decernimus irritandã, clericos ſępefatos in eã quaſi poſſeſsionẽ, quã ante cõtrouerſiam motã habuerant, reducentes. Verũ, quoniã in quęſtione prędicta quidquid iuris vtraq. pars in electione habebat, deductũ in iudiciũ videbatur; cũ iure ciuili ſit cautũ id venire in iudiciũ, nõ de quo actũ eſt, vt veniret; ſed id non venire, de quo nominatim actũ eſt, ne veniret; & ſecũdũ ſtatuta canonica, electiones Epiſcopor. ad cathedralium eccleſiar. clericos regulariter pertinere noſcuntur, niſi forte alibi ſecus obtineat de cõſuetudine ſpeciali; nec ex eo, quod clerici ante dicti, ſe inter eligentes Sutrinen. Epiſcopos probauerũt tertio extitiſſe, ius eligendi propter breuitatẽ tẽporis vſq. ad præſcriptionẽ legitimã nõ producti, ſibi acquirere nõ potuerũt; & actore nõ probãte, qui cõuenitur, etſi nihil pręſtiterit obtinebit; ab eor. inpetitione ſuper electionib. faciẽdis, vos duximus abſoluẽdos, ſæpedictis eccleſiarum clericis ſuper hoc ſilẽtium perpetuũ inponẽtes.

*Idem Canonicis Bethleemitan.* *Cap. 2.*

CVM ſuper electione Bethleemitan, inter R. ſubd. & P. canonicũ ſepulchri dominici nuper in nr̃a pręſẽtia quęſtio verteretur, vtroq. ſe pro electo gerẽte, cũ primus etiã a v. f. n. Patriarcha Hieroſolymitano fuerit cõfirmatus, alter vero fauorẽ Regũ obtineret, eis dil. f. P. Baſilicę xij. Apoſt. I. tt. S. Stephani in Cœlio mõte presbyteros, & G. S. Ma. in porticu diac. Card. dedimus auditores; in quorũ præſentia receptis vtrimq. teſtibus, & eorum depoſitionibus publicatis, quæ hinc inde allegata c. 4. e.

fuerunt, nobis, & fratrib. noſtris retulerunt fideliter, & prudenter. nos vero tam per relationes ipſorū Card. quā per geſta de cauſæ meritis ſufficienter inſtructi, cōmunicato fr. no. conſilio iam dictū ſubd. R. qui ſe probauerat per ſæculare potentiam ſpoliatū, reſtituendū decreuimus iuſtitia mediante. Verū, quoniā tam poſſeſſoriū, quem etiā petitoriū deductū fuerat in iudicium, & tam reſtitutionis, quam electionis quæſtio plenius agitata, & cōſtitit nobis electionem vtriuſq. minus canonicam extitiſſe; cū iudex, de qua re cognouerit, etiā pronuntiare debeat, iuxta canonicas ſanctiones, vtrāq. duximus ſententialiter irritādam.

*Idem Epiſcopo Nouioñ.* *Cap.3.*

c.5.e. PASTORALIS officij debitum ſollicita mente proſequeris, cū iuſtitiæ zelo ſuccenſus ſuper iuris articulis per Ap. ſe. oraculū, a qua tuæ pendet iuriſdictionis auctoritas, reſpōſa humiliter appetis, & deuotus exſpectas; ne forte noua opinionū varietas, aut iuris exceptio varia nouitate diſtincta non iuris effectū pariat, ſed iuſtitiæ potius defectum inducat. Sane ſicut nobis per tuas litteras intimaſti, cōtingit aliquādo; vt, cum is, qui ſe aſſerit ſpoliatum, ſuū trahit ſpoliatorē in cauſa, inter ipſa iuris auſpicia requiſitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata ſibi violētia, nullam faciens mentionē. Cum autē adeo fuerit in cauſa proceſſum, vt teſtes ſint hinc inde producti, nouū iudiciū ſuper poſſeſſorio nititur inchoare, dicens, quod non videtur poſſeſſorio renuntiare iudicio, qui rē cœperit vindicare. Cui ex aduerſo reſiſtitur; quia dum querelā proprietatis ſponte propoſuit, pręiudiciū ſibi fecit in quæſtione poſſeſſionis, quā ſecundū iuris ordinem prius proponi licuit, & debuit terminari. Quid igitur in his ſtatuendū ſit, tua f. requiſiuit: nos autē conſul. tuę taliter reſpondemus; quod poſſeſſorio quidem iudicio, quod de recuperanda, ſeu adipiſcenda poſſeſsione proponitur, ante quā renuntiatū ſit, aut cōcluſum in proprietatis iudicio primitus inſtituto, agi poteſt ab eo, qui rē cœperit vindicare; cū legali ſit prouiſione ſtatutū; eū, qui fundū vindicauit ab eo, cū quo interdicto vnde vi potuit experiri, pēdente iudicio interdictū poſſe nihilominus intentari. Alijs poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore duraturis, quę vindicationem dominij ſui natura pręcedunt. Si vero renuntiatū fuerit, ſeu cōcluſum, vt iam poſsit proprietatis cauſa diffinitiuæ ſententiæ calculo terminari; ne lites litib. inculcētur, & via poſsit fraudib. aperiri; cauſa non deciſa poſſeſſorio nō erit vtendū, niſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire; puta cum ex perſpicuis indicijs facile arguitur iniquitas inuaſoris, & ſpoliato caſus, ſeu malitia probādi dominiū ſubtraxerit facultatem. his igitur, & alijs cauſis inſpectis, quæ continent ęquitatē, aut iuſte mouerint animum iudicantis, poſtquam etiam concluſum fuerit poſſe agi poſſeſſorio iudicio, non negamus.

*Idem Epiſcopo S. Andreæ, Abbati de Beroch, T. Priori, R. Archidiacono, & magiſtro L. officiali Sancti Andreæ.* *Cap. 4.*

CVM dil. f. Abbas, & canonici & infra. Ad quartum autem breuiter reſpondemus; quod cum ſuper poſſeſſorio, & petitorio ſimul eſt actū: vtrūq. vna debet ſentētia terminari; ſed licet in pronūtiatione ſit poſſeſsio pręmittēda in executione tamē debet proprietas pualere. c.6.e.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORŪ. T. VJ.

*Idē Abbati, & cōuētui ſ. Silueſtri. c.1.*

ECCLESIA S. Mariæ. & infra. Cōſequenter vero poſt deceſſum præfati pręd. noſtri partib. in nr̃a pręſentia cōſtitutis eccleſia beatę Marię poſſeſsionē, qua fuerit prętermiſſo iuris ordine ſpoliata, ſibi reſtitui poſtulabat; & quoniā alij ſenatorū ſententiā pro monaſterio, alij latā pro eccleſia proceſſu tēporis cōfirmarant; nos quidquid ab eis factū fuit, poſtquā dictus pędeceſſor nr̃ ad curam ſuā idē negotiū reuocauit, de cōſilio fr. no. irritū decernimus, & inane. Cū ergo nobis cōſtiterit, & ex ipſa cōfeſsione partiū tenuerimus, quod vnus cōſiliarior. cōtra ſententiā de volūtate eor. executioni mādatā, de facto, quia de iure nō poterat, veniēs, eccleſiā ipſam poſſeſsione ſua ſpoliauerat violēter, & nihilominus attēdētes, quod etiā iniuſto poſſeſsori violenter eiecto reſtitutionis ſit beneficio ſuccurrendū, ſpoliatā eccleſiā in eum ſtatū decreuimus reponendā, in quo fuerat tēpore violentiæ perpetratæ. Verū quoniā pręfatā poſſeſſionē poſt reſtitutionem factā ab I. de Ateia monaſteriū alij locationis titulo aſsignarat; ne quod reſtituere poterat eccleſiæ ſpoliatæ, loco ipſius tantundē poſſeſsionum æquiualentiū, ſecūdū arbitriū dil. f. I. Tinioſi capellani, & P. hoſtiarij noſtrorū eiuſdē ecc. fecimus aſsignari, quę quoniā alij fuerāt iure pignoris obligatę a creditorib. eas liberari fecimus, qui nobis inſtrumētū pignoris poſtea reſignarūt. Vt lite pēd. c.4.

*Idem Epiſcopo, & capitulo Terdoneñ.* *Cap.2.*

OLIM cauſa, quæ inter vos nomine Terdoneñ. eccleſiæ, & dil. f. B. magiſtrum, & fratres templi militiæ in Lōbardia, ſuper domo Calueutiæ vertebatur, dil. fi. de Lacedio, & de Colūba Abbatib. ſub certa forma meminimus cōmiſiſſe. Ipſi autem Abbates partib. conuocatis, & lite in eorū præſentia cōteſtata teſtes receperūt ex vtraq. parte productos; & cū renūtiatū fuiſſet vtrinq. depoſitiones eor. ſollēniter publicarūt, & eas per manū publicā redigentes in ſcriptis, cauſam plene inſtructā ad noſtrā præſentiā remiſerūt. Nos ergo dil. fi. C. canonico, & procuratori eccleſię Terdoneñ. & prædicto magiſtro dil. f. n. I. tt. S. Stephani in Cœlio mōte presbyterū, & H. S. Euſtachij diac. Card. cōceſsimus auditores. corā quib. fuit ex parte veſtra propoſitū; quod cū olim humiliati quidam a bo. m. V. Epiſcopo Terdoneñ licentiā poſtulaſſent, hoſpitale, & oratoriū in loco Caluentię conſtruendi idem Epiſcopus poſſeſsiones quaſdam a quibuſdā militib. qui eas tenebant in feudū ab eccleſia Terdoñ. redemit, & illas humiliatis petentib. ſub ea condicione conceſsit, quod ad honorē Dei, & beatæ virginis, nomine Terdoñ. Epiſcopi oratoriū ibidē, & hoſpitale cōſtruerēt, & tres ſolidos cēſuales Terdoneñ. Epiſcopo annis ſingulis exhiberēt, a quo etiā perſona, quæ loco præficeretur eidem inueſtiturā perciperet, & per ſe, & alijs fratrib. ei, & ſucceſſorib. tuis obedietiā faceret manualē, Epiſcopo ſibi loci dominiū nihilominus retinēte. Cūq. id fuiſſet diutius obſeruatū, fępedictus magiſter ad eandem domū aſpirans, & volens eam copulare domui de Caſellis, præfatos humiliatos adeo circūuenit, quod præter conſcientiā veſtrā, ſe, & ſua in eius manib. tradiderūt; ea tamen condicione appoſita, ſi vobis, quod facerent, cōplaceret, ſine quorū aſſenſu ſe nihil poſſe facere aſſerebant. magiſter vero cōdicionem acceptauit appoſitā, & quod aliter eos non reciperet, affirmauit. & infra. Tunc vero magiſter accedens Caluentiam exinde paramenta eccleſiæ, inſtrumēta domus, & libros accepit, & nonaginta oues fecit abduci; ac poſtmodum reuerſo ad vos, cum ei fuiſſet, quod petierat, denegatum; quia paratus eſſet vobis facere rationē, ſi forſan vos offenderat, adiecit; vos autē intentionē eius maliuolam attendentes, & ne ſe de domo intromitteret memorata, diſtrictius inhibētes, ad ſe. Ap. appellaſtis; & cū tu frater Epiſcope, quæ geſta fuerant, audiuiſſes, omnes pariter ad domum acceſsiſtis eandem, & eos, quos inueniſtis ibidem, ad domus cuſtodiam a magiſtro relictos eieciſtis ex ea; vim vi, ſecundū quod omnia iura permittūt, licite repellentes. Vnde, cum poſſeſsio prædictæ domus ſub cōdicione tradita fuerit eidem magiſtro, non extante condicione, traditio non tenebat. præterea cum idem magiſter etiam domum illam intrauerit, nullū vobis eſt præiudiciū generatū, quominus eum poſſetis repellere, cū id ad veſtrā audientiā perueniret; pręſertim, cū verus dominus cōtrouerſiam ipſi moueret, vel ſuſpicatus fuerit, vel debuerit ſuſpicari. Cū autē Card. prædicti, quæ coram eis tam ex veſtra parte, quā ex alia propoſita fuerant, nobis fideliter retuliſſent, intelligentes prædictam domum eidem magiſtro traditam fuiſſe ſub condicione, atq. nullum iuri veſtro præiudiciū fuerat irrogatū ex eo, quod idem magiſter iuſtitiæ veſtræ nō inſcius vobis ignorantib. poſſeſsionem accepit, præſertim cū ſtatim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellēdam, attendentes etiā, quod idem magiſter ſua temeritate poſſeſsionem nouerat pertinere, & quos quæſtionē ſibi moturos ſuſpicari debuerat, eſt ingreſſus; dictū procuratorē veſtrū vro nomine ab impetitione ipſius magiſtri nomine domus militiæ tēpli, quo ad faciendā reſtitutionem, de cō. fr. n. reddimus abſolutū, ſalua ei quęſtione proprietatis, de qua in hoc iudicio nihil eſt actum, ſicut prædictus Abbas de Locedio nobis expoſuit viua voce; decernentes nihilominus vos magiſtro ipſi ſatisfactionem debitam exhibere, ſi defendendo ius veſtrū in offenſam ipſius, vel domus militię tēpli modum forſitan exceſsiſtis. De reſt. ſp. c.11.

*Idem Bituriceñ. Archidiacono.* *Cap.3.*

LITTERAS tuas nuper recepimus continentes, quod cū quædā matrimonialis cauſa ve. f. n. Bituriceñ. Archiepiſcopo in remotis agente in tua pręſentia tractaretur, Imberga mulier ſeparari a C. viro ſuo inſtantiſsime poſtulabat, cui quarto gradu conſanguinitatis proponebat ſe eſſe coniunctā; apparebant etiā accuſatores, & teſtes exhibētes certā ab vtroq. latere cōſanguinitatis lineā contingentē; qui ſe tō tracta matrimonij tēpore abſentes fuiſſe dicebāt, & quod in cōtinenti parati erāt, quę propoſuerāt, cōprobare; vir autē ecōtra vxorē ſibi poſtulabat reſtitui, quę ab eo ſua temeritate diuerterat; quēadmodū allegabat. Ceterū pars replicabat vxoris, tū propter futurū inceſtus periculū, tū quia probationib. paratis, & promptis ſine diffugio, quod intendebatur, poterat demōſtrare, reſtitutionē penitus denegandā. Ad hęc notā eſſe mariti ſæuitiam proponebat, cui erat impetuoſa leuitas, & crudelitas beſtialis, etſi liberam reſtitutæ ſibi facultatē haberet vxoris, eius amici timebāt mortis ex hoc ſibi periculū imminere, vel cor- c.13.e.

poris cruciatū, & ſic ab accuſatione deſiſte-
rent, eam qualitercumq. viuere, quā interire
malentes, adicientes nihilominus, ipſam licen
tiatam a viro receſsiſſe cū lacrimis, & inuitā;
ipſe vero miles nihilominus ſibi vxorē pete-
bat libere, ac pacifice reſtitui, & ne ſecus fie-
ret, ſe. Ap. appellauit. Cū igitur in cauſis ma-
trimonialib. exceptiones huiuſmodi ſæpius
proponātur, quid ſit agēdū in talib. reſcripto
petebas Apoſtolico edoceri. ex prēmiſsis ve-
lut quodā themate multas eliciens quæſtio-
nes, primo quidem, vtrum quādo aliquis cō-
ſanguinitatis gradus obicitur, in quo ſe. Ap.
diſpenſare non poteſt, nec conſueuit, & pro-
bationes prōptæ ſint & paratę, an indulgēda
ſit reſtitutio, an neganda. Secundo quærebas,
an idem iuris exiſtat, ſi aliquis gradus diſpen
ſabilis, vel aliud impedimentū diſpēſabile al-
legetur, & probationes ſimiliter ſint præſen-
tes; vtrū reſtitutio concedi debeat, an negari.
Tertio loco quærebas, ſi mariti crudelitas, &
ſæuitia nota ſint iudici, vt propter motam cō
† tortu vus forte — trouerſiam indignatus vxorē tortius † ſit, &
iniurijs affecturus, & ſic accuſatores de morte
feminę metuētes accuſare deſiſtant; vtrū hoc
in primo, vel ſecundo caſu reſtitutioni præ-
beat adminiculū denegandę. poſtremo quęre
bas, ſi denegāda ſit reſtitutio in aliquo caſuū
prēmiſſorū, ad ſe. Ap. appellaretur, vtrū app.
ſit huiuſmodi deferendū. Sane circa ſolutio-
nem propoſitæ quęſtionis diuerſę ſunt ſentē
tiæ diuerſorū, alijs aſſerentib. reſtitutionē in
prēmiſsis caſib. faciendā, alijs ſentiētib. in cō-
trariū, nonnullis viā mediā eligentib. ac dicē-
tib. eam faciendā interdū, quandoq. vero pe-
nitus denegandā. primi per decretalem epi-
ſtolam bo. me. Lu. PP. prę. n. iuuari videntur;
arguentis quoſdam iudices delegatos, qui re-
ſtitutionem viri, qui ſine iudicio eccleſiæ vxo
rem dimiſerat, & ei cōſanguinitatem poſtmo
† ſpoliata forte — dum opponebat ſpoliare, † ac repetenti cōiu
gem denegabant; & mandantis prius reſtitui
taliter ſpoliatā, & poſtea de matrimoniali cau
ſa cognoſci; harū autem aſſertionē inceſtus vi
detur periculū oppugnare. ſed ipſi timorē in
ceſtus inanem eſſe reſpōdent, cum etiā bene-
ficio reſtitutionis optento, qui cōſanguinita-
tis habet notitiam, nec exigere debitū, nec cō
tra conſcientiam ſoluere teneatur; quoniā ſi
ſecus egerit, ædificat ad gehennam, ſicut nec
conſanguinitatis conſcius, ſuper cuius coniu-
gio quęſtio non mouetur. ſecunda vero aſſer
tio per oraculū fe. re. Clemētis PP. prę. n. ful-
citur, a quo cū fuiſſet quæſitum, vtrū muliere
quadam quemdam in virū petente, qui vt
eam repelleret, exceptionem cōſanguinitatis
obiecit, prius eſſet de impedimēto cōſangui-
nitatis agendū, quā ſuper matrimonio ſenten
tia proferretur; ſic inquiſitioni factę reſpōdit,
quod cū exceptione probata principalis quę
ſtio perimatur; prius eſt cognoſcēdū de ipſa,
quam ad diffinitionis articulū procedatur; cū
& in multis caſib. reſtitutio differatur ſecūdū
canonicas ſanctiones. Opinioni autē vltimæ
videtur nō incongrue adaptari; vt in gradib.
cōſanguinitatis diuina lege prohibitis reſtitu
tioni aditus prēcludatur, ſed cōſtitutione in-
terdictis humana reſtitutio locū habeat cū ef-
fectu; cū in illis diſpēſari nō poſsit, ſed in iſtis
valeat diſpenſari, ſicut beatus Gregorius, &
multi alij diſpenſauerint. Vnde non peccat,
qui in hoc articulo ad mādatū eccleſiæ red-
dit debitū cōiugale. Nos autē ad præſens nul
lam de prædictis ſententijs reprobamus, nec
cuiquā earum aliquod præiudiciū ex noſtra
reſponſione volumus generari; quamuis prę-
ſcriptum Lucij PP. mandatū ad poſſeſſoriū,
reſpōſum vero patris, & prædeceſſoris noſtri
Clementis ad petitoriū referatur. porro cum
mulier illa, quę conſanguinitatis habet noti-
tiā, prēſertim in gradib. quos lex diuina pro-
hibuit, nō poſsit huiuſmodi viro ſine mortali
peccato carnaliter cōmiſceri: quoniā omne,
quod nō eſt ex fide, peccatū eſt, & quidquid
fit contra conſcientiā, ædificat ad gehennam;
fruſtra in tali caſu adiudicaretur reſtitutio
ſpoliato, cū illa contra Deū nō debeat in hoc
iudici obedire, ſed potius excōmunicationem
humiliter ſuſtinere, ſicq. difficultas occurre-
ret quaſi perplexa; quia propter ſententiam
oporteret eam reddere debitū, & propter cō-
ſcientiam debitū reddere non deberet, vnde
cōtingeret grauiter impediri, & vtriq. laqueus
pararetur, cū inter ſe carnaliter coniungi non
poſſent, nec alteri matrimonialiter copulari.
propterea melius nobis videtur, quod, cū op-
ponitur cōſanguinitas, prēſertim in gradibus
diuina lege prohibitis, & probationes offerū
tur incontinenti paratę; in ceteris quidem ad
iudicanda ſit reſtitutio; ſed ad maiorem cau-
telam iuramēto recepto, quod talis obiectio
malitioſe non fiat, ſola quo ad commixtio-
nem carnalem, maxime ſi fama conſentit, eſt
reſtitutio differenda, donec auditis probatio
nibus, & diſcuſſis, cauſa ſine diffugio termine
tur: cū vtrinq. ſit melius taliter expediri, quā
manere aliter impeditos. Quod ſi non habeat
probationes in continenti paratas, ſed dilatio
nes expetat † longiores, quia prēſumitur cō- — † dil. ex pectat
tra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ, ſua tātum
te-



temeritate receſsit a viro, ad reſtitutionē ple-
nariam, eccleſiaſtica debet cenſura compelli,
quam tamen ipſa thori negando conſortium
debet humiliter tolerare, donec probationes
offerat præparatas, & tūc abſolutione petita
ſecundum formam eccleſiæ abſoluetur; ſed
antequam fiat illi mandatum, ſub debito iu-
ramenti receptis probationibus procedetur,
quemadmodum eſt præmiſſum. ſi vero tan-
ta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidanti nō poſ
ſit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolū nō
debet illi reſtitui, ſed ab eo potius amoueri;
alioquin ſufficienti, ſi fieri poteſt, ſecuritate
prouiſa, profecto videtur coniux ante cauſæ
cognitionem reſtituenda marito.

*Idem Vulterano Epiſcopo.* *Cap. 4.*

c. 14. e. — EX parte M. mulieris fuit propoſitum co
rā nobis, quod cū eā adhuc infra pubertatis
tempora conſtitutam quidam patruus ſuus
filio Seneñ. ciuis nondum ſeptem annor. vo-
luerit in matrimonio copulare, ac eadem tra-
ducta fuerit in domum ciuis eiuſdem, ipſa ex
quo ad nubiles annos peruenit, ratū nolens
habere, quod a dicto patruo ſuo circa hoc
fuerat procuratum; a ve. f. n. Seneñ. Epiſcopo
nubendi alij licentiam poſtulauit. Cumq. par
tes idem Epiſcopus citaſſet, & prēfata M. per
procuratorem idoneum in iudicio cōpareret,
quærens poſſeſsiones, & res alias ſibi reſtitui
dotis nomine pro ſe datas, & pars altera reſti
tutionem peteret mulieris eiuſdem, aſſerens,
eam non poſſe per alium cauſam agere; ſed
debere ipſius tractatui perſonaliter intereſſe,
præfatus Epiſcopus dubitans, quid ſuper his
ſtatuere poſſet de iure, pro vt nobis ſuis litte-
ris intimauit, proceſſui negotij ſuperſedit.
Quia igitur non credimus ambigendū, quin
ipſa mulier, quamuis minor eſſe dicatur, &
cauſam poſsit matrimonij per procuratorem
tractare, at pars alia reſtitui nequaquam de-
beat, quæ nullo iuris, ſeu poſſeſsionis eſt cō-
modo deſtituta; cum per ſolam traductionem
prædictam, quam non præceſſerunt ſponſa-
lia, vel conſenſus legitimus, nec fuerit etiam
ſubſecutus, nullum inter eos obligatoriū vin
culum ſit contractum; vt finis litibus impo-
natur, f. t. per A. s. m. qua. ſi eſt ita, non obſtan
tib. exceptionib. ſupradictis, partib. cōuocatis
audias, quę hinc inde duxerint proponenda;
& quod canonicum fuerit, ap. re. decernas.

*Idem Archiepiſcopo Mediolañ. & Præpoſito canonicæ Petron. PP.* *Cap. 5.*

c. 15. e. — CVM ad ſedem Ap. acceſiſſent olim A.
ve. f. n. Cum. Epiſcopi, & frater G. dil. fi. fratrū
hoſpital. Hieroſolymit. procuratores, & in-
ſtrumenta nobis, & acta cauſæ, quę ſuper ec-
cleſia, & hoſpital. de monte Cinaro inter eos
agitabatur, prout geſta fuerant in præſentia
ve. f. n. Papieñ. Epiſcopi, qui ex delegatione
noſtra de cauſa cognouerat, præſentaſſent,
nos diligenter inſpectis, quæ coram eodem
Epiſcopo acta fuerant, haberi ea decreuimus
pro infectis, cum conſtiterit nobis eū in cauſa
ipſa iudicem non fuiſſe; ſicut ipſemet ad vlti-
mum recognouit; eandem cauſam dil. f. Ab-
bati de Arron. de aſſenſu partium taliter cō-
mittentes; vt audiret omnia, tam ad poſſeſſo-
rium, quam ad petitorium iudicium pertinē
tia, quæ vtraq. pars duceret proponenda; &
cauſam ipſam fine debito terminaret. coram
quo poſt procurator hoſpitalis Hieroſol. ec-
cleſiam, & hoſpitale prēdicta cū poſſeſsionib.
& pertinentijs ſuis, quę dictus Cumanus Epi
ſcopus iniuſte tenebat, ſibi reſtitui poſtula-
bat, aſſerens ſupradicta omnia de iure ad ho-
ſpit. Hieroſol. ſpectare; ac ea diutius poſſēdiſ-
ſe. Ad hoc reſpondit procurator Epiſcopi ſe
neſcire, nec credere ſupradicta vnquā ab ho-
ſpitali Hieroſol. poſſeſſa, vel ad illud aliquate
nus pertinere, quæ Cumanus Epiſcopus, vt
pote in ſua diœc. cōſtituta rationabiliter deti
nebat. Cū ergo ad fundandā intentionē ſuā
teſtes pars vtraq. produxerit; dictus Abbas de
inde vtriuſq. partis atteſtationib. rationib. &
inſtrumētis inſpectis procuratorē Epi condē
nauit ad reſtitutionē omniū prēdictorū. & in
fra. Nuper autē vtriuſq. partis procuratorib.
propter hoc comparentib. corā nobis, prioris
actis iudicij nobis fideliter prēsētatis, cauſam
ipſam interdū per nos, quādoq. p di. f. n. P. tt.
S. Marcelli, & R. tt. S. Anaſtaſiæ presbyteros
Card. examinauimus diligenter; & quidē per
teſtes videbatur eſſe probatū, quod Crat⁹ Cū.
Epiſcopi nūtius cruces hoſpitalarijs olim ab-
ſtulit, inhibēdo ipſis, ne ad ſupradictā eccle-
ſiā, vel hoſpitale redirent; & quod Epiſcopus
ſupradicta omnia poſsidebat, vnde procura-
tor hoſpitalariorū petijt ſupradictā reſtitutio
nis ſententiā auct. Ap. cōfirmari. Ex aduerſo
vero proponebatur, quod etſi per teſtes eſſet
forſan ſufficienter oſtēſum, quod per nuntiū
Epiſcopi fuerint hoſpital. ſpoliati, cū tamē nō
cōſtiterit, quod de mandato eius hoc fecerit,
vel quod Epiſcopus ratū habuerit factū ipſius
reſtitutio ſibi locū nō potuit vindicare; quā-
quam conſtaret Epiſcopum prēdicta tene-
re, qui vtique ipſa de iure poſsidet, vt pote
ad ſe ſpectantia, & in ſua diœceſ. conſtituta.
ſed ad hoc pars altera replicauit, quod quam-
uis prædicta teſtium, euidenter mandatum


Epi-

Epiſcopi, vel ratihabitio non probetur; quia
tamen iudex motū animi potuit ex alijs cau
ſis informare; pro ſententia erat merito prę-
ſumendum. His igitur, & alijs intellectis, quę
vtriuſq. partis procuratores proponere procu
rauerunt; nos prioris acta iudicij, quæ nobis
fuerant, ſicut præmiſſum eſt, plene, ac fideli-
ter præſentata, diligentius recenſentes; quia
nec per dicta teſtium, vel cōfeſsionem partiū,
cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint,
vel etiam inſtrumēta, quæ nullatenus de ſpo
liatione tractabant, nec etiam per euidentiam
facti nobis conſtare potuit; quod Cumanus
Epiſcopus ſupradictos hoſpitalarios ſpolia-
uerit, vel mandauerit ſpoliari; vel ſpoliationē
ſaltem ratam habuerit: de conſilio f.n. pronū
tiauimus in quæſtione prædicta, interdictū.
Vnde vi locum nullatenus habuiſſe, reſtitu-
tionis ſententiam a prædicto Abbate latam
iuſtitia exigente caſſantes.

## DE DOLO, ET CONTVMACIA. t. vij.

*Idem.* *Cap. 1.*

Dedolo & cont. c. 5. FINEM litibus cupientes inpo-
ni; ne partes vltra modum grauē-
tur laborib. & expēſis, præſertim
cum de beneficijs, vel officijs eccle
ſiaſticis litigatur, quæ ſine diſpen-
dio diu vacare non poſſunt; prę ſenti decreto
ſtatuimus, vt poſtquā intentionem ſuam al-
tera pars fundauerit, ſi reliqua forte voluerit
legitimam exceptionem opponere, quam no
lit, aut nequeat in continenti probare; quia
frequenter ad impediendum, vel differendū
proceſſum exceptiones huiuſmodi per exco
gitatam malitiam opponuntur; ad ſoluendas
alteri moderatas expenſas extunc in iudicio
faciendas, cum acceptis inducijs, ſi forſan in
probatione defecerit, condemnetur. etſi ſol-
†Greg. 9. hoc verbū omiſit uendo nō fuerit, alias (ſatisfactum, †ſecundū
arbitrium diſcreti iudicis puniatur; vt hoc ſal
tem timore perterritus, non facile quis in gra
uamen alterius falſas exceptiones opponat.

*Idem Preneſtino Epiſcopo Ap. ſe. Legato, & De cano Bunneñ.* *Cap. 2.*

c.6.c. CVM dil. f. magiſter S. Leodieñ. & H. Lū
duneñ. canonici nuntij dil. fi. H. dicti Leo-
dieñ. electi, pro eo quondam ad ſe. Ap. acceſ-
ſiſſent, dil. f. L. Archidiaconus, & H. canoni-
cus Leodieñ. nomine ſuo, & quorundam ca-
nonicor. ſuorū L. Archid. H. cantoris, L. Prę-
poſiti ſancti Petri, & quorundam aliorū, quo
rum litteras de rato ſuper eodem negotio ex-
hibuerant, ad noſtram poſtmodum præſen-
tiam venientes, contra eundem H. quędam
crimina proponebant, per quæ nitebantur
eum ab electione Leodieñ. eccleſiæ repellere,
vt indignum. & infra. Quamuis autem ex eo,
quod prædictus H. a grauamine prædictorū
Archid. & Henr. & ſociorum ipſorum cano-
nicorum Leodieñ. ſicut dicebatur, ad ſe. Ap.
appellarat, & appellationem non fuerat inter
poſitam per ſufficientes procuratores, cū poſ-
ſet illis proſequentib. proſecutus; non leuis
exorta eſſet ſuſpicio contra eum. volentes ta-
men in omnib. iuris ordinem obſeruare, ipſi
diſtricte præcipiendo mandauimus, vt vſque
ad dominicam, qua cantatur, ego ſum paſtor
bonus, tranſactam; per ſe, vel per ſufficientē
procuratorem ſufficienter inſtructū, ne poſt
modum per dilationes, vel occaſiones quaſli
bet ſubterfugere videretur examen, ad præ-
ſentiam noſtrā accederet, ſuper prędictis om-
nibus reſponſurus, alioquin, cum aſsignare-
mus ei peremptorie terminum ſupradictum,
ſciret, quod, quantum de iure poſſemus, pro-
cederemus extunc in negotio memorato. Ex
pectantib. igitur aduerſarijs eius apud Ap. ſe.
ipſum diu, etiam vltra terminū duximus ex-
pectandum; ſed ipſe nec venit, nec ſufficien-
tem procuratorem direxit; ſed ſimplicem ſo-
lummodo nuntium excuſationis eius litteras
deferentem. ſcribebat enim, quod prędictum
magiſtrum S. nuntium ſuum cui nos, cum a
nobis recederet, iniunximus viua voce, vt ci-
taret eundem, ſero receperat; vnde non po-
terat tum propter termini breuitatem, tum
propter viar. diſcrimina, noſtro ſe conſpectui
præſentare. ſed contra hoc pars proponebat
aduerſa, quod ſicut excuſatorem ad nos dire
xerat, ſic dirigere potuerat reſponſalem; cum
ei non fuiſſet iniunctum, vt ad cauſam dum-
taxat in propria perſona veniret; ſed vel ipſe
accederet, vel procuratorem idoneum deſti-
naret. Præterea, cum mandatur alicui, vt ad
certum terminum ſe iudici repræſentet, duo
ſub hac forma mandantur; vt ad iudicem ve-
niat, & ad diem ſibi pręfixam accedat. Vnde,
ſi venire non poſsit ad diem aſsignatum, tene
tur ſe nihilominus iudici præſentare, ſicut ra
tio ſuggerit, & legitima ſanctio manifeſtat. ſi
enim mandatur alicui, vt alij ad certum diem
rem certam exoluat, non ideo erit a mandato
ſolutus, ſi ſoluere nequiuerit die data, immo
ad ſolutionem elapſo etiam die ſolutioni prę
fixo tenetur. Qua propter quia prędictus H.
nec venerat, nec ſufficientem miſerat reſpon
ſalem, ad diem ſibi ſtatutum, vel poſt etiam
diutius expectatus, nec de vicino eius aduētu
ſpes



ſpes erat, vt pote qui per litteras vtrumq. ex-
cuſauerat moram ſuam, & calores æſtiuos, &
inſidias ſibi poſitas formidabat, eum de con-
ſilio fratrum noſtrorum reputauimus contu
macem, & ad legitimas, & moderatas expen-
ſas, quas aduerſarij eius fecerant, a tempore ci
tat. quē tationis emiſſæ, quam † extunc expectare in
ceperant, ipſum curauimus cōdemnare; quod
de H. Prępoſito ſancti Dionijſij dicebatur in-
terim ab aliquibus attemptatum, friuolū re-
putantes.

*Idem Armacano, & Caſſelleñ. Archiepiſcopis, & Epiſcopo Lauiñ.* *Cap. 3.*

c.7.c. CVM olim dil. D. clericus ad ſe. Ap. de
Hiberniæ partibus acceſsiſſet, bo. me. C. PP.
præ. n. diuerſas diuerſor. prælator. Hiberniæ
litteras præſentauit, quib. ſe aſſerebat in Epi-
ſcopum fuiſſe Roſceñ. electum; cumq. nullus
appareret, qui aliquid proponeret contra eū,
dictus prędeceſſor n. ei p bo. me. A. Albaneñ.
Epiſcopum munus fecit conſecrationis im-
pendi, & ad ſuam eum remiſit eccleſiam cō-
ſecratū. Poſtmodum vero dil. fi. F. & G. mo-
nachi ad eiuſd. prædeceſſoris noſtri præſen-
tiam acceſſerunt, quorum vterq. ſe aſſeruit a
canonicis eccleſiæ Roſceñ. electum, ſed idem
F. quod prędictus D. ad eandē eccleſiam fuiſ-
ſet apud. ſe. Ap. quam per falſas litteras circū
uenerat, conſecratus expoſuit: propter quod
idem prædeceſſor noſter cauſam eorum vo-
†Lauiñ. forte bis fratres Caſſelleñ. & Laareñ. † Epiſcopi ſub
ea forma cōmiſit, vt de forma, & proceſſu ele
ctionis memorati D. ſollicite quæreretis; etſi
eum electum canonice fuiſſe cōſtaret, ipſum
faceretis pacifica poſſeſsione gaudere; alio-
quin inter prædictos F. & G. audiretis cau-
ſam, & cuius electionem canonicam, & magis
rationabiliter factam inueniretis, ratione prę
uia curaretis alterius electioni præferre, ac tu
frater Caſſelleñ. alterum eorum, quem ratio-
nabiliter duceres confirmandum, in Epiſco-
pum conſecrares. Verum, ſicut ex litteris ve-
ſtris accepimus, cum dictæ cōmiſsionis vobis
fuiſſent litteræ prę ſentatæ; iuxta tenorem ea
rum, primo de electione prędicti D. inquirere
voluiſtis, ſed cū a vobis tertio citatus veſtro
ſe nollet conſpectui præſentare; procedentes
in cauſa, tam ex teſtimonio cleri, & populi
Roſceñ. eccleſiæ, quam aſſertione Illu. Regis
Corcaiæ, & prælatorum ipſius prouinciæ, de
prædicto F. electionem fuiſſe celebratam ca
nonice didiciſtis, & eam poſtmodum aucto-
ritate curaſtis Ap. confirmare, prę ſertim cum
Decanus, Archid. Cantor, Theſaurarius, &
totus clerus, & populus Roſceñ. eccleſiæ di-
ctum. D. ſe nō elegiſſe conſtanter aſſererent,
nec de prædicti G. monachi electione aliqua
tenus cogitaſſe. Interim autē memoratus D.
ad Ap. ſe. accedens nullam penitus de com-
miſsione prædicta, vel etiam de prædictorū
electionib. faciens mentionē, ſuper quibuſdā
alijs grauaminib. & iniurijs contra prędictos
Regem, & Decanum Roſceñ. ad Epiſcopum
Corcaieñ. & F. monachum quaſdam litteras
impetrauit. Ceterum eodem D. a nobis cum
huiuſmodi litteris recedente fere poſt trium
menſium ſpatium dictus F. monachus ad ſe.
Ap. acceſsit, & ex parte veſtra nobis litteras
præſentauit; quæ, qualiter a vobis in cōmiſ-
ſione prędicta proceſſum fuerat, cōtinebāt.
Cum fratribus igitur noſtris habito ſuper his
diligenti tractatu, timentes, ne ſicut præde-
ceſſor noſter per litteras, quas idem D. ei præ
ſentauerat, dicitur circunuentus: nos etiam
circunueniri contingeret per litteras veſtras
nobis ab eodem monacho præſentatas, vo-
lentes adhuc miſericorditer agere cū abſente;
vt eius malitia conuincatur; dictum F. mona-
chum ad vos communiter duximus remitten
dum; f. v. per A. s. diſ. p̄. mandantes, qua. eo nō
obſtante, quod eius electio fuit confirmata,
ſæpedictū D. ſi in Hibernia poterit inueniri,
legitime citetis ad cauſam, & facultate ſibi
defenſionis indulta, Deum ſolum habentes
præ oculis, in cauſa ipſa canonice procedatis.
Quod ſi forſan in Hibernia inuentus nō fue-
rit, indulto ſibi vnius anni ſpatio, ex quo ad
nos, etſi non verbo, facto tamen intelligitur
prouocaſſe arrepto itinere ad ſe. Ap. veniēdi;
dicto F. adminiſtrationem Roſceñ. eccleſiæ,
tam in ſpiritualib. quam in temporalib. aucto
ritate freti Ap. cōmittatis. Quo elapſo eum
non differatis in Epiſcopum, ſicut canonicū
fuerit, conſecrare. ſi vero prædictus D. inuen-
tus in Hibernia, & citatus legitime, infra tres
menſes veſtro ſe conſpectui denuo contem-
pſerit præſentari, ad conſecrationē prædicti
F. ſicut dictum eſt, omni contradictione poſt
poſita procedatis.

## DE EO, QVI MITTITVR IN POS ſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. Tit. viij.

*Idem Epiſcopo Edueñ. & Priori ſancti Symphoriani Edueñ. diœc. & magiſtro R. de Enceuoi Canonico Diuoñ. Lingoñ. diœc.* *Cap. 1.*

EX litteras dil. fi. & infra. Quo cir Non ponitur.
ca dis. v. per A. s. m. qua. prædictā
ſententiam, ſicut eſt iuſta, faciatis
inuiolabiliter obſeruari; & inqui-

ſita ſuper præmiſsis diligētius veritate,ſi præ
dictos Diuion. inueneritis adeo contumaces,
vt etiam infra annum nullam obtulerint cau
tionem,Clareuallen̄. conſtituatis auctoritate
Ap.poſſeſſores,aduerſarijs ſuper iure propri-
etatis defenſione legitima reſeruata.

*Idem Vrbinati,& Senogallien̄.Epiſcopis. Cap. 2.*

De eo, qui mit. c. 3. CVM veniſſent ad Ap.ſe.dil. fi. Abbas
ſancti Angeli pro monaſterio ſuo,& nobilis
vir P.Gal.miles pro ſe,patre,&vxore ſuis,idē
miles propoſuit coram nobis,quod cum præ
dictusAbbas eum ſuper quadam poſſeſsione
coram dilecto f.n.I.tt.ſanctæ Priſcæ presby-
tero Cardinali tūc Ap.ſe.Legato in Marchia
traxiſſet in cauſam,quod ei ſecundum bonā
terræ conſuetudinem reſponderet,coram eo
dem aſſeruit Cardinali: verū Card.ipſe cau-
ſam ipſor.ve.f.n.Eſino Epiſcopo,& dil.f.Ab
bati ſanctæ Elenę commiſit ſecundum ius,&
bonam terræ illius conſuetudinem terminan
dam,ſed cum iudices ſecundum ius tantum,
& non huiuſmodi conſuetudinem vellent in
cauſa procedere,ipſe ab eis,tamquam qui for
mam mandati volebāt excedere,ad noſtram
audientiam appellauit, ſed iudices nihilomi-
nus partem aduerſam in poſſeſsionem rerū
petitarum inducendam cauſa cuſtodię decre
uerunt,ſic videlicet vt ſi miles ipſe vſq.ad an
num,& diem pręſtaret ſiſtendi iudicio cautio
nem parti alteri triginta libras reſtitueret pro
expenſis,&reciperet poſſeſsionem eorum,de
quib.quæſtio vertebatur. Cumq.poſtmodū
dil.f.n.G.tt.ſanctæ Mariæ trās Tiberim preſ
byter Card.Ap.ſe.Le.infra annum Marchiā
fuiſſet ingreſſus;ipſe cautionē ſtandi iuri op-
tulit corā eo,& poſſeſsionem ſibi reſtitui po-
ſtulauit.ſed idem Legatus prædictum Abba
tem citauit ad cauſam, cui poſtmodū voluit
idem miles expenſas reſtituere factas in lite,
quæ ſex librar. ſummam, ſicut aſſeruit, non
excedunt,ſed Abbas triginta librar.ſibi reſti
tui petijt quantitatem.& infra.Nos igitur cū
ſæpedictus miles poſſeſsionem ſibi reſtitui
peteret,Abbas vero ex ſecundo decreto verū
poſſeſſorem ſe conſtitui poſtularet,intelligē-
tes Abbatem ipſum ſe eſſe cōfeſſum in iure,
quod ſæpe dictus miles infra legitimum tem
pusCard.interpellaſſet eundem,immo etiam
infra annum coram eodem Card. cautionem
optulit ſtandi iuri,& Card.ad eum infra an-
num ſuas litteras deſtinauit,licet ad longiorē
terminum citaretur,militem ipſum cautione
præſtita in poſſeſsionem credimus reducen-
dum;hoc etiam decernentes,vt ſi conſuetudi
nem illam,quam miles allegabat,laudabilem
eſſe conſtiterit;quia ex hoc ſequitur eum ra-
tionabiliter appellaſſe,ad reſtituendū expen-
ſas nullatenus conpellatur.Quod ſi conſue-
tudinem illam inueneritis reprobandam; cū
ex hoc appareat eū fruſtratorie proclamaſſe,
ad reſtitutionem cogitur expenſarum illarū,
quas Abbatem conſtiterit propter hoc ne-
ceſſarias feciſſe.

## DE SEQVESTRATIONE POSSESſionum,& fructuum. Tit.ix.

*Idem Mediolan̄.Archiepiſcopo. Cap. vn.*

AD hoc vnxit nos Deus. & infra. De ſeq. poſ. c. 1.
Veniens ſiquidem ad Ap ſe. Ab-
bas de Strogula nobis expoſuit,
quod cum M.prędeceſſor tuus,ſu
per cauſa,quæ inter ipſum,& mo
naſterium ſancti Donati de Strogula diutius
fuerat agitata,poſt multas commiſsiones tan
dem optinuiſſet Vercellen̄.Epiſcopo litteras
deſtinari,& ipſe ſuper iudicio poſſeſſorio,par
tim pro monaſterio,partim pro Archiepiſco-
po ſententiam protuliſſet, procuratore ipſo
monaſterij quæſtionem de proprietate poſt
modum intentare volente, Archiepiſcopus
iuriſdictionem Epiſcopi oppoſuit expiraſſe,
aſſerens cauſam poſſeſsionis tantum, & non
proprietatis fuiſſe commiſſam;& quia ſuper
poſſeſsione pronuntiauerat, ſemel functus of
ficio ſuo,ſuper quæſtione proprietatis de in-
ceps cognoſcere non valebat. Ad hæc pars
monaſterij inter alia reſpondebat , quod cau
ſa,quæ inter Archiepiſcopum,& monaſteriū
vertebatur,fuerat memorato Epiſcopo abſo
lute,& indiſtincte cōmiſſa, & ſic continentiā
cauſæ diuidi nō debere,dicebat.& infra. Hāc
nimirum,& alias rationes cum iudex plenius
aduertiſſet,& actorem in poſſeſsionem, quæ
fuerat per ipſum Archiepiſcopo adiudicata,
mitti decreuit, a qua tamen Archiepiſcopus
monaſterium violēter eiecit. Cumq.proceſſu
temporis,vtriuſq.partis nūtij propter hoc ad
ſe. Ap.acceſsiſſent,bonæ me.C.PP. pr.n. ſu-
pradictis omnibus per ſancti Martini presby
terum , & ſanctæ Mariæ in Acquiro diac.
Card.quos eis auditores conceſſerat, plenius
intellectis,per A. tunc Albanen̄.Epiſcopum
ſic ſuum interpretatus fuit reſcriptum,quod
tam cauſa poſſeſsionis, quā proprietatis fue-
rat iudici delegato cōmiſſa. Volens igitur idē
p̄.n.Archiepiſcopo,&Abbati ſine iuſtitię lę-
ſione deferre,pręlibatam poſſeſsionem apud
ve.f.n.Vercellen̄.& bo.me.Nouarien̄.Epiſco
pos pro ſuæ voluntatis arbitrio,ſequeſtrari
præ-



præcepit, Reginen̄.& Mutinen̄. Epiſcopis p
A.s.præcipiens,vt tam de cauſa proprietatis,
quam poſſeſsionis infra duos menſes plenius
cognoſcentes,eam debito fine deciderent,&
poſſeſsionem ei parti poſtmodum reſigna-
rent, quæ optineret de proprietate triūphū.
& infra. Nos autem Abbati ſupradicto mā-
dauimus, vt litteris illis, quas ad Bobien̄. &
Ferrarien̄. Epiſcopos ſuper reſtituenda ſibi
poſſeſsione cū fructib. per mendacium impe
trarat, omnino careret ,& infra. In eum ſtatū
continentiā cauſæ reducimus,in quo fuerat,
cū prædictus prę.n.cauſam proprietatis Mu-
tinen̄.& Reginen̄. commiſit, mandato ſeque
ſtrationis penitus reuocato.& infra. Ne autē
monaſterio in ſuo videamur iure deeſſe,mo-
deratas expenſas,ex quo Veronen̄. ipſum in
poſſeſsionem induci decreuit,vſq.ad tempus
ſatisfactionis oblatæ propter hoc factas ipſi
reſtituendas eſſe cenſemus,& a te ſufficientē
præberi ſtandi iudicio cautionem.

## DE CONFESSIS. Tit. x.

*Idem Canonicis Bethleemitan̄. Cap. vn.*

De confeſ. c. 1. CVM ſuper electione Bethleemi-
tanen̄.inter R.ſubd.v.& F.cano-
nicum ſepulchri dominici nuper
in noſtra præſentia quæſtio ver-
teretur,vtroq.ſe pro electo gerente, cum pri-
mus etiā a ve. f.n. Patriarcha Hieroſolymit.
fuerit confirmatus, alter vero fauorem Regū
optineret,eis dil.fi.P.baſilicæ xij. Apoſtolor.
I.tt.ſancti Stephani in Cęlio monte presby-
teros,& G.ſanctę Ma.in porticu Diac.Card.
dedimus auditores. & infra. Ceterum, quo-
niam W. Canonicus Bethleemit. fuit in iure
confeſſus , quod pro præſtando alterius ele-
ctioni conſenſu quingentor.Sarracenor.obli
gationem acceperat,& promiſſum,& media-
tor extitit ſimoniacæ prauitatis , nos intelli-
gentes contractum huiuſmodi continere ſi-
moniacam prauitatem, quam perſequi volu
mus,vt debemus,ipſum ab omni ordine cle-
ricali per diffinitiuam ſentētiam duximus ab
omni officio,& beneficio eccleſiaſtico depo-
nendum.

## DE PROBATIONIBVS. Tit. xj.

*Idē Epiſcopo Pariſien̄. & magiſtro R.de Curcon. Canonico Nouiomen̄.Pariſius cōmoranti. Cap. 1.*

POST ceſsionem dil. f. & infra.
Cum igitur ſuper hoc coram no-
De proba. c. 7. bis diſceptatum fuiſſet, quia per
litteras iudicis ordinarij , quibus
ſtandum eſt,donec probetur cō-
trarium, nobis conſtitit,quod ſæpedictus V.
tunc excommunicatus erat,cum officiū pro-
curatoris aſſumpſit,ipſum tamquam procu-
ratorem non duximus admittendum.

*Idem Abbati,& conuentui Caſſemarij. Cap. 2.*

IN præſentia noſtra dil.f.n. G.ſancti Ha- c. 8. e. j
driani diac.Card.G.ſubdiac. & B. mulier ſo-
ror eius Verulanen̄.ciues cum veſtro ſyndico
conſtituti coram Epiſcopo fecere proponi,
quod cum Amatus quōdam frater ipſorum
conderet teſtamentum,Milonem filium ſuū
ſibi heredem inſtituit,& præcepit;vt ſi abſq.
liberis forte decederet,ad eoſdem G. & B.bo
na deuoluerentur ipſius. Vnde illa, quæ de
bonis ipſius veſtrum monaſterium detine-
bat,ſibi reſtitui poſtulabant,& petebant ſyn
dicum veſtrum a ſua moleſtatione compeſci.
Verum ſyndicus ipſe propoſuit ex aduerſo,
quod pręedictus Milo monaſterio Caſſemarij
optulit ſe,& ſua, vnde vniuerſa, quæ habue-
rat , erant ad monaſterium deuoluta ; quare
vniuerſa,quæ dicti G.& B.de bonis eius inua
ſerant,reſtitui monaſterio veſtro petebat, &
ſuper ceteris ſilentium illis imponi. Ad hoc
autem pars altera replicauit,quod prædictus
M.oblationis ſuæ tempore fuerat minor an-
nis,ſicut per teſtes legitime probauit,& quod
facti pęnitens,id quod feruore infirmitatis fe
cerat, poſt conualeſcentiam curauit penitus
reuocare. Vnde tum ex eo, quod Milo infra
ætatem legitimā monaſterio Caſemarij optu
lit ſe,& ſua;tum quia,quod incōſulte fecerat,
poſtmodum reuocauit,eius oblatio non tene
bat. Vnde, cum ſine liberis deceſsiſſet, ex te-
ſtamento patris illius ad ipſos eius erat here-
ditas deuoluta. Verum ad hæc ſyndicus re-
ſpondere curauit;quod licet dictus M.de mo
naſterio ipſo de tua licentia fili Abbas fuiſſet
egreſſus, poſtmodum cum auo ſuo, qui eius
erat procurator,ad præſentiam tuam,cū Ve-
rulas iuiſſes accedēs, ſe monaſterio humiliter
optulit,& deuotus;& vniuerſa bona ſua tibi
monaſterij nomine tradidit inter viuos ; &
quod , nec contra oblationem , & donatio-
nem ſuam veniret vlterius,iuramento firma-
uit,ſicut publicum continet inſtrumentum.
Vnde cum conſtet ex his, quod idem M. bis
monaſterio veſtro contulit ſe, & ſua; nec ex
aduerſo probatur, quod vtriuſq. oblationis
tempore M.fuerit minor annis, ſecundæ ta-
men maior potuit extitiſſe.præterea,cū ver-
bum illud minor annis,duob. modis potue-
rit intelligi,vt videlicet,qui minor xiiij.annis,
& qui xxv.minor fuerit,dici ſoleat minor an
nis : intentioni veſtræ verbum dubium non
no-

nocebat, cum infra xxv. annum teneret donatio, præſertim iuramento firmata; ſed etſi teneret, quod factum fuerat ab Amato, quia intelligendus non erat ſine herede decedere, qui monaſteriũ ſibi inſtituerat in heredem; hoc monaſterio non nocebat. Cumq. Card. prædictus ea, quæ coram ipſo propoſita fuerant, in noſtra, & fratrum noſtrorum audientia retuliſſet, nos ad conſilium dil. fi. H. ſancti Euſtachij diac. Card. duximus deputãdũ. idem igitur ſancti Euſtachij Card. cauſæ meritis plenius intellectis, attendens, quod ſyndicus veſter intẽtionem ſuã plene fundaſſet, & quod nihil ſufficienter fuiſſet ex aduerſo probatũ; cum etſi oſtenſum eſſet per teſtes, quod M. ſuæ oblationis tempore fuerit minor annis, vtrũ tamẽ primæ, vel ſecundę oblationis minor fuerit, & quot annis minor non fuiſſet expreſſum, de mandato noſtro ſententiam protulit, & prædictis G. & B. ſilentium inpoſuit ſuper ijs, quæ a monaſterio poſtulabant, & eos ad reſtitutionem illorum, quæ de bonis prædicti Milonis propria temeritate inuaſerant, condemnauit. Nos igitur ſententiam ipſam auctoritate Ap. confirmamus.

*Idem Priori de Eſebi, & magiſtro H. de Gilenill. Canonico Lincolineñ. & magiſtro A. de Willa rectori ecclesiæ de Bares Vrch Lincolineñ. dioec. c. 3.*

Non po nitur. LITTERAS veſtras accepimus continentes, quod cũ A. mulier in veſtra feciſſet præſentia recitari, quod pater, & nouerca ipſius Lincolineñ dioec. vt eam ſua hereditate fraudarent, renitentem penitus, & inuitam in monaſterio de A Werholm. detruſerunt, & fecerunt ibidem in vinculis diutius detineri. vnde, quamcitius fuit a vinculis expedita, receſsit. Nos vobis ſuper hoc cauſam duximus committendam, coram quibus cum ipſa teſtibus fide dignis, & omni exceptione maioribus prædicta omnia in iure probaſſet, canonici, & moniales de Sempigham, in quorum monaſterio dicebatur fuiſſe detruſa, firmiter aſſerebant eam religionis habitum deuote ſuſcepiſſe, ſuam tamen aſſertionem ſimplicem iuramẽto ſemper affirmare negantes, quare meritó dubitãns, vtrum eorum eſſet ſimplici aſſertioni credendum; & vtrum veritas eſſet ab eiſdem adueſarijs elicienda; de quor. iniuria ſuam ſemper depoſuerat quæſtionẽ. Nos igitur attendentes, quod contra depoſitiones teſtium iuratorum, eorum ſimplici non eſt aſſertioni credendum: diſ. v. per Agim. quatenus in eodem negotio, ſi res ita ſe habet, ſecundũ atteſtationes receptas, ratione preuia appoſt. -cc

procedatis.

*Idem Arimineñ. Epiſcopo.* *Cap. 4.*

LICET cauſam, quæ inter eccleſiam Rauennatem, & commune Fauentiæ ſuper iuriſdictione, honore, atq. diſtrictu in villa Luci ſancti Potiti, & caſtro Arioli, quę ad ſe de iure ſpectare dicta eccleſia proponebat. & infra. c 9.e. Verum, quia vtriq. parti erat plurimũ onerosum, teſtes producere coram nobis, Placentino Epiſcopo dedimus in præceptis, vt infra tres menſes teſtes ap. re. reciperet, quos vtraq. pars, tam ſuper principali negotio, quam in perſonas teſtium duceret producendos, ita videlicet, vt refrenata multitudine, hincinde quadragenarium numerum excedere nullatenus pateretur. & infra. ſicq. poſtmodũ vtriuſq. partis procuratores cum atteſtationibus ſollemniter publicatis ſyndicus Fauentinor. propoſuit ſe velle in perſonas teſtiũ ex parte altera productorum quædam obicere, ac probare oeconomo eccleſiæ aſſerente id fieri nõ debere; ſuper quo cum fuiſſet hinc inde aliquamdiu altercatum, tandem interloquẽdo decreuimus ipſum ſuper hoc nullatenus audiendum: cum & infra trium menſium ſpatium in noſtris litteris comprehenſum, teſtes huiuſmodi producere non curauit, infra quẽ terminum pars vtraq. teſtes inducere potuit, tam in perſonas teſtiũ, quam ſuper negotio principali. Poſt hæc idem ſyndicus obiecit in teſtes prędictos, quod corrupti falſa dixiſſet, & ad querelam falſi probandam concedi ſibi petijt facultatem. Vnde quia talis exceptio, non ſolum ante, ſed etiam poſt ſententiam poteſt opponi ſecũdum legitimas ſanctiones, licet nonnulli crederent Fauentinorũ partẽ exceptionem huiuſmodi per excogitatã malitiam ad impediendum proceſſum negotij obieciſſe. quia vero nolumus a iuris tramite declinare, dil. f. magiſtris C. & G. Bononiæ cõmorantib. per ſcripta noſtra præcipimus, vt partibus conuocatis teſtes, quos ſuper hac exceptione procurator Fauẽtinor. duceret producendos, infra menſem recipere, ac examinare curarent, de ſingulis circunſtantijs ſubtiliter inquirentes, & depoſitiones eorum fideliter redigentes in ſcriptis indulto ex tunc altero mẽſe procuratori eccleſiæ ſupradictę, infra quem ſi vellet, ad reprobationem illorũ teſtium teſtes produceret coram eis, & eorum dicta fideliter conſcribentes xx. dierum terminũ vtriq. parti præfixerit, † infra quem cũ atteſtationibus ipſis ſe veſtro conſpectui præſentarent, ſententiam recepturæ: part b. itaq. com- †præſigerent malo



comparentib. iterum coram nobis, & huiuſmodi atteſtationibus publicatis audiuimus, quæcumq. proponere voluerũt. quamquam autem pars Fauentinor. teſtes multos produxit ſuper negotio principali ad probandum, quod homines prædictor. locorum a longis retro temporib. eis exhibuerunt ſeruitia in bandis, & placidis, foſſatis, & collectis, & caualcatis, & quibuſdam alijs pertinentibus ad diſtrictum, vix tamen ex illis ſex tantũmodo remanſerunt, cum alij multi ſibimet in ſerie ſui teſtimonij cõtradicant, & quidam alij fuerint in dicto ſui teſtimonij ſingulares. Ad reprobandum vero quoſdam teſtium Rauen. etſi ex parte Fauentinor. quidam ſint teſtes inducti, plures illor. potius reprobantur, quia ſibi inuicem euidentiſsime contradicunt, quidam vero alij pauci numero, quamuis non reprobentur expreſſe, vſq. adeo cum † malę famæ ſunt, & leuis opinionis, ſicut per atteſtationes exhibitas eſt probatum, quod eorum dictis nulla, vel modica fides eſt adhibenda. †tamẽ Greg. 9 Idem quoq. teſtes Faueñ. generaliter repellũtur, quia non probant illud, ad quod ſyndicus eorundem ſe aſtrinxit, videlicet quod corrupti falſa dixiſſent. Quoniam etſi de corruptione videantur aliquid dicere, de falſitate tamen penitus nihil dicunt, per multos autem teſtes eccleſiæ Raueñ. omni exceptione maiores probatum eſſet manifeſte, eccleſiæ Raueñ. villam Lucij ſancti Ponti, & Caſtr. Arioli a longiſsimo tempore poſſediſſe cũ omni honore, diſtrictu, & iuriſdictione nominatim expreſsis vniuerſis articulis exprimentib. iuriſdictionem, honorem, atq. diſtrictum. ex prę miſsis igitur ſatis euidenter apparet, quod eccleſia Raueñ. per teſtes (non plures, † quibus potius lux veritatis aſsiſtit, qui etiam aptiora negotia, & vero proximiora in ſuis teſtimonijs expreſſerunt, ſufficienter oſtendit, quod a xl. annis, & citra cum omni iuriſdictione, honore, atq. diſtrictu loca ſupradicta poſſedit, per quod patet, etſi commune Faueñ. a L. annis, & citra, ſicut eorum videntur teſtes deponere, aliqua ſeruitia in locis perceperint ſupradictis, illa proculdubio ſine iuſto titulo percipere inceperunt; cum duo inſimul eandem rem, & eodem modo inſolidũ poſsidere non poſsint, maxime cũ idem Faueñ. iuſtũ poſſeſsionis titulum nõ oſtendant, & ex priuilegijs Imperatorum, & Romanor. Pontificum eccleſiæ Raueñ. conceſsis euidentiſsime colligatur poſſeſsionem ipſius eccleſiæ in prædictis locis iuſtam fuiſſe. Cum ergo conſtet Faueñ. †forte conplures

ab eo tempore, quo ſe poſſediſſe probare contendunt, minus iuſte, ac ſine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propria occupaſſe, ac proceſſu tẽporis per violentiam extorſiſſe, ſicut per multos teſtes eccleſiæ Raueñ. manifeſte probatur, & œconomus eiuſdem eccleſiæ petierit coram nobis a vi turbatiua, ſeu inquietatiua ſuper pręmiſsis commune Faueñ. prohiberi. Nos cognoſcentes in hoc caſu nõ ſic eſſe locũ interdicto, vt dicere debeamus, vti poſsidetis, ita poſsideatis; cum probationes eccleſiæ longe ſint potiores; & ideo ſit interdicto ſuperior; de fratrum n. conſilio commune Faueñ. condemnamus eidem ſuper iuriſdictione, honore, atque diſtrictu, & alijs ad hęc generaliter pertinentib. in locis prędictis, quoad poſſeſſorium iudicium, quo tantummodo actum eſt; perpetuum ſilentium imponentes; & prohibentes eidem, vt neq. per ſe, neq. per alios ſuper his præſumat Raueñ. eccleſiam, aut habitatores prędictorum locorũ aliquatenus moleſtare.

## DE TESTIBVS, ET ATTESTAtionibus. Tit. xij.

*Idem. Conſulibus, & populo Beneuentano.* *Cap. 1.*

CVM a nobis petitur. & infra. Et canonica, & ciuilia iura ſequẽtes, diſtrictius inhibemus, ne vnius iudicis quantęcumq. fuerit auctoritatis, verbo credatur in cauſis, ſiue ſuper teſtimonijs, ſiue ſuper quibuſlibet alijs contractibus agitantur; nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam optineat firmitatem, quin ei poſsint, & debeant duorũ, vel trium teſtimonia bonor. viror. pręualere, ſalua in omnib. ſe. Ap. auctoritate. De teſt. & atteſt. c. 18.

*Idem Ciren. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

DE teſtibus, qui ad exceptionem probandam a partibus inducũtur, tua nos duxit fraternitas conſulendos, vtrum cogendi ſunt, etiam ſuper principali negotio ferre teſtimonium veritati; & an illi ſint, ſicut ceteri teſtes, examinandi diſtricte, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur. ſuper hoc igitur f. t. plurimum commendantes, quæ in dubijs Ap. ſe. vult certificari reſcripto, taliter ad propoſita reſpondemus; quod ſi teſtes iam inducti ſint ad exceptionem ſolummodo probandam; cũ ſuper ea tantũ iurauerint veritatem dicere, ſuper principali nec debẽt audiri, nec cogi teſtimoniũ perhibere, vt pote ſuper quo deponerent nõ iurati. ſi vero cũ ad probãdã exceptionem peremptoriã, ab alterutra partiũ inducũtur, reliqua pars ſuper principali c. 19.

etiam

etiam eos deponere ſorte petierit, vt cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari, ad id ſunt ſine dubitatione cogẽdi, niſi forſan ſufficiens productio teſtium ſuper principali facto iam fuerit, vel renuntiatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

*Idem Helieñ. & Caſtreñ. Epiſcopis, & Archid. de Norhantoñ.* *Cap. 3.*

c.30.c. CONSTITVTVS in præſentia noſtra dil. f. magiſter Robertus procurator magiſtri Rogerij de ſancto Caditiundo propoſuit, quod cum dil. f. Decanus, & capitulum Eboracenum eidem Rogerio tum auctoritate Lateranẽ. concilij, tum priuilegij proprij ratione Archidiaconatum Rochemundæ canonice contuliſſent eidem, tam ſtallum in choro, quã locum in capitulo aſsignantes, & ipſe poſſeſſionem Archidiaconatus per eoſdẽ adeptus, obedientiam, & iuramentum ſolitum ab eiuſdem Archidiaconatus clericis recepiſſet, dil. f. magiſter Honorius de Rent. qui Archidiaconus Richimundiæ nominatur, ipſum eo præter iuris ordinem, & poſt ap. ad nos interpoſitam ſpoliauit. cumq. prædictus Rogerius ad dil. fi. Abbatem de ſancto Eadmundo, & conjudices ſuos ſuper reſtitutione litteras cõmiſsionis impetraſſet, memoratus magiſter Hoñ. ad ſe. Ap. appellauit, & ad prędec. n. accedens, litteras reuocatorias impetrarat, quas idem procurator per falſi ſuggeſtionem aſſeruit impetratas. & infra. Et inter alia poſtulabat, vt faceremus depoſitiones quorundam teſtium aperiri; ſed procurator prædictus eas aperiendas non eſſe dicebat, cum non in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea potius, quæ inter ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopum, & eũdem Rogerium vertebatur. & infra. Licet autem Archidiaconus, ſicut ſuperius eſt præmiſſum, ad faciendam nobis fidem ſuper omnibus pleniorem, atteſtationes quaſdam peteret aperiri, aduerſarius autem in alia cauſa aſſereret eas fuiſſe receptas, eas aperire noluimus, ſed cauſam eorundem ipſorum aſſenſu, veſtro duximus examini cõmittendã. Ideoq. d. v. per A. s. m. qua. partibus conuocatis inquiratis ſuper pręmiſsis omnibus diligentius veritatem, & quod canonicũ fuerit, ap. poſt. diſcernatis, † facientes, quod decreueritis, per cen. ec. firmiter obſeruari. Ita tamen, quod ſi vobis conſtiterit Archid. teſtes pro ſe coram bo. m. Epiſcopo, & di. fi. Decano Lincolineñ. & te fi. Archid. ac dilecto noſtro tt. S. Marcelli presbytero Card. tunc Ap. ſe. Le. delegatis iudicibus produxiſſe, atteſtationib. apud eum depoſitis ſit contentus; alioquin eo non obſtante, quod teſtes illi coram ipſis iudicib. & te fili Archid. fuere producti, pro Archid. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

*† decernatis malo*

*Idem.* *Cap. 4.*

c.31.c. PRAESENTIVM auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis poſt depoſitiones teſtium publicatas obicere voluerit in perſonas eorum, ei tunc tandem id liceat, cum iuramento firmarit, quod ad hæc ex malitia nõ procedat; niſi forſan ante publicationem id fuerit proteſtatus, vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obiecerit in perſonas. Ceterum cum quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationes depoſitionum repellere fuerit proteſtatus, ſi qui pro ipſo dixerint, de facili non credatur.

*Idem Ludoñ. & Helieñ. Epiſcopis.* *Cap. 5.*

c.32.c. IN noſtra præſentia conſtitutis dil. f. magiſtro W. nomine dil. f. Archid. Cantuarieñ. a quo procurator fuerat deſtinatus, poſſeſsionem eccleſię de Multoñ. quam dil. f. Abbas, & monachi ſancti Auguſtini Cantu. illicite occuparant, cum fructibus medio tempore perceptis ſibi reſtitui poſtulauit. & infra. Cũ igitur hinc plures, inde vero ſint teſtes numero pauciores producti, quos non ſolum diuerſa, ſed aduerſa penitus in quibuſdam conſtat teſtimonia reddidiſſe; quia etiam ad multitudinem tam † reſpici nõ oportet, ſed ad teſtiũ qualitatem, & ad ipſorum depoſita, quibus potius lux veritatis aſsiſtit, ex quib. motum animi ſui conuenit iudicem informare: d. v. per A. s. m. qua. ſi teſtes vtrimq. producti eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis extiterint, cum conſtet teſtes monachorum teſtib. Archid. numero pauciores, ſub. cuius. con. & ap. ob. pro ipſo Archidiacono ſententiam proferatis: ſi vero teſtes ex parte monachorũ producti, tantæ pręeminentiæ fuerint, quod eorũ auctoritas, aliorũ ſit merito multitudini pręferenda, contra. & ap. pariter non obſtante, ab impetitione Archidiaconi eoſdem Abbatem, & monachos abſoluatis.

*† tamũ Greg. 9*

*Idem Priori ſancti Fridi Lucañ. & magiſtro G. Canonico Piſano.* *Cap. 6.*

c.33.c. TAM litteris veſtris, quam depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis intelleximus euidenter, nihil eſſe contra dil. fi. Lucañ. electũ ſufficienter oſtenſum, niſi de auditu tantum, & fama. Cum ſuper alijs, ſi qua forte videantur eſſe probata, teſtes ſint, vel ſoli, vel

tales,



tales, qui non potuerint ea legitime comprobare. quia vero ſuper matrimonio, quod idẽ electus dicitur contraxiſſe cum vidua, teſtes non fuere recepti propter ap. ob. ne videl. laici, vel feminę in tali reciperentur articulo cõtra ipſum, ſicut veſtris nobis litteris intimaſtis; licet nuntij eiuſdem electi coram nobis aliter probare niterentur: nos, vt tantę irregularitatis obiectio non remaneat indiſcuſſa; d. v. per A. s. m. atq. præcipimus, qua. teſtes ſiue laicos, ſiue feminas dumtaxat idoneos, qui ad hoc fuerint probandũ infra mẽſem inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter, excõmunicantes ſollemniter, ſi quis eos impedire præſumpſerit; quominus teſtimonium perhibeant veritati, demum † atteſtationib. publicatis, ſi forte contigerit irregularitatem huiuſmodi non eſſe probatam, indicatis eidẽ electo purgationem canonicam ſuper ijs, quę in cõmiſsione vobis facta comprehenſa fuerint, & in atteſtationib. quas vobis ſub bulla nr̃a remittimus, ſunt expreſſa, per ſeptẽ canonicos maioris eccleſiæ, vel priores eccleſiarũ ſæcularium ciuitatis Lucañ. presbyteros, ſeu diaconos bonæ famæ præſtandam; qua recepta præfigatis ei terminum cõpetentem, quo conſecrandus noſtro ſe conſpectui repręſentet. ſi vero vel irregularitatis fuerit impedimẽtum probatum, vel infra menſem non præſtiterit purgationem indictam; vos eum auctoritate noſtra ſuffulti, re. cuius. contrad. & ap. ob. a prælatione Lucañ. eccleſiæ penitus amouentes, mandetis ex parte noſtra capitulo, vt electionem de alio non differant canonice celebrare. Archipresbyterum autem Lucañ. & G. ſacriſtã, qui contra prædictũ electũ litteras nobis ſub nomine maioris partis capituli deſtinarunt; cum conſtet per atteſtationes prædictas longe maiorem partem capituli non fuiſſe conſcios huiuſmodi litterarum; ab officio, & beneficio denũtietis eſſe ſuſpenſos, donec noſtrã mereantur indulgentiã optinere.

*† ap. deinde*

*Idem Dumelineñ. Epiſcopo, & Decano, & Priori S. Trinitatis Eboracen.* *Cap. 7.*

c.34.c. CVM olim dil. f. Archid. Meneueñ. aduerſus ve. f. n. Cantuarieñ. Archiepiſcopum ſuper ſtatu Meneueñ. eccleſiæ propoſuiſſet, in noſtra, & f. n. præſentia quęſtionem, Archiepiſcopo ipſi per litteras noſtras dedimus in mandatis; vt per ſe, vel per procuratorem idoneum ad præſentiam noſtram ſuper hoc accederet reſponſurus. Vnde, cum ipſe nec veniſſet, nec miſiſſet propter hoc idoneum reſponſalem, volentes Meueneñ. eccleſię paterna ſollicitudine prouidere, cauſam ſuper hoc ve. f. n. Epiſcopo Helieñ. & dil. f. Lundonieñ. Decano, & Archidiacono de Bochiusgã ſub certa forma duximus cõmittendam, a quibus nõ fuit hactenus, iuxta mandatum noſtrum in negotio ipſo proceſsũ. ne igitur cauſa ipſa remaneat indeciſa, d. v. per A. s. m. qua. niſi pars aduerſa pręedictum Archid. per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partib. ſi poterit fieri, vel procuratorib. eorũ ad locum idoneum, vel ſecurum per nuntios veſtros, & litteras conuocatis, & lite legitime conteſtata, teſtes, quos Archiepiſcopus duxerit producendos in Anglia, & quos Archidiaconus producere voluerit contra eum in Wallia, recipere procuretis. Verum ſi Archiepiſcopus citatus legitime corã vobis per ſe, vel per procuratorem idoneum comparere noluerit, aut litem etiam conteſtari, vos nihilominus ſenes, & valitudinarios, quos Archidia. per ſe, vel per procuratorem idoneũ duxerit producendos, ſub. cuius. cõtra. & ap. ob. admittatis, & depoſitiones eorum cõſcriptas, & veſtris ſigillis incluſas ad ſe. curetis Ap. deſtinare, ſtatuentes partibus terminum peremptorium conpetentem, quo per ſe, vel per reſponſales idoneos noſtro ſe conſpectui repręſentent, ſententiam recepturæ.

*Idem Priori de Bulent. & I. rectori eccleſiæ de Borell.* *Cap. 8.*

EX tenore veſtrarum rececepimus litterarum, quod, cum vobis, & dil. f. Abbati de Sutreio cauſam, quæ vertitur inter R. filium W. de Eſtañ. militem, & M. mulierẽ ſororem W. de Archis commiſerimus ſine debito terminandam; prædicto Abbate ſe rationabiliter excuſante, quod cognitioni eiuſdẽ cauſæ intereſſe non poſset, partes ad veſtram præſentiam citauiſtis. quibus in veſtra præſentia conſtitutis, pars mulieris propoſuit, quod dictus miles corporale præſtitit iuramentum, quod ipſam duceret in vxorem, & poſtmodum carnaliter cognitam tranſduxit in domũ, & prolem ſuſcepit ex ea. Miles vero prædictus hoc infitiabatur omnino, adiciẽs, quod etſi vera eſſent, quæ proponebantur ab ipſa, eam tamẽ de iure habere nõ potuit, eo quod aliam tũc viuentem prius duxerat in vxorẽ. teſtib. itaq. ab vtraq. parte receptis, & atteſtationib. publicatis cũ per teſtes militis ſæpedicti videretur eſſe probatũ, quod ipſe ante feſtũ purificationis beatæ virginis Mariæ B. mulierem ſollẽniter acceperit in vxorẽ, & teſtes M. mulieris de Archis dicerẽt, quod in ſeptimana c.35.c.

paſchali conſequenti feſtum prædictum de ea ducenda præſtiterit iuramentũ, dictus miles ab impetitione ipſius abſolui cum inſtantia poſtulabat. Verũ ex parte ſupradictæ mulieris extitit replicatũ; quod eo tempore, nec non & ante, quo teſtes dicti militis dixerunt, eum cum alia matrimonium contraxiſſe; fuerat ſemper in Eborac. prouincia cõmoratus. Cum teſtes ipſi dicerent hoc longe extra dictam prouinciam extitiſſe, actum eſſe, determinantes tempus, & locum, quod per teſtes idoneos erat probare parata. ſed e contra fuit ex aduerſo reſponſum, quod cum atteſtationes iam eſſent hinc inde ſollemniter publicatæ, productioni teſtium iam locus non erat. Quia igitur dubitatis, vtrum poſt publicationem atteſtationum ſuper articulo illo deberent teſtes admitti: nos inquiſitioni veſtrę inſinuatione præſentium reſpondemus, quod ad probandum illum articulum teſtes mulieris ſunt admittendi.

*Idem Priori ſancti Victoris.* Cap. 9.

c. 36. e. SIGNIFICAVERVNT nobis per litteras ſuas ve. f. n. Siluaneñ. Epiſcopus, & di. f. I. Abbas ſancti Victoris Pariſieñ. & F. Aurelianeñ. Decanus; quod, cum cauſa, quæ vertitur inter Abbatẽ, & monachos ſancti Dionyſij ex vna parte, ac Abbatiſſa, & moniales de Fectel ex altera, tã ſuper proprietate, quã poſſeſsione prioratus de Argentolio ſibi a nobis commiſſa fuiſſet, & moniales ſuper cauſa proprietatis prius litem ingreſſæ teſtes produxerint in illa; poſtmodum poſſeſsionis iudicium ſuſpenſo petitorio intentarunt, quod eis de iure licere ipſi de prudentium conſilio per interlocutoriam ſententiam declararũt. Vnde in cauſa poſſeſsionis, quam moniales petebant, ea videl. ratione, quod illæ, quibus ipſę ſucceſſerant, inde fuerant violenter eiectæ, teſtes fuiſſent ab vtraq. parte producti, & eo vſq. erat proceſſum, vt publicatio fieri iam deberet. petebant moniales prædictæ, depoſitiones teſtium in cauſa poſſeſsionis tantummodo publicari, ſed cõtradicebant monachi allegantes, quod, ſicut cauſa proprietatis fuerat prius cœpta, ita debebat arripere prius finem, vel ſaltim tam ſuper petitorio, quam ſuper poſſeſſorio teſtes ſimul publicari debebant. Ipſi vero auditis hinc inde propoſitis, cum ſuper hoc vellent interloqui, habito ſuper hoc conſilio ſapientum, monachi adiecerunt, quod ſuper cauſa proprietatis productioni teſtiũ renuntiauerant moniales. Quod cum pars aduerſa negaret, & inter partes quaſi dubiũ verteretur, interlocuti fuerant, quod atteſtationes publicarentur, & ſuper renũtiatione monialium probationes monachorum audirent; ſed ab hac interlocutoria monachi ad noſtram audientiam appellarunt, ipſi autẽ diem alteram præfigentes, vt deliberarent, an deberent huiuſmodi app. deferre: conuocatis prudentib. de ipſorum cõſilio ſentẽtiam ſuã minime reprobantes, parti monachorum audientiam indulſerũt, ſi forte rationem aliquã allegarent ad retractandam prędictã ſententiam ineſficacem, qui tandem poſt app. ſuas, appellationi prius factæ fortiter inſiſtebant. & infra. Nos igitur his, & alijs diligenter auditis, quæ fuerant hinc inde propoſita, de cõ. f. n. con. dis. v. per A. s. m. qua. Pariſius conuenientes in vnum, ſi per legitimas vobis probationes conſtiterit, Abbatem, & monachos quartam productionem teſtium cũ iuris ſollemnitate ſuper poſſeſſorio petiuiſſe, ſeq. propter hoc infra x. dies poſt interlocutoriã ſententiam appellaſſe, niſi forte iudices quartam productionẽ negauerint, pro eo quod voluerant effrænatam multitudinem teſtium refrænare, vos præfatos Abbatẽ, & monachos ad quartam productionem teſtium admittatis, adhibita ſollemnitate legali eos, ſi in probatione defecerint, in expenſas legitimas condẽnantes, & niſi adeo ſit in petitorio iam proceſſum, vt plene poſsit de proprietate liquere, cauſam vos poſſeſsionis, ad quam de iuris beneficio Abbatiſſa, & moniales habere † recurſum primitus terminetis, in cauſa proprietatis poſtmodũ legitime proceſſuri; alioquin quęſtionem terminetis ſimul vtramque. † habuere Greg. 9

*Idem Epiſcopo Placentino.* Cap. 10.

CVM cauſam, quæ inter ve. f. n. Archiepiſcopum Rauennat. ac di. f. commune Fauent. ſuper villa Luci, & ſancti Põti, & caſtro Aurialeñ. & ſuper eorum diſtrictu, honore, ac iuriſdictione noſcitur agitari; diuerſis iudicibus duximus committendam, nec potuiſſet per eorum aliquos terminari. & infra. Procuratoribus deinde vtriuſq. partis comparentibus coram nobis, iuramentum de calumnia fecimus vtrimq. præſtari. Quia vero vtrique parti minus † exiſteret oneroſum, vt teſtes producerent coram nobis, f. t. de qua plenam fiduciam optinemus, per A. s. præ. m. qua. infra tres menſes poſt ſuſceptionem præſentiũ, recipias ap. re. teſtes, quos vtraq. pars tam ſuper principali negotio, quam in perſonas teſtium duxerint producendos, ac eos diligenter examinare procures, & de ſingulis circũſtãtijs c. 37. c. † nimis Greg. 9



ſtantijs prudenter inquirens, de cauſis videlicet, de perſonis, loco, & tempore, auditu, & viſu, ſcientia, & credulitate, fama, & certitudine cuncta plene, ac curioſe conſcribas; & ea nobis fideliter ſub tuo ſigillo tranſmittas, iniungens partibus, vt ad præſentiam noſtram veniant ſic inſtructæ, quatenus atteſtationib. publicatis, & inſtrumentis exhibitis, poſtquã ſufficienter fuerit allegatum; iuſtam a nobis ſententiam, domino auctore reportent. teſtes autẽ &c. Quod ſi forte Fauentini, vel alij eos, quos dictus Archiepiſcopus ad perhibendũ teſtimonium veritati duxerit producendos, præſumpſerint impedire, tu ipſos ab huiuſmodi præſumptione ceſſare mo. p̄. per cen. ec. ap. re. compellas. Volentes autem effrænatam multitudinem teſtium refrænari: p̄. man. qua. hinc inde quadragenarium numerũ teſtium excedere non permittas, ita videlicet, vt ſi Fauentini teſtium depoſitiones ratas habere voluerint, quæ a ve. f. n. Ferrarieñ. Epiſcopo, & Abbate Pompoſianen. receptæ fuerint, teſtes ipſi conputentur numero prælibato, alioquin cũ atteſtationes ipſæ ſint clauſæ, ijdem teſtes iterato, ſi neceſſe fuerit, producantur.

*Idem de Nouo Fontiñ. & Caſæ Dei Abbatibus in Claromonteñ. diœc conſtitutis.* Cap. 11.

c. 38. e. VENIENS ad Apoſtolicam ſedem dil. f. G. de Gros Archidia. Claromonteñ. nobis humiliter ſupplicauit, vt ſententiam per ve. f. n. Leouiceñ. Epiſcopum ſuper decanatu Claromonteñ. eccleſiæ pro eo rationabiliter latam, quę iam in parte fuerat executioni mãdata, faceremus in totũ executioni mandari. Cum autem dil. f. Abbas, & O. Dalamas Claromonteñ. procuratores dil. f. capituli Claromonteñ. in noſtra eſſent præſentia cõſtituti, nobis proponere curauerunt, quod ſententia illa contra iuſtitiam, & poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam fuerat promulgata. & infra. Cumq. idem Archidiaconus ipſos tamquã procuratores nollet admittere, vel dictis eorum aliquatenus reſpondere, di. f. Parentius ſubd. noſter baſilicæ Principis Apoſtolorum canonicus ſe ipſum oppoſuit ex aduerſo, aſſerens canonice ſe fuiſſe in Decanum eccleſiæ Claremonteñ. electum. propter quod prędictus Archidiaconus in ſua petitione non erat aliquatenus audiendus, quia decanatus ipſe non ad illum, ſed ad ſe potius pertinebat. & infra. Cum igitur ſuper his aliquamdiu diſceptaſſent, interlocuti fuimus, vt dictus P. ſi poſſet, in cõtinenti ſuam intentionem fundaret, qui demum ad ſuam intentionem fundandã teſtes, & inſtrumenta produxit. ſuper quib. cũ vtrimq. fuiſſet aliquamdiu diſputatum, nos interloquendo pronuntiauimus, quoniam per ea, quæ fuerant oſtenſa, conſtabat, quod ſua intererat, vt idem P. ſe poſſet opponere Archid. memorato. Lite igitur inter eoſdem tam ſuper electione, quã ſuper ſententia legitime cõteſtata, quæſitum fuit ab ipſo Archidiacono coram nobis, vtrũ atteſtationes prius exhibitas in articulo ſupradicto, hoc iudicio vellet admittere, qui prę habita deliberatione reſpondit; quod vellet, dummodo poſſet, obicere tam in perſonas teſtium, quam in dicta. Quo audito pars aduerſa reſpondit, quod atteſtationib. illis in hoc iudicio vti nolebat, cum non ſuper principali negotio, ſed ſuper incidenti articulo fuiſſent lite non conteſtata receptæ. Vnde ſuper toto negotio, vel illos, vel alios volebat producere teſtes. Pars autem reſpõdit aduerſa, quod cũ teſtes illi, tam ſuper ſententia, quam ſuper electione dixiſſent, & eorum atteſtationes fuiſſent in iudicio publicatæ, non licebat eidem, poſtquam teſtificata didicerat, ſuper eiſdem articulis alios producere teſtes, præſertim, cũ in hoc iudicio pars eadem atteſtationib. illis vſa fuiſſet. Nos igitur auditis, quę fuerũt hinc inde propoſita, iuſtitia pronuntiauimus exigente; quod teſtes eſſent recipiẽdi ſuper toto negotio, quos vtraq. pars duceret producendos. Quo circa d. v. per A. s. m. qua. receptis teſtibus, inſtrumentis inſpectis, & confeſsionibus, & allegationibus diligenter auditis, cauſam ipſam tam ſuper principali, quam ſuper incidenti ſub. cuius. contra. & ap. ob. fine canonico terminetis, facientes &c. & infra. Quia vero quæ in capitulo aguntur, non facile poſſunt, niſi per canonicos ipſos probare, volumus, & m. qua. ad cautelum abſoluatis eoſdẽ, vt vocati ad teſtimonium libere valeant pro vtraq. parte teſtari.

*Idem Biſſuntino Archiepiſcopo.* Cap. 12.

TVIS quæſtionibus reſpondemus. & infra. Monachi vero de ſuis fratribus, ac conuerſis teſtes in cauſis proprijs producere abſque iuramenti exhibitione non poſsint, niſi forte a parte remittatur aduerſa. c. 39. a.

*Idem Atrebateñ. Epiſcopo, & de Dnñ. † & Vrſi Campi Abbatibus.* Cap. 13. † Diuer. ſorte

Ee 2 Di-

c.40.e. DILECTO filio Atrebateñ. Prępo-
ſito nobis innotuit exponente, quod cũ cau-
ſam, quæ inter ipſum, & nobilem mulierem
Flandreñ. Comitiſſam ſuper donatione ſex
præbendarum ſacerdotalium agitatur, vobis
frater Epiſcope, ac fili Abbas de Diuerſis, nec
non & dil. f. Atrebateñ. Decano duximus cõ
mittendam, idem Præpoſitus citra litis conte
ſtationem propoſuit coram nobis, quod te-
ſtimoniũ ipſius Decani neceſſarium ſibi erat
in cauſa prædicta, cum de iure ſuo, non niſi
per ipſum, & alium vnicum teſtem tantũ fa-
cere fidem poſſet. Vnde poſtulauit inſtanter,
vt vel duo in cauſa illo procederetis excluſo,
vel ſuperſederetis negotio, quoad vſq. nos in
loco eius alium ſubſtitui mandaremus. Vos
autem petitionem eius in hoc admittere re-
cuſaſtis; quin immo poſt appellationem, quã
ad nos ipſe propter hæc, & alia interpoſuit, a
præbendar. ipſar. donatione ſuſpendiſtis eun
dem. Ne igitur ob huius teſtis defectum Præ
poſiti memorati iuſtitia valeat deperire, te
fili Abbas Vrſi Campi loco prænominati De
cani duximus ſubrogandum, per A. v. ſ. m.
qua. ſi pręmiſſis veritas ſuffragatur, prędibata
ſuſpenſione Præpoſiti relaxata, in cauſa ipſa
iuxta prioris mandati tenorẽ ratione præuia
procedatis.

*Idem Iudici Sabinæ. Cap. 14.*

c.41.e. SIGNIFICAVIT nobis dil. f. pres-
byter Sancti Nicolai Diac. Sabiñ. quod fun-
datores eiuſdem eccleſiæ liberã eam eſſe vo-
lentes, fundationis tempore ſe in ea nihil iu-
ris penitus retinere dixerunt. Vnde timens,
ne proceſſu temporis probationis copia va-
leat deperire, prouideri ſibi ſuper hoc idẽ pres
byter poſtulauit. Quo circa p. tibi auctorita-
te mandamus, qua. teſtes idoneos, quos dictus
presbyter ſuper hoc tibi duxerit præſentan-
dos, examines diligenter, & corũ dicta in pu-
blica reduci facias munimenta; denuntiando
fundatorib. antedictis, vel eorum heredibus,
vt receptioni teſtium, ſi voluerint, interſint,
& ſuper denũtiatione ſic facta confici facias
publicum inſtrumentum.

## DE FIDE INSTRVMENTORVM, & decretalium. Tit. xiij.

*Idem Mediol. Archiepiſcopo. Cap. I.*

De fide inſt. c.6. INTER dil. f. n. G. Abbatem S.
Donati de Scozula ex vna parte,
nomine monaſterij W. Balbũ. Me
diolañ. canonicum procuratorem
tuum nomine Mediolañ. Archiepiſcopatus
ex altera, ſuper ſubiectis articulis diu fuerit
in noſtro auditorio litigatum; petebat ſiquidẽ
dictus Abbas nomine monaſterij S. Donati
de Sexto, a præfato procuratore tuo nomine
Mediolañ. eccleſię reſtitui monaſterio memo
rato portum Scozulę, ſiue Sexti cũ honore,
diſtrictu, & iuriſdictione præfati loci, & Ca-
ſtellaniæ, dicens ad monaſterium hæc omnia
pertinere, hoc ipſum dicens de omnibus, qui
habitant in Curtebuceñ. & tenent res mona-
ſterij memorati ſ. in Gralia Capitrieñ. Veſtri
planeñ. Cordeplaneñ. Baueñ. ſuper manſo de
Curte, de quib. monaſteriũ obtinuerat in iu-
dicio poſſeſſorio per ſententiã Epiſcopi Ve-
roneñ. & infra. Hęc omnia petebat cũ omnib.
fructib. inde perceptis, ſaluo in omnib. iure ad
dendi, vel minuendi, ſatagens multipliciter
cõprobare omnia, quæ præmiſſa ſunt, ad ſuũ
monaſteriũ pertinere. Primo per priuilegium
Lucardi † Comitis, quondam Epiſcopi Ticiñ. [† *Luithardi Greg. 9*]
qui monaſteriũ ipſum fundauerat, & ea, quæ
præmiſſa ſunt, donauerat vniuerſa. ſecundo
per inſtrumentum ſententiæ Aſperti quon-
dam Mediolañ. Archiepiſcopi, quam ex dele
gatione Lodouici Imperatoris tulit de his pro
monaſterio ſæpedicto contra A. præfati Lu-
cardi nepotem, qui ſuper his monaſteriũ mo
leſtabat. Tertio per priuilegium Rom. Impe-
ratorum, & præſertim Henrici, qui præmiſſa
omnia monaſterio confirmabant, vel etiam
conferebant. Quarto per inſtrumenta locatio
num, quas fecerãt diuerſis perſonis Abbates
monaſterij memorati. Teſtes quoq. produxe
rat, per quos nitebatur probare, quod mona
ſteriũ a xl. annis, & infra, & a L. annis, & S. † [† *ſupra forte*]
tenuerat, & poſſederat omnia ſupradicta, &
quod fama publica erat ea omnia pręfato mo
naſterio a iã dicto Lucardo fuiſſe donata. Sed
contra priuilegiũ donatoris a præfato procu
ratore tuo multa fuerũt obiecta. primo quia
ibi maxime apparebat conſumptum, vbi po-
tuiſſet falſitas facilius deprehendi, videlicet
in annotatione indictionis. ſecundo, quia cũ
charta vetuſtiſſima videretur, recentior appa
rebat ſcriptura, tãquam non illo tẽpore facta
fuiſſet. Tertio, quia falſum ſigillum vitioſe vi
debatur appoſitũ, eo quod a media parte ſi-
gilli apparebat quędã imago, non cũ mitra in
capite, ſed cũ pileo, nec induta põtificabilib.
ſed regalib. tenẽs in manu nõ baculũ paſtora
lẽ, ſed quaſi ſceptrũ regale, cuius facies nõ ap
parebat integra, ſed dimidia, tãquã in alia me
ditate reciperet aliã, quę tamẽ tota vacua re-
manebat, ſed quædã imago videbatur ex ea
fuiſſe deleta quia cera in ea parte, nec in colo-
re,



re, nec in planicie parti reliquæ ſimilis appa-
rebat. Vnde non Epiſcopi, ſed Imp. videba-
tur fuiſſe ſigillum, quod in vna medietate Cę
ſaris imaginem exprimebat, & in altera prę-
ſumebatur filij, vel cõiugis imaginẽ habuiſſe.
nam in ipſo ſigillo nullæ aliæ litteræ appare-
bant, niſi quę nomen proprium cum hac ad-
iectione Dei gratia deſignabant, ſed cum pro
prium nomẽ ipſius Epiſcopi fuit Luitardus,
in nomine proprio, quod exprimebat ſigillũ,
deletæ fuerant duæ litteræ, ſecunda, quę fue-
rat inter L. & T. & ſexta, quæ fuerat inter R.
& V. ita quod, ſi ſecunda fuiſſet O. & ſexta
fuiſſet I. proculdubio non Luitardus, ſed Lo
tarius legeretur, quod etiam inde conici po-
terat, quod ſecundum diſpoſitionem aliarũ
litterarum, inter L. & T. non erat ſpatium,
niſi quod potuiſſet vnam litteram continere,
cum ſecundum integritatem huius nominis
Luitardus, inter L. & T. duæ litteræ ſint di-
uerſæ: præterea inter R. & V. tam modicum
erat ſpatium, vt in eo non hæc littera D. quæ
maius occupat ſpatium, ſed hæc littera I. quę
minimum occupat, videretur formata fuiſſe.
Rurſum, cum cera ſigilli ab interiore parte ve
tuſtiſsima eſſet, cera, quæ poſita erat ab exte
riori parte, quaſi ad conſeruationem ſigilli, re
cens erat, & mollis. quod cũ diligenter fuiſſet
inueſtigatum; certo certius eſt compertum,
quod ſub vetuſto ſigillo carta fuerat perfo-
rata, & per glutinum nouæ ceræ, quæ poſita
fuerat exterius, quaſi ad conſeruationem ſi-
gilli, vitioſe fuit ipſi cartæ ſubiunctum. Ean-
dem falſitatis ſpeciem, per vitioſam videlicet
appoſitionem ſigilli cetera fere priuilegia Ro
manor. Imperator. præter priuilegium Hen-
rici, vel falſa reperta ſunt, vel falſata, ſed & ip
ſum Henrici priuilegium ad fidem adſtruen-
dam non videbatur ſufficere: quia nec erat
publica manu confectum, nec ſigillum habe
bat authenticum; eo quod erat ex media par
te fere cõſumptum, nec plus de nomine pro-
prio, niſi vltima medietas, videl. icus, nec de ce
teris litteris, niſi hæc adiectio Dei gratia cõpa
rebat, ita quod ex litteris ipſis non magis po
terat comprobari fuiſſe ſigillum Henrici, quã
Lodoici. Inſtrumentum quoq. ſententię mul
tis modis inueniebatur ſuſpectũ; tum quia
quædam in ipſo apparebant liturę; tum quia
ſubſcriptio notarij videbatur alterius manus
fuiſſe, quam ſubſcriptio inſtrumẽti, cũ tamen
notarius in ſubſcriptione profiteretur, ſe in-
ſtrumentum propria manu conſcripſiſſe. Lit
tera quoq. recentior videbatur, quam charta;
& aqua videbatur encauſtum infectũ, vt an-
tiquius appareret. In omnibus etiam Imperia
lib. priuilegijs, quæ poſteriora fuerant, nulla
prorſus habita mentio fuit de illa ſententia,
quamuis in eorum aliquib. mentio facta fuę-
rat Luitardi, qui dicebatur donationẽ feciſſe.
Porro ſi legitimum eſſet, & verũ inſtrumẽtũ
ſententiæ, tamen per illam ſententiam nullũ
Mediol. Archiepiſcopatui præiudicium pote
rat generari, cũ ipſa ſententia lata fuerat inter
alios, & res inter alios acta nõ alij præiudicet;
nec atteſtationes, quæ cõtinebantur in inſtru
mento ſententiæ, per quas legitima donatio
Luitardi videbatur eſſe probata, poterãt eidẽ
Archiepiſcopatui nocumentũ aliquod irro-
gare; cum inter alias perſonas, & in alio iudi-
cio receptæ fuiſſent. Ceterum per memoratũ
Henrici priuilegium, quod non ſolum cõfir-
mationis, ſed etiã donationis videbatur fuiſ-
ſe, rerum dominium donatarũ intelligi forte
poterat monaſterio acquiſitũ, & traditũ; quã
uis ex forma petitionis, quę in ipſo priuilegio
declaratur, & quibuſdã alijs verbis, quæ pro-
ponũtur in ipſo, cõfirmatoriũ tãtũ videretur
fuiſſe; tantum vt intelligatur eo modo, quo
magis poſſet valere. diſtinguendum vtiq. vide
batur, vt idem Henricus alia donauerit, & alia
confirmauerit; cũ eadẽ legitime requiſiſſent,
& confirmari pariter, & donari; confirmari
tamquam prius habita, & poſſeſſa; donari, tã-
quam tunc tradita, & conceſſa; donauerit in
quam illa, quæ ipſe circa trium miliariũ ſpa-
tium monaſterio concedebat, confirmauerit
autem, quæ prius ipſi monaſterio cõceſſa fue
rant, & donata, inter quæ illa continebãtur,
quæ deducta ſunt in iudicium, ac per hoc nõ
poterant illa intelligi per priuilegiũ illud do-
nata, ſed confirmata, cum iuxta ſanctiones le
gitimas, quod meum eſt, ex alia cauſa meum
fieri nõ poſsit, niſi deſierit eſſe meum. pręſer-
tim cum pars monaſterij viſa fuerit compro-
bare, tum per priuilegium conceſsionis, tum
per inſtrumentum ſententiæ, quod † illa le- [† *al. & al. quæ forte quodq.*]
gitime fuerant a Luitardo donata, quod illi
donationi per totũ iudiciũ eſt innixa. Vnde
poſt donationem huiuſmodi eadem eidẽ non
poterant redonari. Cum ergo confirmatoriũ
tantum extiterit ſaltem quoad illa, quæ in-
ducta ſunt in iudicium, ſi principale non te-
nuit, nec acceſſorium, quod ex eo, vel ob id di
gnoſcitur eſſe ſecutum, pari modo cetera pri-
uilegia Romanor. Imperatorum, & ſententia
ſi fuiſſet ſine ſuſpicione reperta, ad probatio
nem tamen inualida probarentur. per inſtru-

menta vero locationis nec eſt vtcumq. pro-
bata proprietas, neç etiam plene poſſeſsio,
cum iuxta canonicas ſanctiones ad probatio
nem rei propriæ, ſiue defenſionem, non ſuf-
ficiet facta locatio.& infra. Cum autem ſuper
ijs,quæ præmiſimus,in noſtra,& fratrum no
ſtrorum præſentia fuiſſet diutius litigatum,
quæ legitime probata non fuerant,ea quæ pe
tebant ad monaſteriū pertinere, de com. f. n.
conſilio ab impetione ipſius præfatum pro-
curatorem tuum nomine tuo,& Mediol. ſen
tentialiter duximus abſoluendum;quoniam
cum obſcura iura ſunt partium,conſueuit cō
tra eum,qui petitor eſt,iudicari.

*Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo. Cap. 2.*

c.7.c. QVOD ſuper his ſe.Ap.& infra. Quęſi
ſti præterea,quid agere debeas circa illos, qui
dicentes ſe ab Ap. ſe. redire ſuper abſolutio-
ne ſua ignota Cardinalium ſigilla reportant,
cum eis ſuper impedimentis expoſitis nō fuiſ
ſet de leui credendū. Ad quod tuæ duximus
fraternitati reſpondendum, quod, cum nos,
ſi quando talibus litteras Apoſtolicas indul-
gemus,vel qui perſonas, & facultates eorum
plenius nouerint,hoc modo ſcribamus, vt ſu
per impedimentis expoſitis inquiſita diligen
tius veritate ſtatuant circa illos,quod animar.
ſaluti, & ſuccurſui terræ ſanctæ magis noue-
rint expedire,attentius prouidentes, ſicut ſu
perius continetur; nequid in fraude voti fal-
laciter conſtringatur;ſi tales per ſuppreſsio-
nem veritatis,aut expreſsionē falſitatis litte-
ras non ſolum Cardinalium, ſed & noſtras,
nō ſolum dubias,ſed & certas conſtiterit im-
petraſſe; carere volumus impetratis, & eis in
nullo prorſus obſtantibus, ad executionem,
vel redemptionem voti cōpelli præcipimus
ap.re.ſicut ſuperius eſt expreſſum.

*Idem Helieneñ. Epiſcopo. Cap. 3.*

c. 8 c. PASTORALIS officij diligentia.&
infra.Quæſiuiſti etiam,quib. indicijs fides ad
hibenda ſit decretalibus,de quarum auctori-
tate iudex poteſt non immerito dubitare; cū
plures inueniantur in cōpilatione ſcholariū,
& allegentur in cauſis, de quibus per bullam
non cōſtitit, nec ipſe per metropoles inſinua
tæ fuerint. Quia igitur ſæpe contingit, quod
etiam coram nobis huiuſmodi decretales pro
ponuntur,quas eſſe authenticas dubitamus;
f.t. benignius reſpondentes auctoritate præ-
ſentium duximus ſtatuendum; vt, cū aliqua
decretalis,de qua iudex merito dubitet, alle-
gatur;ſi eadem iuri communi ſit conſona,ſe-
cundum eam non metuat iudicare,cum non
tam ipſius,quam iuris communis auctoritate
procedere videatur. Verum ſi iuri communi
diſſona videatur,ſecundum ipſam non iudi-
cet,ſed ſuperiorem conſulat ſuper ipſam.

*Idem Epiſcopo ſancti Andreæ, Abbati de Beroth, T. Priori, R. Archidiacono,& magiſtro B. officiali ſancti Andreæ. Cap. 4.*

CVM dilectus filius. & infra. Ad ſecun- c.5.c.
dam autem quæſtionem taliter duximus re-
ſpondendū; quod vtralibet pars inſtrumenta
poteſt etiam poſt publicationem atteſtatio-
num vſq. ad diffinitiuæ ſententiæ calculum
exhibere, antequam fuerit in ea concluſum.
Super tertiovero articulo taliter reſpōdemus,
quod inquiratis diligentius veritatem; & ſi
conſuetudo illius patriæ obtinet approbata,
vt inſtrumentis illius Regis fides adhibeatur
in talib.ſecure poteritis admittere inſtrumen
tum, præſertim cum ſupradictus Rex tantæ
fuerit honeſtatis,quod ipſius inſtrumēta ma-
ximę auctoritatis ſint in partib. Scoticanis.

## DE PRAESVMPTIONIBVS. Tit.xiv.

*Idē Murneñ. Epiſcopo,& Archid. Bituriceñ. c.1.*

LITTERAS veſtras recepi- De præſū c.14
mus continentes,quod cū cauſa,
quæ vertebatur inter ve.f. Alti-
ſiodor. Epiſcopum, & quoſdam
burgeñ. de Caritate, quos idem
Epiſcopus de hæreſi impetabat,vobis,& dil.
f. Abbati Callonij a ſe. Ap. delegata fuiſſet:
vtraq. pars tandem,vt negotij prolixitas poſ
ſet facilius expediri, vos duos ſub certa pœ-
na ſibi arbitros ſtatuerunt,delegata vobis po
teſtate nihilominus reſeruata, W.autem lator
pręſentium vnus ex illis, quos pręfatus Epi-
ſcopus impetebat, hęreſim ſuam apud Kari-
tatē fuerat publica voce confeſſus,& de quo-
dam fratre ſuo ſimiliter recognouerat, qui
eodem ſecum laborabat errore. Qui cum de
fide ſua coram ve.f.n. Bituriceñ. cōueniretur
Archiepiſcopo, eique purgatio facienda per
eundem W. qui vere credens, & catholicus
credebatur,eſſet indicta;ipſe W. fratrem ſuū,
quem publice aſſeruerat hęreticum, pręſtito
iuramento firmauit, & ſic a pręfato Epiſco-
po contraria proponebatur dixiſſe. Vnde ab
ipſo,& periurus,& hęreticus cēſebatur. Ecō-
trario vero idem W. propoſuit,quod licet de
ſe publice cōfeſſus fuiſſet,nihil tamē de fratre
fuerat cōfeſſus;vnde bene poterat illū purgaſ
ſe,maxime cū a duob.capellanis de Albriaco,
qui conſcientiam illius nouerant, audiuiſſet,
quod tāquam catholicum poterat illū ſecure
purgare:quor. litteras poſtea vobis oſtendit.





ſed Epiſcopus ſuper eo,quod de fratre nega
uerat, protinus eum per ſe ipſum, & vnum
presbyterum,& alium diaconū coram vobis
cōuicit. Vnde ipſum relapſum in hæreſim ap
pellabat;vos igitur has in prædicto W. con-
trarietates notabiles attendentes, ipſum cum
litteris veſtris ad noſtrā præſentiam traſmiſi
ſtis, bonis etiā interim annotatis, donec de
perſonæ eius,& bonis, quid ſtatuendū foret,
ſtatuere curaremus;adicientes, quod cū idem
W.apud vos cū quibuſdā inſtaret,vt purga-
tionem reciperetis ipſius, ſicut aliorū quorū-
dam,vos iuramentū eius, quia ſibi contrarius
videbatur,admittere noluiſtis, purgatione ta
men pro eo per viij.manum bonor.viror.ad-
miſſa. Quia vero vulpeculæ, quæ moliuntur
vineā domini demoliri, ſagaci ſunt ſtudio ca
piendæ:nam vulpes foueas habent, & volu-
cres cæli nidos; nos ex ijs, quæ ſcripta ſunt,
prędictum W. ſuſpectum de hæreſi vehemē-
ter habemus,tū,quia,quod ante dixerat,poſt
ea ſe dixiſſe negauit, ſicut conuictus eſt corā
vobis:tū,quia vel mendaciū prius dixit in fra
trē aſſerēdo illū hęreticū, vel periuriū poſtea
cómiſit in Deū,purgando illū de hæreſi;quo
rum vtrumq. reddit illum valde ſuſpectum.
Quamquam veriſimilius videatur, quod eo
tempore, quo tāquam pænitens vere ab hæ-
reſi vertebatur ad fidem, tam graue menda-
cium non dixiſſet præſertim in fratrem, quē
vtiq. tamquam Kariſsimū non aſſeruiſſet hę-
reticum,niſi fuiſſet accenſus zelo orthodoxę
fidei. Vnde præſumitur,quod, cū poſtea pur
gauit illum,turpiter peierauit. Quo circa d.v.
per A.ſ.m.qua. cum propter ſolam ſuſpicio-
nem,quamuis vtiq. vehementem nolimus il-
lum de tam graui crimine cōdemnari: talem,
& tantā ſecuritatem recipientes ab ipſo,pręter
iuratoriam cautionē, quod timore pœnæ
temporalis debeat coerceri: diſcretam ei pæ-
nitentiam iniungatis,ex qua valeat apparere,
vtrum in tenebris ambulet,an in luce;vtrum
ve ſit vere pęnitens,an ficte conuerſus,etſi eū
hoc modo verum catholicum cognoueritis,
nō ſinatis ipſum indebite moleſtari.alioquin
eum tamquam hæreticum codemnetis.

*Idem Cenadieñ. Epiſcopo, & Abbati de Ciquedor. Cap. 2.*

c.15.c. CVM in iuuentute ſua ve.f.n.C. Quin
queeccleſieñ. Epiſcopus adeo ſe maturum,
honeſtum,& prouidum exhibuerit, vt pro-
pter ſuauem ſuæ probitatis odorem,ab eccle
ſia Rom.meruerit ornamento pallij decora-
ri, non eſt de leui credendum,quod poſtquā
ad ſenilem peruenit ætatem, turpiter abiece-
rit iugum domini,fetores,& fœditates libidi-
nis amplexando;cum labes huiuſmodi, quæ
nonnumquam in iuuentute cōtrahitur, in ſe
nectute frequentius expietur. Quis præterea
de facili crederet, quod vir præditus ſcientia
litterar. propriæ ſalutis oblitus ad eam paſ-
ſionis ignominiam ſe cōuerteret: vt cum pro-
pria nepte abominabilem perpetraret ince-
ſtum,cum etiam ſecundum ſententias ethni
cor. naturale fœdus inter tales perſonas nihil
cōmittat ſæui criminis ſuſpicari. Licet igitur
ille Rex Henricus eundem Epiſcopum nobis
interdum per nuntios,& litteras de tali crimi
ne detuliſſet,ſuppliciter poſtulans,& inſtan-
ter,vt malum huiuſmodi pernicioſum exem
plo de Vngarica eccleſia tolleremus. Quia ta
men eius ſuggeſtio,nō de caritatis radice, ſed
ex odij fomite procedere videbatur,cū ipſum
tamquam inimicum perſequi non ceſſaret,
ſicut eſt in tota prouincia manifeſtum,nolui
mus aures noſtras,quaſi malignis delationib.
inclinare, ſed vt probaremus ſpiritus, ſi eſſet
ex Deo, bo. me. Gerieñ. Epiſcopo dedimus
noſtris litteris in mandatis, vt prudenter, &
caute a coēpiſcopis indagaret,vtrum præfatū
Epiſcopum crederet tali labe reſperſum, qui
nobis poſtmodum reſcripſerunt, quod eum
virum honeſtæ conuerſationis eſſe credebāt,
perſonam illius multipliciter cōmendantes.

## DE IVREIVRANDO. Tit.xv.

*Idem nobilib. viris H.L.M. Mautoreñ. † ciuibus Veneñ. Cap. 1.* †*Mauriceñ. poſtea* De iure iur. c.16.

VENIENS ad pręſentiam noſtrā
di.f.A. lator pręſentiū humili no
bis relatione propoſuit, quod cū
olim fuiſſet in pręſentia di.f. nobi
lis viri Ducis Venet. cū pluribus
alijs conſtitutus pro multar. diſcuſsione cau-
ſar. accidit,vt cū M. Mauriceñ. alternatim cō
uicia inferendo certaret;propter quod,cū gra
ues inimicitias incurriſſet,& vos,ac alij parē-
tes veſtri propter hoc fuiſſetis vehemētius ex
citati,quidā qui partis vtriuſq. amatores exti
terant,ſe in mediū ingerentes,turbationē illā
ad pacem ſtuduerūt,& cōcordiam reuocare,
ſuggerentes, & cōſulentes pręd icto H. vt in
ſatisfactione iniuriarū, veſtro iuraret obedire
mādato. Cūq. idem nō credens ſe talequid cō
miſiſſe,propter quod ei graue aliquod impo
ni deberet, iuramentū illud ſub tali cōfidētia
pręſtitiſſet,ipſi ſtatim ſub iuramēti debito prę
cepiſtis,quod a feſto beati Michaelis proximo
pręterito in antea nūquā curiā prędicti Ducis
intraret,niſi tūc,cū oēs per edictū ipſius gene
raliter ad curiā vocarētur,aut niſi per nobilē

virum R. Comitem, & M. Mauriceñ. qui abſentes eſſe dicuntur, ipſum contingeret relaxari. Verum quia idem A. qui ſicut aſſerit, dicti Ducis conſiliarius iuramēto, & in iure ſuo multis eccleſijs, quarum eſt aduocatus, promiſſo tenetur adeſſe, nequaquam taliter iurauiſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium præſciuiſset, præſertim cū animæ ſuæ timeat obuiare ſaluti; per A. s. m. qua. mādatū ipſum pro veſtrarum remedio animarum penitus reuocetis. Quod ſi mandatum ipſum, aut nolueritis, aut nequiueritis reuocare, noueritis nos ve. f. n. Patriarchæ Gradeñ. mandaſſe, vt ſi mandatum priori iuramento licite facto repugnat, ipſum auctoritate noſtra denūtiet non ſeruandum.

*Idem magiſtro Apollinari.* *Cap. 2.*

c.17.c. BREVI a ſede Ap. ſciſcitatus es quęſtione, vtrū ille, qui iura alicuius eccleſiæ ſeruare, ac propoſſe defendere iuramento tenetur, ſi neceſsitate imminente ſub debito iuramenti ad hoc fuerit requiſitus, & nolens hoc facere ad ſe. Ap. duxerit appellandum, periurij reatum incurrat. Nos autem quæſtioni t. reſpondemus, quod in hoc articulo appellantem a periurio talis appellatio non excuſat, immo niſi aliqua difficultas obſiſtat, propter quam non poſsit requiſitus eccleſiæ ſubuenire, culpa periurij potius irritetur.

*Idem Illuſtri Regi Nauarræ.* *Cap. 3.*

Non ponitur. AD audientiam noſtram noueris perueniſſe; quod, cum Caſtell. & Aragonum Reges anno præterito regnum tuum cum ſuis exercitibus introiſſent, de illo capiendo, & diuidendo adinuicem tractauerunt. Cumq. ibidem duob. caſtris per violentiam occupatis, tam eccleſias, quam priuatorum terras multipliciter afflixiſſent, quod deteriora in poſterū facerent, minabantur; ſi ſuum poſſent propoſitum adimplere. Vnde totus populus metuens vehementer, quo ſe verteret, neſciebat; vel qualiter imminentem poſſet effugere tempeſtatem. Interim autē dictus Rex Aragonū ſuos ad te nuntios deſtinauit de cōponendis treugis tecum pariter tractaturos, ſecreto per eoſdem requirens, vt ſororē tuam ſibi traderes in vxorem. Tu vero attendens, quod vel ſic ſaltem eorum poſſes inſtantiam euitare: tam de treugis, quam de contrahendo matrimonio reſpondiſti, quod ſuam perficeres voluntatem; prius tamen, quam de regno tuo exirent, nihil horum duceres ad effectū. Poſt hæc autem ad Reges ipſos dicti nuntij redeuntes, reſponſum, quod eis dederas, retulerūt; præfatus autē Rex Caſtellæ metuens, ne ſi a regno exirent, ab ijs, quæ præmiſeras, † reſilires, reſpondit ſe a terra tua nullatenus egreſſuros, niſi prius iurares, quod nūtijs promiſeras, te firmiter ſeruaturū. Cumq. hoc per eoſdem nuntios tibi intimaſſent; tu conſiderans, quod in necem, & exheredationem tuā, ſi fieri poſſet, præfati Reges intendere ſatagebant; iuraſti coactus pariter, & inuitus; quod a te fuerat de treugis, & matrimonio poſtulatum. quamuis ſoror tua præfato Regi Aragonum conſanguinitatis gradu tertio coniūgatur. Nos igitur attendentes, quod iuramentum non vt eſſet iniquitatis vinculum, fuerit inſtitutum, & quod in malis promiſsis fides ſit potius reſcindenda: ſerenitati tuæ diſtrictius inhibemus, ne ſi vera ſunt, quæ præmiſimus, occaſione iuramenti pręmiſsi, quod periurium eſt verius nominandum, procedas ad inceſtuoſam coniunctionem cōplendam.

† promiſeras forte

*Idem Illuſtri Regi Aragoniæ.* *Cap. 4.*

QVANTO perſonam tuā inter alios Principes Chriſtianos ſinceriori caritate diligimus, tanto ſerenitati Regiæ diligentiori ſollicitudine volumus præcauere, nequid ei quod abſit, immineat, quod vel in periculum animæ, aut detrimentum terræ valeat redundare. Ex tenore ſiquidem litterar. tuar. & plurium prælatorum, nec non & aliorū multorum in tuo regno conſiſtentium nobis innotuit; quod cum aduerſus inimicos Chriſtianitatis, qui prę magnitudine ſuæ potētiæ terrā Hiſpaniæ tunc temporis occupabant, in auxilium Kariſsimi in Chriſto filij noſtri Regis Caſtellę Regis Illuſtris cum armatorum multitudine feſtinares; quidam cōſiliarij tui, quin immo potius deceptores tuum animum induxerunt, vt iurares irrequiſito aſſenſu populi vſq. ad certum tempus patris tui conſeruare monetam, quæ tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. Quoniam autem eadem moneta eſt adeo deminuta, & minoris valoris effecta, quod graue propter hoc in populo ſcādalum generatur: tu, quod egeras indiſcrete, cupiens reuocare, ac neceſsitati populi ſatisfacere, ab obſeruatione iuramenti prædicti, ex quo tibi, & regno tuo metuis graue periculum inminere, (ſupplicaſti humiliter † a nobis abſolui. ſuper quo diligens indagator veritate comperta potuiſſet facile intueri, quod non tam erat abſolutio neceſſaria, quā interpretatio requirenda. quoniam, cum iuramētum feciſti, monetam aut falſam, aut legitimam eſſe credebas; ſi falſam, quod de Regia ſerenitate non credimus, iuramentū fuiſſet illicitum, & nullatenus obſeruandum, & pro eo eſſet tibi pænitentia iniungenda; cum iuramentum, vt eſſet iniquitatis vinculū, non fuerit inſtitutū; ſi vero ipſam legitimā eſſe credebas, iuramentū licitū fuit, & vſq. quaq. ſeruandum; & vt irreprehenſibiliter obſeruetur, conſulimus, & mandamus, vt reprobata moneta, quę a legitimo pōdere fuerat deminuta, alia ſub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pōdus reducas, ſecundum ſtatum, quem tempore patris tui habuerit meliorem; ita quod & antiqua moneta, quę ab illo ſtatu falſata nō fuerat, cum ea pariter expendatur, per quod & diſpendium vitari poterit, & iuramentū ſeruari. Veruntamē ſi forte monetam ipſam in præſtatione iuramēti credebas a legitimo pōdere deminutam, & tua ſuper hoc conſcientia te remorderet, ve. f. n. Cæſarauguſtañ. Epiſcopo, cui ſuper hoc ſcribimus, tuum humiliter confitere reatum, & ſatisfactionem, quā indixerit, tibi pro illicito iuramēto deuote ſuſcipias, & ſtudeas adimplere.

† al. poſtulaſti ſuppliciter

*Idem conſulibus, & populo Tudertiñ.* *Cap. 5.*

c.19.c. VENIENTES nuper ad Ap. ſe. dil. f. Conſules veſtros benigne recepimus, & ſuper ijs, quæ ad nos de vobis ſæpius referuntur, & commonere paterne curauimus, & aliquantulū aſpere conuenire. Cum enim app. interpoſitis ad Ap. ſe. teneamini humiliter, & deuote deferre, cūm & leges etiam ſæculares poſt ſentētiam beneficium appellationis nō denegent aggrauatis: vos id minus, quam vos deceat, attendentes, ſententias appellatione ſuſpenſas executioni mandatis, & grauatis in contemptum ſe. Ap. appellantes. Verū ijdem Conſules nobis ad excuſationem veſtram exponere curauerunt, quod cum aliqui veſtrum vocantur ad officiū conſulatus, firmant proprio iuramento, quod ſuper mutuis, & plegiarijs, † ſecundum veſtræ conſuetudinem ciuitatis, iudicabunt, infra xxviij. dies, quod iudicauerint exequantur; vnde ſaluo huiuſmodi iuramento vos non poſſe ſuper his appellationibus deferre dicebant. Quia vero nō minus iudices ſecundum leges, quā Cōſules veſtri, ſecundum conſuetudinem ciuitatis veſtræ iudicare iurarunt, & ideo ſicut iudices contra leges, ſic & Cōſules veſtri contra conſuetudinem poſſent ſubditos aggrauare; ne in his etiam videamur deeſſe grauatis: vniuerſi. v. per Apoſtolica ſcripta m. atq. pręcipimus, qua. cum approbatas conſuetudines veſtras ſeruari velimus; appellationibus ad nos interpoſitis deferatis humiliter, & deuote; cū prędictū iuramentū vos excuſare non poſsit, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptū. Cum ergo ſicut accepimus, poſtquam di. f. S. lator præſentium ad ſe. Ap. a ſententia G. iudicis appellauit, ſententiam ipſam duxeritis executioni mandandam, in poſſeſsione rerū, de quibus quæſtio vertebatur, appellantis aduerſarium inducentes, volumus, & mandamus, vt poſſeſsionem eidem S. poſt interpoſitam ad nos appellationē ablatam, ei ſine difficultate qualibet reſtituere procuretis, alioquin noueritis nos ve. f. n. Miteñ. † Epiſcopo per A. s. mandaſſe, vt vos ad id mo. pręm. per cen. ecc. ap. re. conpellat.

† plegiarijs Greg. 9

† Nucerino Greg. 9

*Idem Piſano Archiepiſcopo.* *Cap. 6.*

c.20.c. AD noſtram noueris audientiā perueniſſe, quod cū I. Pellarū, & G. filius eius Petro Sac. cañ. vſuras nō modicas perſoluiſſet, pręſtito iuramento firmarunt, quod nec per ſe, nec per aliū prędictas vſuras repeterent, vel apud eccleſiaſticum iudicem, ſeu etiam ſæcularem ſuper eis deponerent quęſtionem. Cumq. creditor ipſe in mortis articulo conſtitutus condiderit teſtamentum, ſuis pręcepit heredibus, vt omnibus, qui rationibus poſſent probare ſe dediſſe vſuras eidem, ipſas eiſdem reſtituere procurarent, & prædicti I. & G. vſuras repetere non attemptent, propter huiuſmodi iuramentum; heredes prædicti P. eis negligūt ſatisfacere de vſuris. Ideoq. f. t. per A. s. m. qua. ſub pœna excommunicationis publice in eccleſia proponere facias, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerunt veritatem, procedāt ad teſtimonium proferendum, etſi per dicta teſtium vel alia documenta tibi legitime conſtiterit de præmiſsis, heredes eiuſdem P. vt vſuras, quas a prædictis I. & G. pater eorum accepit, reſtituant vniuerſas, mo. pręm. per cen. ec. ap. re. compellas.

*Idem Neapolitano Archiepiſcopo.* *Cap. 7.*

AD

c. 21. e. A D noſtram audientiam noueris perueniſſe, quod dudum a te, quaſi per extorſionẽ tale fuit præſtitum iuramentum; quod in omni cauſa deberes ordinem iudicarium obſeruare. Verum, quoniam ſecundum traditiones canonicas, manifeſta accuſatione non indigent, nec in eis eſt ordo iudicarius obſeruãdus, qui debet in alijs obſeruari; neq. tu, quando ſub præmiſſo tenore iuraſti, habebas in mente, vt propterea venires contra canonicas ſanctiones; alioquin non iuramentum, ſed periurium potius extitiſſet; nec aliqua ratione obſeruandum. nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, itã quod conſonet canonicis inſtitutis; f.t. auctoritate præ. intimamus, quod in manifeſtis, & notorijs ratione iuramenti præmiſsi, non credimus te teneri ſeruare ſollemnitatem ordinis iudiciarij, quam in his non ſeruari per omnia, ipſa quoq. iuris ratio poſtulat, & requirit; vnde videbitur nec inmerito ſubtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmiſſis non per omnia ordo iudiciarius obſeruetur; quamquam & ſecundum approbatum intellectum ſcripturæ diuinæ, recte poſsit intelligi, quod iuraſti; vt in omnibus cauſis ordinem iudiciarium obſeruares, in illis videlicet, in quibus eſt ordo iudiciarius obſeruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem ſeruabis, & inſtituta canonica non omittes.

*Idem Iudic. Calaritañ.* *Cap.* 8.

c. 22. e. E A te credimus diſcretione vigere, vt intelligas per te ipſum, quod onus non remittitur, ſed augetur, cum cuiquam inprouide ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum. Sane ve. f. n. Archiepiſcopus Turrilitanus per ſuas nobis litteras intimauit, quod, cum a te non noſtro nomine iuramentum fidelitatis ſicut a nobis in mandatis acceperat, exegiſſet, illud exhibere in eius manibus diſtuliſti, aſſerens, quod ve. f. n. Piſano Archiepiſcopo, ſaluo Apoſtolicæ ſedis honore, huiuſmodi præſtiteras iuramẽtum. Cum igitur nobis, & eccleſiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, ſicut tua etiam prudentia recognoſcit, ſi præſtitum iuramentum ei, quod a te nobis tamquam debitum eſt præſtandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis, & illicito non obſtante, quod licite, immo ex debito petitur, exhibebis; vel ſi præſtitum pręſtãdo contrarium non exiſtit, illud ſine difficultate præſtabis. Monemus igitur nobilitatem tuam, & exhortamur attentius, & per A. s. m. atq. p̃. qua. omni excu. & occaſione ceſſ. in manibus eiuſdem Archiepiſcopi fidelitatis nobis, & eccleſiæ Rom. exhibeas iuramentum.

*Idem Alatrino Epiſcopo.* *Cap.* 9.

c. 23 e. QVINTAVALLIS vicarius noſtris auribus intimauit, quod cum olim filiæ ſuæ cũ Giburga, & Venetia filiabus Ioannis Bertij ad verba, & etiam ad verbera deueniſſent, idẽ Quintauallis pro offenſa, quam filiæ illius alijs irrogauerant, ſatisfacere cupiens, de conſilio conuicinorum mulieribus illis, & cõſanguineis ſuis præſtitit iuramentum, vt pro ipſa offenſa earum mandato pareret; quæ ab ipſo iuramento recepto tale illi ſub debito iuramenti dedere mandatum, quod ſi quando filij, vel filiæ, aut vxor illius aliquod factũ, vel verbum contumelioſum mulieribus illis obicerent; idem Quintauallis, & filios ſuos exheredaret, & filias, & a ſe propriam remoueret vxorem. Quo circa f.t. per A. s. m. qua. inquiras de præmiſsis diligentius veritatem, & ſi rem noueris ita eſſe, cum licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum, prædictis filiabus Ioannis Bertij, vt reuocent mandatũ illius iniungas, alioquin prædictum Quintauall. ad mandati obſeruationem illius, auctoritate noſtra ſuffultus, denunties non teneri.

*Idem Archiepiſcopo Tarraceneñ.* *Cap.* 10.

c. 24. e. T V A nos duxit fraternitas conſulendos, quid tibi ſit ſuper hoc articulo faciendũ videl. quod B. de Belloloco, & Agnes vxor eius olim adinuicem iurauerunt, ſe nũquam mutuo petituros. idem vero nunc reperit † illam inſtanter, illa in contrarium affirmante, quod prius ſe faceret Sarracenam, & perderet animam ſuam, quam rediret ad eum; ſed adulterum, cui adhæſit, poſtquam receſsit ab eo, libenter dimitteret, & caſtitatem promitteret, & iuraret. Nos igitur f. t. ſuper hoc reſpondentes, tibi per A. s. m. qua. vtrumq. ad continentiam ſeruandam moneas attentius, & inducas; quam ſi promittere voluerint, & ſeruare, vtrumq. dimittas ſine alio cõmorari. alioquin, ſi vir noluerit continere, prędictam vxorem ipſius, vt reuertatur ad ipſum, & tãquam vxor cum viro moretur, per excommunionis ſententiam ap. re. compellas, cum & temerarium fuerit huiuſmodi iuramentũ, & adulterium ſit vtrimq. commiſſum.

† *repetit forte*

*Idem Ianueñ. Archiepiſcopo.* *Cap.* 11.

c. 25 e. QVEMADMODVM, ſi vir mulieri iuraſſet, quando contraxit cum illa, quod eã ſemper pro legitima teneret vxore, ipſe



ipſe quidem pro fornicatione, quam mulier antea commiſiſſet, nõ poſſet illam dimittere, ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet non obſtante huiuſmodi iuramento. Quoniã in eo talis erat ſub intelligenda condicio, ſi videlicet illa in lege coniugij non peccaret, ita ſi quis iurauit ſe ducturum aliquam in vxorem, ipſe profecto non poteſt ei fornicationem opponere præcedentem, ſed ſubſequentem ei poteſt opponere, vt illam non ducat in coniugem; quoniã in illo iuramento talis debet condicio ſubintelligi; ſi videl. illa contra regulam deſponſationis nõ venerit. alioquin, ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem; quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugiũ vir propter fornicationem licite poteſt vxorem a ſua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem cauſam ſponſus licite poteſt in ſuam cohabitationem non admittere ſponſam, quia turpius eicitur, quam non admittitur hoſpes; non obſtante in alterutro caſu vinculo iuramenti, quod quidem propter ſubintelligendam condicionem eſt tale, vt is, qui iurauit, ad vtrumq. ſine tranſgreſsione ſe poſsit habere. quod ſi poſt huiuſmodi iuramentum mulier fieret nõ ſolum leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculos, aut naſum amitteret, ſeu quicquã ei turpius eueniret, numquid vir teneretur eã ducere in vxorem? profecto ductam nõ poſſet dimittere. ſed nunquid non ductam admittere teneretur? quamuis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum. Illud autem iuramentum eſt proculdubio temerarium, ſi vir iuret vxori, quod eam ſuper nullo crimine accuſabit; quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro abſq. contumelia creatoris, vel, vt illum protraheret ad infidelitatis errorem, vir incunctanter deberet illam impetere apud iudicem ſuum, vt eam niſi penitus reſipiſceret, omnino dimitteret, ſecundum canonicas ſanctiones. Quod ſi expreſſe iuraſſet, quod eam ſuper adulterio non impeteret, eſſet ne ſeruandum huiuſmodi iuramentum? cum ſcriptura teſtetur, quod patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris, ſecundum regulam euangelij, ſi primo, & ſecundo correcta reſipiſcere nollet, dicendum eſſet eccleſiæ; vt tamquam ethnica, & publicana deinde vitaretur, ne per hoc pręberetur ei libera peccandi facultas propter impunitatem peccati. ſed numquid vir non poteſt dimittere ipſi peccanti non ſolum ſepties, ſed vſq. ſeptuagies ſepties ſecundum euangelicam veritatem? Tutius igitur in hoc caſu videtur, vt propter iuſiurandi religionem vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrandum; quamquam eam denuntiare poſsit ad pęnitentiam peragendã. Penſato itaq. huiuſcemodi reſponſionis tenore procedas in cauſa, ſuper qua nos conſulere decreuiſti.

*Idem vniuerſis doctoribus Pariſius commorantibus.* *Cap.* 12.

E X litteris veſtræ deuotionis accepimus, quod cum quidam moderni doctores liberalium artium a maiorum ſuorum veſtigijs in tribus præſertim articulis deuiarent, habitu videlicet inhoneſto, in lectionum, diſputationum ordine non ſeruato, & pio vſu in celebrandis exequijs decedentium clericorum iam quaſi penitus negligẽter omiſſo. Vos cupientes veſtræ conſulere honeſtati, octo ex vobis iuratos ad hoc vnanimiter elegiſtis, vt ſuperdictis articulis, de prudentium virorum conſilio bona fide ſtatuerent, quod foret expediens, & honeſtum, ad illud in poſterum obſeruandum, vos iuramento interpoſito communiter aſtringendo, excepto dumtaxat magiſtro G. qui iurare renuens, & formidans fideiuſſoriam pro ſe tamen optulit cautionem. fuit inſuper ad cautelam a vobis fide præſtita protinus conſtitutum, vt ſi quiſquam magiſtrorum commonitus infra triduum vniuerſitati parere cõtemneret magiſtrorum, extunc beneficio ſocietatis eorũ in magiſtralibus priuaretur, & quidem hoc vltimum quidam ex vobis ſimpliciter, quidam vero niſi ſatisfaceret, & nonnulli, niſi per nos ſe admitti, vel ab alijs obtineret, ſe intellexiſſe fatentur. cum autem ſupradictus magiſter G. infra triduum vniuerſitati non paruerit requiſitus, iuxta condictum veſtrum, extunc a vobis habitus eſt excluſus. qui cum ſatisfactioni condignæ ſe poſtmodum optuliſſet, in quattuor veſtrum iuramento interpoſito compromiſit, illorum dictum pro bono pacis ſe gratum, & ratum pariter habiturum. Illi vero vſi conſilio ſapientum dictum ſuum communiter promulgarũt, memorato magiſtro in virtute iuramẽti prohibentes, ne deinceps in licitis vniuerſitati reſiſteret magiſtrorum, & iniungentes eidem, vt tamdiu in eo ſtatu perſiſteret, quo

De conſtit. c. 11.

quo tunc erat, donec per ſe, vel per procuratorem ſuũ ſe poſſe ab alijs magiſtris admitti per ſedem Ap. optineret, ſalua in omnibus honeſtate. Vnde nobis humiliter ſupplicaſtis, vt eundem magiſtrum, virum vtiq. prouidũ, & honeſtum, qui tamquam obedientię filius, quid ſibi prædicti quattuor iniunxerint, ſuſcepit humiliter, & patienter obſeruat, ex benignitate Ap. faceremus cõmunioni reſtitui magiſtrorum. Nos igitur ex pręmiſsis intelligentes eidem magiſtro fuiſſe mandatum, vt tamdiu in eo ſtatu perſiſteret, quo tunc erat, donec magiſtrorum communioni de mandato ſedis Ap. redderetur, & paratus ſit ſuper præmiſsis ſatisfactionem congruã exhibere, licet fuerit conſtitutum, vt ſi quis magiſtrorũ aduerſus alios duceret reſiſtẽdum, & primo, & ſecundo commonitus infra triduum vniuerſitati parere contemneret, extunc magiſtralibus priuaretur, & ob hoc ipſe fuit eorũ communione priuatus. Quia tamen conſtitutum non fuit, vt in perpetuum huiuſmodi priuatio perduraret, & tam iuris canonici, quam noſtri moris exiſtat; vt is, qui propter contumaciam cõmunione priuatur, cum ſatisfactionem congruam exhibuerit, reſtitutionem obtineat: v. v. præ. auct. m. qua. ſupradictum magiſtrum ſtatutis veſtris humiliter parere curantem, ad cõmunionis veſtræ conſortium in magiſtralib. admittatis.

*Idem Abbati, & capitulo Caſtellionis.* *Cap.* 13.

De iure iu. c. 16. ETSI Chriſtus præceperit ſecundũ euãgelicam veritatem, ſit ſermo veſter; eſt, eſt, nõ, non; vt affirmatio, vel negatio; ſicut procedit ex ore, ita procedat ex corde. Quia tamen hominum excreſcente malitia, ſimplici aſſertioni, vel negationi vix creditur; idcirco prudenter adiunxit, quod amplius eſt, a malo eſt. a malo quidem, non tam culpæ, quam pœnæ, nec exhibẽtium, ſed exigentium iuramentũ. nam incredulitas huiuſmodi magis eſt pœna, quam culpa. vnde non dixit malũ, ſed dixit a malo. Licet enim iuramentum prohibuiſſe dñs videatur, nuſquã tamẽ per creatorẽ, ſed per creaturã iurare prohibuit, ne per huiuſmodi iuramentũ trãsferretur ad creaturã honorificentia creatoris. Quare, cum in euangelio præmiſiſſet, dico vobis non iurare omnino, ſtatim ſubiunxit, neq. per cęlũ, quia thronus Dei eſt, neq. per terram, quia ſcabellum eſt pedum ipſius, neq. per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt Regis magni, neque per caput tuũ, quia non potes vnum capillum albũ facere, vel nigrum. & quamuis non ſit per creaturã iurandum, ſi tamen iuretur per creaturam, ſeruandum eſt quidem, dummodo ſit licitum, quod iuratur; quia teſte veritate, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum. Iacobus quoq. nõ ſimpliciter prohibet iuramentum, ſed voluntatem iurandi, cum ait. Ante omnia fratres mei nolite iurare, quoniam ad iurandum non debet quemquam ſpontanea voluntas inducere, ſed neceſsitas inportuna, & tunc poteſt ſine culpa iurare, dummodo illos tres comites habeat iuramentum, de quibus propheta ſic ait. Et iurabũt, viuit dominus in veritate, & iudicio, & iuſtitia; & benedicent eum omnes, ipſum quoq. laudabunt. Quod autem Iacobus ſubdit, neq. per cælum, neq. per terram, neq. per quodcumq. aliud iuramentum, iurare vetat, per quamlibet creaturã, quodcumq. ſit illud. alioquin nõ dixiſſet Apoſtolus, homines per maiores ſui iurant, & omnis cõtrouerſiæ cor. ad confirmationem finis eſt iuramentum. in quo patenter oſtendit, per quem ſit iurandũ, cum ait, homines per maiores ſui iurant, ideſt per Deum, & cur ſit iurandum, vt videlicet omnis controuerſiæ finis ſit iuramentũ. Angelus quoq. quem vidit in Apocalypſi Ioannes ſtantem ſupra mare, & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum. Chriſtus etiam plus legitur dixiſſe in euangelio, quam eſt eſt, non non; cum ſæpiſsime dixerit, amen dico vobis, quod ipſe ſecundum Lucam exponẽs, cum pręmiſiſſet, amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, cõſequẽter adiunxit: in veritate dico vobis, quia multæ viduę erant in diebus Helię in Iſraël. Apoſtolus quoq. iurabat, cum diceret, teſtis eſt mihi Deus, & iterum. cotidie morior per gloriã veſtram fratres, quam Gręca exemplaria maniſeſtiſsimam eſſe iurationem oſtẽdunt. ſi n. per ſe malum eſſet iurare, profecto non iuraſſet dominus, cum tam in veteri teſtamento legatur, Quia iurauit dominus, & non pænitebit eum. Rurſum. iurauit dominus veritatem. immo, & præcepit in veteri teſtamento. Redde domino iuramenta. Quędam etenim prohibentur, quia per ſe mala ſunt, vt furtũ, adulterium, & huiuſmodi, quæ non ſunt aliquatenus facienda. Quædam vero prohibentur ex cauſa, non quia per ſe mala ſunt, ſed quia ſi fiant frequenter, & multum; ex his mala ſequuntur, vt vinum per ſe malum nõ eſt, & tamen prohibet Apoſtolus dicens: nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, quoniã ex



ex frequenti, & inmoderata potatione vini luxuria generatur. ſic & iuramentum per ſe quidem malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium ſæpe contingit; ſicut in eccleſiaſtico legitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & nõ diſcedet a domo eius plaga. Quemadmodum ergo Paulus per neceſsitatem indulget diſcipulo ſuo Timotheo, vt vtatur modico vino propter ſtomachum, & frequentes infirmitates, ſic profecto cum neceſsitas exigit, pro re vera, licita, & honeſta poteſt ſecure iurari. quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Licet ergo debeatis eſſe profecti, † vt quantũ poteſtis, iuramenti vinculum euitetis; volentes tamen indemnitati monaſterij veſtri paterna ſollicitudine prouidere, ne propter defectum teſtium ſui iuris ſuſtineat læſionem, eius auc. qui dicit in euangelio. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolũ, etſi non audierit te, adhibe tecum duos, vel tres teſtes, vt in ore duor. vel trium teſtiũ ſtet omne verbum; præſenti vobis pagina indulgemus, qua. vos, & monaſterij veſtri conuerſi poſsitis in cauſis eiuſdem, deficientibus alijs teſtibus pro ipſo perhibere teſtimonium veritati.

† perfecti Greg. 9

## DE EXCEPTIONIBVS. Tit. xvj.

*Idem Archidiacono Richemundiæ.* *Cap.* 1.

Decret. c. 1. A Nobis fuit ex parte tua quæſitũ, vtrum is, qui excõmunicato in locutione, vel oratione ſcienter cõmunicat, excõmunicatum ipſum a ſua poſsit accuſatione repellere: cum ille communionem huiuſmodi replicet contra eum. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpõdemus, quod, ipſe ab accuſatione ſua poterit remoueri, cum primus a communione fidelium ſit excluſus, ſecundus vero tantum a ſacramentorum participatione remotus.

*Idem Lauduñ. Epiſcopo.* *Cap.* 2.

c. 3. e. CVM eccleſiaſticę prouiſionis officium. & infra. Pro quæſtione ſiquidem quæ inter dilectos f. Nouarieñ. capitulum, & Iacobum clericum ſuper præbenda Nouarieñ. eccleſię vertebatur, tam nuntij capituli, quam idem Iacobus ad ſe. Ap. acceſſerunt, & dum in noſtra, & fratrum n. præſentia foret vtraq. partium conſtituta, pro ipſo Iacobo fuit taliter in noſtro auditorio allegatum, quod cum placuiſſet bo. me. C. præ. n. Iacobo præbendam Nouarieñ. eccleſiæ, quæ fuerat magiſtri B. de Sim. † ad preces quorundam Card. cõferre & ipſum de illa manu propria inueſtire, de Ap. ſe. mandato fuit poſtmodum in corporalem ipſius poſſeſsionem inductus, quam non permittebant eum canonici poſsidere. & infra. E contrario vero Nouarieñ. canonici reſpondentes, exceptiones quam plurimas allegabant, quib. ipſum Iacobum a perceptione præbendę repellere omnino intendebant. & infra. mandamus qua. ceteris exceptionibus non obſtantibus, ipſum I. faciatis præbendæ illius, de qua per præfatũ prædeceſſorem noſtrum noſcitur inueſtitus, pacifica poſſeſsione gaudere, pręſertim cũ exceptionem illam, quod præfatus I. in alia eccleſia beneficium poſsidet, ei non poſſent opponere, qui varia beneficia in diuerſis eccleſijs obtinebant. † al. Suñ.

*Idem Epiſcopo Helieñ.* *Cap.* 3.

PASTORALIS officij diligentia. & infra. Quoniam autẽ per dilatorias exceptiones malitioſe nonnumquam cauſarum terminatio prorogatur, inquiſitioni t. reſpõdendo decernimus, vt infra certum tempus a iudice aſsignandum, omnes dilatorię proponãtur; ita quod ſi partes extunc aliquas voluerint opponere, quas non fuerint proteſtatæ, nullatenus audiantur, niſi forte aliqua de nouo ſibi cõpetens exorta fuerit, vel is, qui eam voluerit opponere, fidem faciat, iuramento ſe poſtmodum ad illius notitiam perueniſſe. ſtatuimus præterea, vt principales perſonæ nõ per aduocatos, ſed per ſeipſos factum proponant, niſi forte adeo fuerint indiſcretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios ſuppleatur. c. 4. e. & de iudicijs c. 14.

## DE PRAESCRIPTIONIBVS. Tit. xvij.

*Idem Abbati de Cetreco.* *Cap.* 1.

ACCEDENTES ad præſentiam noſtram dil. f. Prępoſitus ſancti Nazarij, & A. canonicus ſancti Stephani ſyndici, & procuratores dil. f. Primicerij, & cleri Mediolañ. de ordinarijs maioris eccleſiæ nobis grauiter ſunt conqueſti, quod cum ipſi legatos, & nuntios Apoſtolicæ ſe. deuote recipiant, & procurent, dicti ordinarij procurare ipſos renuunt, & procurantibus ad expenſas ſubſidium impertiri. Vnde clerici Mediol. graue querebantur ſibi præiudicium generari. Cũ n. per ciuitatem ipſam ſępe cõtingat trãſitũ facere nr̃os nuntios, & legatos, quanto in eorum De præſ. c. 11.

eorū procurationib. faciendis pauciores exiſtunt, tanto facientes amplius prægrauantur, & quãto per plures onus procurationis eſſet diuiſum, tanto a facientib. facilius portaretur, quod ſi quidem ordinarij, cum pro eis, & alijs vigilare iugiter non ceſſemus, & ſpiritualia ſicut Deus dederit, omnib. miniſtrare, cur in huiuſmodi ſpeciali ſe iure tueri ſatagant, nō videtur, præſertim, cū & Apoſtolus dicat, ſi vobis ſpiritualia ſeminamus, nō eſt magnū, ſi carnalia veſtra metamus. & inſtãtia noſtra cotidiana ſit omnium eccleſiar. ſollicitudo cōtinua, ſicut plenius norunt præſentes pariter, & remoti. Volentes autem, vt quod omnib. imminet, ab omnib. conportetur: dis. t. per A. ſ. m. qua. prædictis ordinarijs ad tuam pręſentiam cōuocatis, niſi per ſpeciale priuilegiū ſe. Ap. præſtandis procurationib. oſtenderint ſe immunes, etiam ſi longiſsimo tēpore procurationis obſequiū non inpenderint; cū in talib. præſcriptio ſibi locū nequeat vindicare, ipſos ad procurationis ſarcinam ordine debito ſubeundum, ap. re. teneri decernas.

*Idem Vimacień. de Coſta, & de ſancto Tornaco Prioribus.* *Cap 2.*

c.12.e. CVM non liceat a capite membra recedere, non ſufficimus admirari, quod ſicut referente ve. fratre noſtro Brachareń. Archiepiſcopo noſtris eſt aurib. intimatū, licet veſtræ eccleſiæ in ipſius ſint diœc. conſtitutę, vos tamen nullum exemptionis priuilegiū prętendentes, obedire ſibi tamquã Epiſcopo veſtro contumaciter recuſatis. Cum igitur crimen ariolãdi ſit repugnare, & ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere; ſuſtinere nolentes, quod ſubditi pręlatis ſuis non obediant, vt tenentur, de cōmuni f. n. con. per A. v. ſ. m. & in virtute obedientiæ diſtricte pręcipimus, qua. pręfato Archiepiſcopo, & eccleſię Brachareń. obediētiã, & reuerentiam debitam, ſicut alij clerici ſuæ diœc. faciūt, de cetero ſine cōtradictione qualibet impendatis, præſcriptione tēporis non obſtante, alioquin ſententiam, quam idem in vos, vel eccleſias veſtras propter hoc rationabiliter tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obſeruari.

*Idem nobili viro Mataſel.* *Cap. 3.*

c.13.e. AD audiētiam Apoſtolatus noſtri te cōquerente peruenit, quod quędam iura de Caſtro Palatioli, a fe. me. Alexandro Papa. p̄. n. tibi conceſſa, Caſtellanus eiuſdem caſtri reddere denegabat. porro te, ac di. fi. Leonis Conſulem ipſius Caſtri propter hoc in noſtra pręſentia conſtitutos audiri fecimus diligenter. proponebatur quidem ex parte tua præfatū præ. n. Alex. Pap. tibi in iamdicto caſtro conceſiſſe ſingulis annis xl. ſol. denarior. Papień. quos Rom. eccleſia conſueuerat ibi recipere annuatim. Inſuper comeſtiones, placita, banna, foris facta, & omnia iura, quæ ibi Ap. ſe. habebat, ſed ea tibi nulla ratione deberi Caſtellanus eiuſdem caſtri conſtantiſsime aſſerebat. Ad hoc autem probandum inducebas priuilegium prædicti PP. in quo continebatur expreſſum, prædicta omnia tibi ab eo cōmuni fratrum conſilio fuiſſe conceſſa. Inducebas etiam librum Rom. eccleſiæ cēſualem, in quo ſimiliter continetur, ſicut Conſul cum alio concaſtellano ſuo in noſtra pręſentia recognouit; quod omnes de Palatiolo annis ſingulis tenentur eccleſiæ Rom. perſoluere xl. ſol. Papień. monetę. Hoc etiam nitebaris probare per teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe præſcriptum cenſum nūtijs Rom. Pontificū a quinquaginta annis infra fuiſſe ſolutum. Alia inſuper capitula per multos teſtes probare multipliciter nitebaris: ſed inter alia fuit ex aduerſo reſponſum, quod nec priuilegiū Alex. PP. nec liber cenſualium tibi aliquid commodi afferebant; cum priuilegio vſus non fuiſſes ſpatio annorū triginta, & librum cenſualem dicebant ſuſpectum, quia non fuerat in noſtra, ſed in magiſtri G. ſancti Hadriani diaconi Card. camera tunc inuentus. Dicebant etiã ſcriniarium alio modo ſcripſiſſe dicta ſuorū teſtium, quam dixiſſent. Nos ergo atteſtationib. allegationibus, rationibus, & inſtrumentis vtriuſq. partis diligenter auditis, & cognitis magis auctoritatē priuilegij, quã depoſitiones teſtium attendentes, conſiderantes etiam librum cenſualem, quem non ſuſpectum habuimus, licet in prædicti Card. camera ſit inuentus; quia eum, quando camerarius fuerat, de camera beati Petri ſuſcepit, non credentes ipſum ſcriniarium cum iuratus ſit officium ſuum fideliter exequi, aliud ſcripſiſſe, quam a teſtib. diceretur, reſpicientes inſuper, quod eſt longe validius, ipſum negotium tangere principaliter Romanam eccleſiam, cōtra quã non niſi centenaria, currit pręſcriptio: ipſum Conſulem nomine Caſtell. in ſolutione prædicti cenſus ſ. xl. ſol. Papień. monetæ, & aliorum petitorum, de con. f. n. condemnauimus, auctoritate Apoſtolica firmiter iniungentes, vt tibi, nō tamquam tibi, ſed tãquam eccleſiæ Rom. cuius auctoritate percipere debes, cuius

etiam



etiã propter prædicta beneficia vaſſallus exiſtis, ſine difficultate perſoluant, quod conſtat a nobis de communi f. n. con. iudicatum.

*Idem de Hel, Quarteſueń. & de Hel. Werteſneń. Abbatibus.* *Cap. 4.*

c.14.e. CVM vobis alijs litteris dederimus in mãdatis, vt in cauſa, quæ inter eccleſiam Hildeſemeń. ex vna parte, & eccleſiam de Gandeſeneń. & eccleſiam Rom. ex altera dinoſcitur agitari, teſtes ad probandam præſcriptionem recipere debeatis; inſinuatione præſentiū vobis duximus declarandum, quod poſtquam pręſcriptio contra monaſterium ſępedictū, & libertatē ipſius dicitur inchoata, ſciſſura triū ſchiſmatum aduerſus Rom. eccleſiam interuenit. licet igitur tam legali, quã canonica ſit diffinitione ſtatutum, vt cōtra ſacroſanctam Ro. eccleſiam, quæ gaudet priuilegio ſpeciali, non niſi C. annorum præſcriptio locum ſibi valeat vindicare: tēpora tamen intercedentiū ſchiſmatum, quæ ſecundū iuris ordinem curſum præſcriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari; ſed diligenti cōſideratione adhibita, de ipſa ſupputatione deduci.

*Idem Helieneń. & Roſeń. Epiſcopis.* *Cap. 5.*

c.15.e. AVDITIS, & intellectis atteſtationib. inſtrumētis, & allegationib. in cauſa, quæ vertitur inter ve. f. n. Wigorneń. Epiſcopū, & dilectum filiū Euashamereń. Abbatem ſuper eccleſijs in valle de Vasham conſtitutis, quas Epiſcopus aſſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare, Abbas autē eas eſſe ab eius iuriſdictione prorſus exemptas; cognouimus euidēter eccleſias ipſas per priuileg. Rom. Pōt. nō eſſe ab Epiſcopali iuriſdictione ſubtractas, niſi forte vallis de Euashã ſit ille locus, quē a duob. Regibus Kenredo videlicet, & Offa. libertati donatum bo. me. Conſtantinus PP. libertati donauit, ſicut in ipſius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probantur per teſtes ab Abbatib. Euashãmeń. pleno iure poſſeſſę, vt videantur in eis ius Epiſcopale legitime præſcripſiſſe, niſi forte per tantum temporis Wigornień. eccleſia interim vacauiſſet, vt tēpore vacationis ſubducto pręſcriptio minime ſit conpleta. & infra. Quo circa diſ. v. per A. ſ. m. qua. inſpectis priuilegijs prædictorū Regum, quæ Abbas ſuper prædicta libertate aſſerit ſe habere, ſi per illa conſtiterit, quod vallis de Eueſham. ſit ille locus, quem præ. libertati donauit, abſoluatis Eueshameń. Abbatem ab impetitione Wigorneń. Epiſcopi ſuper eccleſijs me. & adiudicantes illas Abbati pleno iure ſubiectas, Epiſcopo ſuper illis ſilentium imponatis. Quod ſi Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes ſuper tempore, quo infra xl. annos ſedes Epiſcopalis vacauit, etſi per tantum temporis vacaſſe conſtiterit, vt illo ſubducto non ſit quadragenaria completa præſcriptio: vos in illis eccleſijs ius epiſcopale adiudicetis Epiſcopo, & ſuper illo perpetuum ſilentium imponatis Abbati: ſi autem exceptionem huiuſmodi Epiſcopus non probauerit, quia tamen interruptionem probauit circa proceſsionem pentecoſtalem in villa, & in eccleſia de Mortuna, & receptionem, ac procurationem Archidiaconi, nec non ſolutionem denarior. ſancti Petri in valle de Eueſham. circa cognitionem quoq. cauſarum matrimonialium, & capellã, ſuſpenſionem in prædicta villa de Mortuń. & interdictum capellanum, in præfata villa de Eueſtan. vos ſuper his ius epiſcopale adiudicetis eidem, ſi tamen circa ſuſpenſionem, & interdictum huiuſmodi infra xl. annos interruptio facta fuit, in ceteris ei ſilentium inponentes, quæ Abbas pręſcripſiſſe probatur.

*Idem Pariſień. Epiſcopo.* *Cap. 6.*

CVM ex officij ſui debito Senoneń. prouinciam viſitaret ve. f. n. Archiepiſcopus Senoń. per Pariſień. diœc. tranſitum faciens ad Abbatis ſancti Maglorij prioris de Caſtres, & quorundam aliorum eccleſias neceſſe habuit declinare, a quibus cum procurationem ſibi debitam poſtularet, ipſi eam exactam inhumaniter negauerunt, illam ſoluere penitus contemnentes; ad ſuæ negationis defenſionem hoc ſolum allegantes, quod non meminerint ſe procurationem huiuſmodi, prædeceſſoribus eiuſdem Archiepiſcopi exſoluiſſe, ſed nec ab eis aliquando fuiſſe petitam. Idem vero Archiepiſcopus propter procurationem ſibi minus rationabiliter denegatam; illos auctoritate reſcripti; quod ſuper hoc a ſe. Ap. impetrauit, ab officiorum executione ſuſpendit; eoſdem poſtmodum, quoniam ſuſpenſionis ſententiam nō ſeruabant, vinculo excommunicationis aſtringens, quod totum in ipſius Archiepiſcopi litteris perſpeximus contineri, qui eandem ſententiam petebat auctoritate Apoſtolica confirmari. Nos igitur præmiſſam allegationem eorum nullam penitus reputantes, cum contra procurationem, quæ ratione viſitationis debetur, pręſcribi nequiuerit, quemadmodū nec

c.16.e. & ſupra de maiori. & ob. c.5. hac collectione

 con-

cōtra viſitationem ipſam poteſt aliquo modo pręſcribi, & ſi alius contra eum pręſcribere poſſet vtramq.f.t.per Ą.s.m.qua. ſentētiam, quam incontemptores prædictos, tam noſtri auctoritate reſcripti, quam antiqua metropolis conſuetudine tulit Archiepiſcopus memoratus, vſq. ad ſatisfactionem condignam, per tuā diœc. facias inuiolabiliter obſeruari. Quia ſecundum legem diuinam, non eſt os boui trituranti claudendum, & ſecundum Apoſtolum, qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnum, ſi metat carnalia; cum nemo cogatur ſuis ſtipēdijs militare. Si quid enim aliud, quam ſuperius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiſcopi ſæpefati obicere voluerint, & probare: nos eis faciemus iuſtitiæ plenitudinem exhiberi.

*Idem Archiepiſcopo Piſano. Cap. 7.*

c.17.e. SI diligenti. & infra. Licet igitur ex his, quæ præmiſimus, cōtemptis monitis noſtris, & mandatis, quibus fraternitatem tuam frequenter niſi fuimus inducere; vt dil.f.G. Marchionem Maſſæ iudicem Calaritañ. a iuramento fidelitatis abſolueres, quod exhiberi tibi, & eccleſiæ Piſanæ feciſti; vt eo non obſtante nobis, & eccleſiæ Rom. iuraret, non ſolum aſperitate verborum, ſed executione forſitā in te potuiſſemus procedere eccleſiaſticę diſciplinæ, cū iudicatus Calaritanus ad ius, & proprietatem beati Petri pertineat, ſicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, nec ex parte tua ſit quicquam rationabiliter allegatum, quare tibi licuerit pro te, vel eccleſia tua a pręd dicto Marchione fidelitatis exigere iuramentum. & infra. Super alio vero articulo taliter reſpondiſti, quod ab eo tempore, quo fuiſti aſſumptus ad præſulatus officium, iuramentum fidelitatis per ſe. Ap. ab ipſis iudicib. recepiſti, ſciens Archiepiſcopum Villanum p̄. tuum virum magnæ auctoritatis, & honeſtatis, qui longo tēpore in curia Romana extitit Card. ipſe plenius nouit conſuetudines, & ſtatuta, & omnes p̄. tui, qui fuerūt viri magnæ auctoritatis, ſic de antiqua cōſuetudine tenuiſſe pariter, & feciſſe, cum nihil tibi, vel ipſis hactenus ab Ap. ſe. fuiſſet obiectū. Nos igitur his, & alijs, quę di.f. magiſter Bondinus nuntius tuus proponere voluit, plenius circūſpectis, non intelleximus te, vel eccleſiam tuā aliquo iure ſubnixam, quo valeas a mandati noſtri executione rationabiliter excuſari, cū auctoritatē ſe. Ap. non oſtēdas, per quā a pręd dictis iudicib. tu, & anteceſſores tui fidelitatis exegeris iuramenta, nec pręſcriptione aliqua muniaris, cum ſecundum confeſsionem tuā, non eccleſia Piſana, vel tu fueris in quaſi poſſeſsione iuris exigēdi huiuſmodi iuramentū, quod pro ſe. Ap. ab ipſis iudicib. receptū fuiſſe fateris, per quod conſtat eccleſiam Ro. ſemper quaſi in poſſeſsione fuiſſe, cum pro ea miniſterio tuo, & anteceſſorū tuorum exactum fuerit, & præſtitum iuramentum, & is etiam poſsidere dicatur, cuius nomine poſsidetur. ſi vero dicatur, quod nomine tuo, & anteceſſor. tuor. & non nomine noſtro, & eccleſię Rom. ſępe nominatum fuerit iuramentum exactū, poſſet inferri, quod iuramentum pręſtitū de conſeruādo iure, & honore Ap. ſe. fuerit violatum. Vnde licite retineri non poſſet, quod contra iuramentū huiuſmodi fuerit ſcienter obiectum; cum etiam ſecundū hoc locū præſcriptio habere nō poſſet, cum in pręſcriptione rerum eccleſiaſticarum, bona fides, & iuſtus titulus exigatur; cum ſi etiam locum potuiſſet habere pręſcriptio, non credimus centenariam pręſcriptionem, quæ ſola currit aduerſus Rom. ec. poſſe probari.

*Idem Lucañ. Epiſcopo. Cap. 8.*

CVM olim frater Epiſcope cū dil.f. Abbate, & monachis ſancti Saluatoris de Fichecо ſuper plebe de Salamazañ. & adiacentib. capellis ipſius in noſtra præſentia litigando, inſtitutionem in eis, & alia ad ius Epiſcopale ſpectantia vindicares, ad fundandam intentionem tuam, ius cōmune principaliter allegabas, cuius auct. dicebas, vniuerſa ſpiritualia in prædictis locis, quæ ſunt in tua diœc. cōſtituta, ad te tamquā ad diœceſanū Epiſcopum pertinere; arbitrium præterea ſuper hoc promulgatū a bo. me. Piſtorieñ. Epiſcopo, & Archipresbytero, ac Primicerio Lucano a partibus electis allegās, quod ab vtraq. parte fuerat cōmuniter approbatum. & infra. Ad elidendam autē intentionem tuā Abbas prędictus felicis re. Greg. vij. Papæ. p̄. n. priuilegium exhibuit, quod prædictū arbitrium multo videbatur tēpore proceſiſſe, per quod tam Fithenthę monaſteriū, quā plebs, & capellæ prædictę videbātur libertate donatę. & infra. Aliorū quoq. Rom. Pont. Vrbani. ſ. Paſchalis, Calixti, Eugenij, Anaſtaſij, Hadriani, Alexādri, & Lucij dictus Abbas priuilegijs vtebatur, poſt arbitriū promulgatū optentis, quæ libertatis ſibi priuilegia concedere videbantur. & infra. Nos igitur his, & alijs, quæ corā nobis vtrimq. fuere propoſita, perſpiciter intellectis, quia prædictus Abbas ſufficienter oſtendit, monaſterium ſuum ſuper inſtitutionib. de-



ſtitutionibus, & ordinationibus Plebani, & clericorum, baptiſmo, & pænitentia in leuioribus culpis, ſepultura, decimarum perceptione, a diuinis officijs celebrandis tam in plebe, quam in capellis etiam ſupradictis, in excommunicando, atq. interdicendo, & etiā abſoluendo, legitima præſcriptione munitū, Abbatem ipſum ab impetitione tua ſuper iamdictis articulis, de conſilio f. n. duximus abſoluendum, ſuper illis tibi perpetuū ſilentium impenendo: ſuper alijs omnibus, quæ ad ius Epiſcopale ſpectare noſcuntur, iuxta tenorem arbitrij eundem Abbatem, quoad plebem, & capellas prædictas ſententialiter condemnantes.

## DE SENTENTIIS, ET RE IVdicata. Tit. xviij.

*Idem Atrebateñ. Tormaceñ. Morinen. Epiſcopis, & electo Cameraceñ. Cap. 1.*

Non ponitur. CVM illius. & infra. Sane licet tēpore fe. re. C. PP. prę. n. queſtio inter dilectam in Chriſto filiam nobilem vxorem quōdam Philippi Comitis Flandriæ, & capitulū Siclinieñ. eccleſiæ ſuper electione Prępoſiti fuerit diutius agitata, & ſuper cauſa ipſa reſcripta a ſe. Ap. emanaſſent, nouiſsime tamē vtriuſq. partis nuntij ad ſe. Ap. accedentes poſt eiuſdem, p̄. n. obitum ſuas propoſuerunt in noſtro auditorio quæſtiones. Et primo quidē dil. f. magiſter C. præfatę Comitiſſę procurator, & nuntius pro ea taliter allegauit, quod cū obeūte G. quondā Siclimeñ. Prępoſito Siclimeñ. prępoſitura vacaret, ipſa, ad quā terra illa iure dotalicij ex dono pdicti Comitis fuerat deuoluta, ſicut idē Comes a lōgis retro tēporib. cū Siclimeñ. præpoſitura vacauerit, in eadē eccleſia Prępoſitū dinoſcitur elegiſſe, vti iure ſuo cupiens, virum idoneum, litteratum & honeſtum, qui non habebat alium perſonatum, magiſtrum C. in Præpoſitum Siclimeñ. elegit, & ad Siclimeñ. † eccleſiam deſtinauit. Rogans, & poſtulans a canonicis eccleſiæ me. vt ei ius ſuum conſeruantes illęſum, illum, quem ad eos deſtinauerat, recipere in Præpoſitum non differrent. Quem cum in eccleſia canonici reſidentes admittere penitus recuſaſſent, ipſa Comitiſſa ius ſuum, & electionem, quā fecerat, ſub Apoſtolica protectione conſtituit, & ad Rom. eccleſiam appellauit. Poſtea vero de communi aſſenſu capituli eccleſiæ me. fuerit interpoſita appellatione prohibitum, ne quis ab eis nominaretur in Præpoſitum, niſi communi deliberato cōſilio, ſicut in litteris quorumdam canonicorū eiuſdem eccleſiæ manifeſte conſpicitur contineri, quinq. tamen canonicorum dil. f. Io. de Bitunia, qui ſeptem alias habere dignoſcitur prælaturas, aliorū aſſenſu minime requiſito, qui erant abſentes, & qui reſidentes in eadem eccleſia erant apud Siclinium, nō vocatis, nullumq. aſſenſum ipſi electioni prębentibus in Præpoſitum elegerunt, & inſtallauerunt eundem, cōtra cuius inſtallationem ex parte Comitiſſæ iterato fuit ad ſe. Ap. appellatū. Verū cum cauſa eadem tibi frater Atrebateñ. Epiſcope, & tuis coniudicibus fuiſſet ab Ap. ſe. commiſſa, & ab examine veſtro neutra partium appellaſſet, prædictus Ioannes de Betunia ignorante parte altera nuntium ſuum latenter ad ſe. Ap. deſtinauit, & ſe ſimplicem clericū Ioannem ſ. de Betunia doloſe faciens appellari, & falſo ſignificans violentiam per Comitiſſam Siclinieñ. Canonicis irrogatam, & de interpoſitis appellationibus ab eadem Comitiſſa mentione nō habita ſe aſſerens electum canonice in Præpoſitum a pręfato p̄. n. ad. ve. f. n. Epiſcopum, & dil. ſ. Decanū, & Pręl poſitum Sueſsioñ. litteras impetrauit, quibus datum eſt in mādatis, vt eandem Comitiſſam denuntiarent excommunionis vinculo detineri, & tamdiu ab omnib. euitandam; donec canonicis Siclinieñ. eccleſiæ paſsis iniuriā de ablatis omnib. & irrogatis iniurijs ſatisfaceret conpetenter, & de ſpeciali eſſet mandato ſe. Ap. abſoluta. Qui etiam ſollicite prouiderēt, vt ſi electionē Præpoſiti ad dictos canonicos ex legitimis eorum aſſertionib. cognoſcerent pertinere, ſæpe nominatæ nobili, & cuilibet laicæ perſonæ perpetuum ſilentium imponerent, & facerent Prępoſitū ipſum collatę ſibi canonicæ dignitatis ap. re. pacifica poſſeſsione gaudere. Nos igitur, quib. ex ſuſceptæ incumbit adminiſtrationis officio diligere iuſtitiam, & odire iniquitatem, cū fratrib. noſtris vtriuſq. partis allegationib. & † reſcripta diligētius intuētes, cognouimus euidenter, cōmiſſionē ad Sueſsioñ. iudices per precū mēdacia impetratā, cū ipſius Ioannis ſuppreſſum fuit nomē cuiuſlibet dignitatis, & interpoſitę app. a Comitiſſa, vel ab alio, nulla in eis mētio haberetur, & mendax precator carere debeat impetratis. Prçterea nō eſt aliqua ratione credendum, quod idem prædeceſſor noſter ſine cauſæ cognitione pręfatam Comitiſſam voluit excommunicatione notari, vel ei ſuper iure ſuo perpetuum ſilentium imponi;

† Siclinieñ.

† allegationes malo

cum merita cauſarũ partium aſſertione pandantur. Item ipſi iudices Sueſionẽ. videtur in reſcriptis, quæ perſpeximus, diſcordare, cum in litteris, quas poſteriorib. iudicibus direxerint, ſe aſſerant vtriuſq. partis receptis teſtibus ad ſententiam proceſsiſſe, & in reſcripto prolatæ ſententiæ ſe non vtrimq. ſed ex parte canonicorum recepiſſe teſtimonia fateantur. ex præmiſsis itaq. & alijs rationib. tam priorum, quam poſteriorum iudicum inordinatas ſententias cognoſcentes, quidquid ſuper cauſa ipſa occaſione prædictarum cõmiſsionum ordinatũ dinoſcitur, vel ſtatutũ, de f.n. cõſilio decernimus non tenere: ad illũ ſtatum illud negotium reducẽtes, quem ante cõmiſsionem primam dinoſcitur habuiſſe.

*Idem Archid. & ſacriſtæ Magalon.* *Cap. 2.*

De ſent & re iu c. 12. CVM olim bo. me. Magalon. Epiſcopus P. de Caſtro nouo ad vacantem Archidiaconatum eiuſdem eccleſiæ nominaſſet, Præpoſito, vt nullus ibi, niſi prius duplici ſibi voce conceſſa inſtitueretur, per app. interpoſitam inhibente. & infra. Epiſcopus dictum P. de Archid. per ſuum anulum inueſtiuit in locũ Archid. corporaliter illũ induens. Vnde Præpoſitus alium ad eundem Archidiaconatum nominare præſumpſit, cuius facti occaſione, tam Prępoſitus, quam idem P. Apoſtolico ſe conſpectui præſentauit, & infra. Tandem dictus præ. noſter, quod ab vtraq. parte factum fuerat pro ſua voluntate caſſauit; ſententiando pronũtians, quod aliquibus de prouincia ſcriberet, vt tam Epiſcopum, quam perſonas ad ordinandum concorditer Archidiaconatũ monerent, & eorum forte monitis non admiſſis, hoc ipſi auctoritate Ap. exequi non differrent. poſt hæc vero G. qui nondum ad diaconatus erat promotus officium, præter conſcientiam præfati P. procuratoris Epiſcopi apud Ap. ſedem tunc morantis ipſum Archidiaconatum contra propriam pronuntiationem contulit, ſicut credimus, circumuentus. Nos igitur inhærentes veſtigijs præ. n. dicentium ſententiam Ro. ſe. poſſe in melius commutari, cum aliquid fuerit ſubreptum, quod in prędicto G. factum eſt, non obſtante donatione, quã a te frater Epiſcope in eluſionem donationis Ap. nuper dicitur recepiſſe, de cõmum f.n. con. in irritum reuocamus, & ei licet abſenti, cum de ſubreptione liquido conſtet, ſuper ſupradicto Archidiaconatu perpetuũ ſilentium imponentes vobis præſentium auctoritate mandamus, quatenus nullius contrad. vel ap. ob. infra vnius menſis ſpatiũ poſt harum ſuſceptionem litterarum ſępedictum Archidiaconatum de perſona, cui nihil de canonicis obuiet inſtitutis, plena omnium veſtrum, qui præſentes fuerint in eccleſia, interueniente concordia ordinare curetis.

*Idem Abbati, & conuentui ſancti Zenonis Veronẽ.* *Cap. 3.*

CVM inter vos pro eccleſia veſtra, & c. 13. e. Muſeñ. Archipresbyterum, & clericos ſancti Proculi nomine eccleſiæ ſuæ ſuper ſubiectione eccleſiæ ſancti Proculi, & alijs multis articulis quæſtio verteretur coram Cõpoſtell. Archiepiſcopo, & R. ſubd. & capellano noſtro, quos vobis dedimus auditores: ex parte tua fili Abbas fuit propoſitum, quod dicta eccleſia monaſterio ſancti Zenonis pleno iure debet eſſe ſubiecta, vid. inſtitutione, deſtitutione, vel inueſtitura Archipresbyteri, & eiuſdem fidelitate, ipſius, & fratrum obedientia, correctione, reprçſentatione ad ordines, tonſuratione, ſuſceptione chriſmatis, litanijs, & alijs ſimilibus, per quę plena ſubiectio declaratur. Ad quod probandum inſtrumentũ publicum conceſsionis bo. me. Brunoñ. quondam Veronẽ. Epiſcopi pars tua in medium producebat: quam conceſsionem ſucceſſor eius Theobaldus ratam habuit, & etiam confirmauit, ſuper his quoq. tam Romanorũ Põtificum, quam Patriarchar. Aquilegieñ. priuilegia, & confirmationes induxit, quorũ vnus ſ. Godefridus de ſubiectione plenaria in priuilegio ſuo euidenter expreſsit, quod ſub teſtimonio R. quõdam Veronẽ. Epiſcopi, qui eiuſdem eccleſiæ Archipresbyter extitit, factum fuerat, & cõpletum, & in ea a priore monaſterij ſancti Zenonis mãdauit vice ſua ſubſcribi, ſicut in inſtrumento publico continetur, adiecit etiam pars tua, quod inter dil. f.n. quondam Abbatem eiuſdem monaſterij, & Sicherũ Archipresbyterũ, & fratres ipſius procedente tempore de fidelitate, & obedientia manuali controuerſia fuit exorta. Ad quę duo dictus Archipresbyter cum fratrib. ſuis dumtaxat teneri negabat, & ſuper his teſtes producti fuerunt. Tandem præfatus R. Veroñ. Epiſcopus, rationibus vtriuſq. partis auditis, & cognitis, quendã Card. ſequens, a quo fuerat iudicatum, quod vel Archipresbyter eccleſiam dimitteret, aut Abbati obediẽtiam repromitteret, credẽs etiam, quod teſtes vera depoſuerint coram eo, qui de fidelitate manifeſtum protulerant teſtimoniũ, idem & ipſe ſententialiter diffiniuit, ſicut in inſtrumento publico perſpeximus cõtineri, cuius ſentẽtia cũ



cum nulla fuerit app. ſuſpenſa in rem tranſijt iudicatam, quam aſſerebant nullo poſſe iuris remedio attemptari, a cuius prolatione, vſq. ad hæc tempora quinquaginta annorum ſpatium eſt tranſactum, per quod monaſterium ſancti Zenonis præfatam eccleſiã pleno iure poſſederit, & quod prædictus Archipresbyter, & fratres eius præteriti, & pręſentes obedientiam Abbatibus ſancti Zenonis fecerint. & infra. Cum itaq. hæc, quæ præmiſimus, & ſimilia multa præfati auditores nobis, & fratrib. noſtris prudenter, & fideliter retuliſſent; nos cõmunicato f.n. con. quamuis forte dicto inſtrumento donationis non ſit plurimũ innitendum, nec cõfirmationib. vel priuilegijs, quę de ipſo cauſam, & originem acceperunt; attendentes, quod quantũ ad litigantes ipſos ius ex ſentẽtia factum fuit, poſtquam in rem tranſit iudicatam, etiamſi contra ius litigatoris lata fuiſſet, cum contra ius conſtitutionis expreſſe lata non fuerit, veritate geſtorũ ſermonib. præualente, quæ præſumuntur rite per omnia celebrata, ſtatuimus, & per ſententiã diffinimus, vt Archipresbyter ſancti Proculi, qui pro tẽpore fuerit, fidelitatem, & obedientiam præſtet Abbati ſancti Zenonis.

*Idem Canonicis Nouarieñ.* *Cap. 4.*

c. 14. e. CAVSAM, quæ inter vos, & dil. fi. A. Siccum clericum ſuper prębenda Nouarieñ. eccleſiæ vertebatur, quę quondam fuerat ve. fratris n. Nouarieñ. Epiſcopi, de qua ſe dicebat idem A. per bo. me. C. PP. pręd. noſtrum fuiſſe per anulum inueſtitum, coram nobis diutius ventilatã, ven. tandem fratri n. Laudeñ. Epiſcopo, de conſenſu partium ap. re. cõmiſimus terminandam, qui ſicut ex litteris ipſius accepimus, vtriuſq. rationibus plenius intellectis pro vobis contradictum A. diffinitiuam ſententiam promulgauit, a qua fuit ad noſtram audientiam appellatum. dicto igitur A. & magiſtro I. & V. procuratoribus eccleſiæ veſtrę in noſtra propter hoc pręſentia cõſtitutis, idem A. probare multipliciter nitebatur, ſententiam ipſam inique latam fuiſſe, ac propter hoc debere nõ inmerito retractari, dictis procuratoribus veſtris defendentib. ſententiam, & eam petentibus confirmationis noſtræ præſidio communiri. Nos igitur auditis, quæ fuerant hinc inde propoſita, & diligentius intellectis, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligẽti tractatu, licet ex parte ipſius A. fuiſſet propoſitum, quod contra formã mandati noſtri dictus Epiſcopus ſententiam promulgauerat, ſicut per atteſtationes nitebatur probare, quia tamẽ iudicis animus non ſemper ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nil continebat iniquũ, & eidem iudici, de cõmuni aſſenſu partium, cauſa fuerat ap. re. commiſſa, qui vt ſententiam ferret, poſt examinationẽ cauſæ ab vtraq. partium fuerat requiſitus, ſententiam ipſam, de fratrum noſtrorum con. auctoritate curauimus Apoſtolica confirmare, ac eam per ve. f.n. Portueñ. Epiſcopum diffiniuimus obſeruandam.

*Idem Conſtantieñ. Epiſcopo.* *Cap. 5.*

QVOD ad conſultationem. & infra. Si c. 15. e. autem, quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, vtrũ app. ſit clerici deferendum, qui purgationem indictam ſibi per ſententiam, & ad ipſius receptionem terminum competentem, puta xx. dies, vel amplius ſine contradictione recipiẽs, & ad diem veniens cõſequenter appellat, cauſam non exprimens appellandi, nec ſit locus niſi ſuſcipiendę purgationi, & executioni ſententiæ, a cuius latione, ac purgatione iniũcta vltra decennium dicitur effluxiſſe. taliter credimus reſpondendum; quod cum poſt x. dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſeat iudicatæ, qui ad prouocationis ſubſidium infra idem tempus non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc videatur interpretationem iuris latæ ſententię paruiſſe; præſertim vbi cauſa nõ redditur appellandi; ſed nec executionem ipſius ſententiæ ideo conuenit retardari: licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum; quia id artari poteſt nonnunquam a ſedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recepit terminũ breuiorem, imputare ſibi poteſt, & debet, cum ex hoc videatur amplioris beneficium contempſiſſe. Vnde talis non audietur appellans, niſi forte aduerſus eum modus executionis canonicus excedatur.

*Idem Decano, Cancellario, & C. Canonico Lauduneñ.* *Cap. 6.*

SICVT nobis veſtris litteris intimaſtis, c. 16. e. cum cauſa, quæ inter H. ſubd. & Huardum presbyterum ſancti Clementis ſuper quinq. frumenti modijs vertebatur, qui dicebantur ipſi Henrico per annos ſingulos exſoluendi, ex delegatione noſtra vobis cõmiſſa fuiſſet, & partib. in veſtra pręſentia conſtitutis, idem Henricus reſtitutionem ſibi fieri poſtularet, aduerſarius ſe ad hoc non teneri reſpondit, cum alia vice ſuper hoc coram iudice cõuentus fuerat, & ſententialiter abſolutus; quod

oſtendere voluit, duorum teſtimonio ſacerdotum, ex quorum depoſitione vobis conſtitit, quod magiſter A. ex parte ve. f. n. Epiſcopi Laudun̄. Huardum presbyterum per iudiciū abſoluit ab impetitione ſubdiaconi me. Verū quia teſtimonium ipſorum quaſi nude prolatum fuerat, cum de allegationibus, teſtibus, & rationibus, quæ iudicem mouere ſolent ad ſententiam proferendam, nil ſe ſcire dixiſſent, variatum fuit inter iuris peritos, a quibus conſilium poſtulaſtis, alijs aſſerentib. tale iuramentum, quod valeret. Vnde in hac ambiguitate, quid tenendum ſit, ſedem duxiſtis Ap. conſulendam. Cum autem in pleriſq. locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quod omnia, quę iudicem mouerant, non exprimantur in ſententijs proferendis, vobis taliter reſpondemus, quod cum ex depoſitionibus teſtium prędictorū conſtiterit vobis ſententiam a iudice fuiſſe prolatam, propter auctoritatem iudiciariam præſumi debeat omnia legitime proceſsiſſe.

*Idem Aſtoricen̄. Epiſcopo, ſancti Iſidori Legionen̄. & de Cantazeto Abbatibus. Cap. 7.*

c.17.c. CVM ſuper controuerſia, quæ inter ve. f. n. Aurien̄. Epiſcopum ex vna parte, & monaſterium Cellæ nouæ ſuper ſtatu ipſius ex altera vertebatur, pro ipſo Epiſcopo diuerſæ ſententiæ latæ fuiſſent, O. Archidiaconus, & nuntius ve. f. n. Ouetenſis Epiſcopi ad Ap. ſe. accedens per eos Oueten̄. eccleſiam lęſam grauiter conquerebatur; ad quam illud proponebat monaſteriū pertinere. & infra. Poſtquam igitur hæc, & ſimilia nobis, & fratrib. noſtris pręfati Card. fideliter retulerunt, quia conſtitit nobis per legatorum litteras, a duob. cum tertius intereſſe nequiuerit, ſicut ex ipſius etiam aſſertione tenuimus, apud ſe. Ap. conſtituti, fuiſſe proceſſum, & contra ipſorū ſententiam ex parte monaſterij nihil rationabile fuit propoſitum, & oſtenſum, quare debuerit irritari, eam communicato fratrum n. cō. quātum ad monaſterium ipſum duximus confirmandam, ſibi imponentes ſilentiū perpetuum in hac parte. Ceterum, quia ſuper appellatione eccleſiæ Oueten̄. non potuimus elicere veritatem, cauſam ipſam veſtro duximus examini cōmittendam, per A. s. m. qua. ſi conſtiterit appellationem pro eccleſia Oueten̄. rationabiliter interpoſitā, & ad eam proſequendam nuntium eccleſiæ Oueten̄. infra tempus legitimum deſtinatum fuiſſe, executio ſentētiæ differatur; ne circa poſſeſsionem eandem Oueten̄. eccleſia detrimentum incurrat, alioquin ea, ſicut ius expoſtulat, executioni abſq. eccleſiæ Oueten̄. prçiudicio demandetur, quib. quæ præmiſſa ſunt, non prçiudicant, quominus valeant conſequi rationem; cum res inter alios acta, non noceat regulariter alijs, iuxta canonicas conſtitutiones, & ciuiles.

*Idem. Cap. 8.*

CVM Beltodus † miles curiam ſuā, ſiue fundum in Weſtuſen̄. quondam peregrino militi pignori obligaſſet, eodem B. ſublato de medio Artongus nepos eius, qui ſucceſsit eidem, Argentinen̄. diœc. vacante eccleſia eiuſdem loci in Veſtuſen̄. aſſerens, quod ius patronatus cum vniuerſitate tranſiſſet in eum, Brunum clericum eiuſdem diœceſis ad preces bo. me. C. Argentin. Epiſcopi eiuſdem loci Archidiacono ad ſupradictam eccleſiam præſentauit, qui de conſenſu, & volūtate Epiſcopi ipſum inſtituit in eandem, in poſſeſsionem induci eum faciens corporalem. Prædictus vero Ber. dominus fundi aſſerēs, quod ſibi retinuerat ius patronatus expreſſe, cum fundum obligauerat creditori, T. ſacerdotem memorato Epiſcopo prçſentauit, ſed Epiſcopus ipſum admittere renuit pro ſuæ arbitrio voluptatis. Cum autem præfatus Epiſcopus viam fuiſſet vniuerſæ carnis ingreſſus, dictus T. aduerſus memoratum B. ſuper prędicta eccleſia coram ſubſtituto electo depoſuit quçſtionem, a cuius examine fuit poſtmodū ad venerabilem f. n. Remen̄. Archiepiſcopū ſanctæ Rom. eccleſiæ Card. tunc Epiſcopū Prçneſtinum Ap. ſe. Le. appellatum. qui dil. f. Abbati noui Caſtri, & Decano ſancti Thomæ Argentin̄. mandauit, vt audirent hinc inde propoſita, & receptis teſtibus, & redactis in ſcriptis depoſitionibus eorundem, eam ſub ſigillis ſuis miſerunt ad Archiepiſcopum me. partibus termino peremptorio aſsignato: ad quem cum ſæpedictus B. cum ſuis atteſtationibus acceſsiſſet, nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum dictus T. coram eo comparere curaſſet, ipſe atteſtationibus eiuſdem B. ſicut in ipſius litteris perſpeximus contineri, diligenter inſpectis, ipſum ab impetitione ſæpedicti T. ſententiando reddidit abſolutum, eidem T. imponens ſilentium ſuper eccleſia memorata. Poſt autem ſępedictus T. ad eiuſdem Archiepiſcopi præſentiam cū atteſtationib. ſuis infra breue tempus accedens, iuſtam cauſam abſentiæ allegauit; Archiepiſcopus vero prædicto Argentino electo, & di. f. Alteſiluę. & Turcelbucen̄. Abbatibus per ſuas dedit lit-

c.18 c. † Bertoldus alij



litteras in mandatis, ſi præfatus T. iuſtam abſentię cauſam oſtenderet coram eis, demum † prædictam ſententiam nullius decernerent eſſe valoris, vtriuſq. partis atteſtationibus diligenter inſpectis, cauſam ipſam fine debito terminarent, alioquin ſententiam, quam ipſe tulerat, facerent firmiter obſeruari. Verū cū dictus electus alijs negotijs impeditus intereſſe non poſſet, vices ſuas R. canonico Argentin. commiſit, præfatis Abbatibus ſententias cōmittētibus maiori Præpoſito, & Scholaſtico Argentin̄. qui in negotio procedētes, teſtes ſuper prædicto articulo receperunt, vel eorum redactis depoſitionibus in ſcriptis, prędictus B. aſſerens ſe grauari ab eis, vocem ad nos appellationis emiſit. Cū igitur vtraq. pars cum atteſtationib. ſignatis ſigillis prędictorum iudicum ad noſtram præſentiam acceſiſſent, licet dictus T. iuſtā cauſam abſentiæ minus ſufficienter probaſſet, nec tamen præiudicaret opinio veritati; volentes in veritate procedere, cum Chriſtus ſit veritas: dil. f. R. Idempnica diaconū Card. eis conceſsimus auditorem, qui cum ea, quæ coram ipſo propoſita fuerant, nobis plene, ac fideliter retuliſſet, nos vtriuſq. partis atteſtationib. ac ſententia præfati Epiſcopi diligenter inſpectis, quia eundem Archiepiſcopū ex tenore ipſius ſententiæ inuenimus circūuentum, tum quia continebatur in illa, quod per atteſtationes ipſius B. fuerat ſufficienter probatum, quod præfatus Arthongus in poſſeſsione iuris patronatus extiterat, cum eundem B. ad prędictam eccleſiam præſentauit; cum tamen per atteſtationes illas nil aliud ſuper hoc fuerit oſtenſum, niſi quod pro quodam iure, quod de illa eccleſia conſueuit exhiberi patronis, prædicti Peregrinus, & Arthongus annuatim decem ſol. acceperunt; quos tamen plebanus eiuſdē loci ſemper cōtradicebat prçbere, tū quia in eadē ſentētia dicitur, quod dictus T. penitus in probatione defecit, cum per atteſtationes ſuas appareat manifeſte, ipſum ſuā intētionem ſufficienter probaſſe: tum quia etiam cauſam non receperit ſufficienter inſtructam; cum vnius tantum partis atteſtationes receperit, quæ parum faciebāt ad cauſam. His, & alijs intellectis ſententiam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes eccleſiam ſupradictam, cum per atteſtationes nobis cōſtiterit euidenter, ipſum a vero patrono fuiſſe ad ſæpefatam eccleſiam præſentatum, aduerſario ſuper ea perpetuum ſilentium imponētes. Quo circa dis. v. per A. s. m. qua. auct. noſtra ſuffulti ſententiam noſtram faciatis inuiolabiliter obſeruari, præfatum. T. in corporalem poſſeſsionem eiuſdem eccleſiæ inducentes, & tuentes inductum.

† eiſdē forte

*Idem Prœneſtino Epiſcopo Ap. ſe. Legato, & de Capenberh. & de Cold. Abbatib in Colonien̄. & Monaſterien̄. diœc. conſtitutis. Cap. 9.*

IN cauſis, quæ ſummi Pont. iudicio decidūtur, & ordo iuris, & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruand. cum in ſimilibus caſib. ceteri teneantur ſimiliter iudicare, niſi forte, cū aliquid cauſa neceſsitatis, & vtilitatis inſpecta, diſpenſatiue duxerint ſtatuendum. c.19.c.

*Idem conuentui monaſterij ſancti Leufredi de cruce. Cap. 10.*

INTER monaſterium ſancti Aucleoni Rothomagen. & veſtrum ſuper modo eligēdi Abbatem in dicto monaſterio veſtro iam dudum fuit quæſtio agitata, & infra. His igitur, & ſimilibus, quæ iam dicti Epiſcopi, & Card. nobis, & fratribus noſtris prudenter, & fideliter retulerunt, plenius intellectis, cum conſtiterit nobis primam cōmiſionem nō fuiſſe per vltimam reuocatam, tum quia cauſæ ſuſpicionis in iure propoſitæ friuolæ videbantur, quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingreſſum opponere debuiſſent, quibus corā delegatis eiſdem ſubeundo iudicium renuntiaſſe videtur. Tum etiam, quia de priuilegio Ap. ſe. & proceſſu negotij vſq. ad publicationes teſtium coram primis iudicibus, nihil in ſecundis litteris dicebatur, quod ſi fuiſſet expreſſum, obtineri minime potuiſſent, non obſtante ſententia, quæ pro monaſterio ſancti Audeoni dicebatur fuiſſe prolata, quæ tamē nobis oſtenſa non fuit; cum ſi prędictis iudicibus fuerit oſtenſa, ea poſt habita contrariū ſtatuiſſent. alioquin eſt, quod eam obicientibus inputetur, cum ſub prætextu nouor. inſtrumentor. lites nō debeant inſtaurari; com. f. n. con. factum priorum iudicum ratum, firmum habemus, & eorum ſententiam approbantes, ipſam auctoritate Ap. confirmamus, & electo a vobis poſtmodū nos ipſi munus benedictionis, ſaluo iure diœc. Epiſcopi curauimus exhibere. c.20.c

*Idem Epiſcopo, Decano, & Cancell. Pariſien̄. c. 11.*

SVBORTA dudum inter ve. f. n. Melden̄. Epiſcopum, & monaſterium Reſbacen̄. ſuper ipſius monaſterij ſubiectione, materia quæſtionis, procuratores partiū propter hoc ad ſe. Ap. acceſſerunt, quibus aliquamdiu litigantibus coram nobis, quia per cōfeſsionē partis aduerſę conſtiterit eundem Epiſcopū quaſi c.21.c.

quaſi poſſeſsionem obedientię in eodem mo
naſterio habuiſſe,ipſum reſtituendum decre
uimus ad eandem. Verum quia priuil. felicis
me.Innocentij PP.prę.n.ex monaſterij parte
nobis exhibitum libertatem plenariam expri
mebat,Decano Succeſsion.Remeñ. Cantori,
& Succentori Siluanecteñ.dedimus in man-
datis, vt Epiſcopo in poſſeſsionem obedien-
tię reſtituto,niſi prius reſtitutionem ſuam in-
fra ſex menſes contra priuilegij libertatem
rationabile aliquid obiceret, & probaret, ſu-
per ſubiectione monaſterij ſupradicti perpe-
tuum eidem ſilẽtium ap.re.imponere procu-
rarent.& infra. Iudicibus autem nolentibus
dirimire quæſtionem, cauſam ipſam inſtru-
ctam cum procuratoribus partium ad noſtrã
præſentiã remiſerunt.& infra.Nos vero vtri-
uſq.partis rationib. diligenter inſpectis, quia
cognouimus efficatiores Epiſcopi rationes,
ſubiectionem eidem adiudicauimus mona-
ſterij me. vt ibidem illam habeat tamquam
diœceſanus Epiſcopus poteſtatem;ita tamẽ,
vt per hoc nullum Ap.ſedi præiudicium ge-
neretur, quo minus legitimo tempore, ſi vo-
luerit, ſuã iuſtitiam proſequatur,nimirum ſi
*† præfati* præfato † Innocent. priuilegium Alex. fuit
in iudicio præſentatum,& ille tulit ſententiã
*Greg.9* cõtra illud,vel ipſum intelligitur reprobaſſe;
ſi vero non fuit exhibitum corã eo prętextu
priuilegij de nouo reperti prædicta nõ debet
ſententia retractari.

*Idem Sanctæ Mariæ in Cagia, & Vallis ſecretæ Abbatibus.* Cap. 12.

c.22.e. CVM I. & A. canonici ſancti Dionyſij,
& M. canonicus Remeñ.ad noſtram dudum
prę ſentiam acceſiſſent,ex parte quorundam
canonicorum eiuſdem eccleſiæ,noſtro Apo-
ſtolatui reſerarunt,quod Abbas eorum ſuper
dilapidatione,periurio, ſimonia,& quibuſdã
alijs erat multipliciter infamatus, & cum ſu-
per his, & alijs cum procuratore ipſius Ab-
batis apud ſe.Ap.aliquamdiu litigaſſent.Nos
poſtmodum ve.f.n.Cathalaneñ.Epiſcopo,&
dil. f. Decano ſancti Quintini Nouiomeñ.
diœc.& magiſtro Simoni de Vallibus canoni
co Lauduñ.dedimus in mandatis, vt ad eccle
ſiam ipſam pariter accedentes, tam in capite,
quam in membris ap. poſtpoſita corrigerent
corrigenda,& ſtatuerent,quę ſtatuenda vide
rent. & infra. Iudices autem Abbatis, & ca-
nonicorum iuramenta recipientes,habito vi-
rorum prudentum conſilio,memoratum Ab
batem ab adminiſtratione ipſius eccleſiæ per
ſententiam remouerunt, correctione mẽbro-
rum dilata,quã tunç non poterant expedire,
a qua ſententia tamquam iniqua procu-
rator prædictus ad noſtram audientiam ap-
pellauit.& infra. Vnde procurator canonico
rum ipſorum inter alia poſt modũ in noſtra
propoſuit præſentia conſtitutus, dictam ſen-
tentiam merito reprobandam; tum quia iu-
dices lite non conteſta in ipſo negotio proceſ
ſerant, tum etiam, quia iuramenta conſpira-
torum contra ipſum recipientes, depoſitio-
nibus coram partibus minime publicatis,nec
oſtenſis eidem, ad ſententiam procedere præ
ſumpſerunt.& infra. Quia vero de conſpira-
tionis articulo nobis non potuerit fieri plena
fides;mandamus,qua. inquiſita plenius veri-
tate,ſi vobis conſtiterit,quod illi conſpirato-
res fuerint,quorum conſtat a iudicibus iura-
mẽta recepta,& quod hoc ipſum Abbas pro
bare voluit coram eis; & quod eorum dicta
iudices ſecuti tantummodo cum per alios ea-
dem probata non eſſent, ſententiam protule
runt,vos ap. re. irritantes proceſſum eorum,
in negotio ipſo iuxta pręſcriptam formam in
prioribus comprehenſam litteris procedatis.
Si vero eos conſpiratores fuiſſe nequiuerit cõ
probari, vel licet de hoç conſtaret, appareat
tamẽ illos nihil ſuper his depoſuiſſe,pro qui-
bus idem fuit Abbas amotus, vel etiam ſi ali
qua depoſuerint ſuper his,ea tamen per alio-
rum dicta fuerant ſufficienter oſtenſa;proceſ
ſum ipſorum iudicum,ſublato ap.ob.confir-
metis. quia licet aduerſus Abbatem non de-
buerant conſpiratores admitti, iuramenta ta
men ipſorum de veritate dicenda ſuper ſtatu
ipſius domus recipi potuerunt, vt per ipſorũ
dicta ſuper alijs fides poſsit haberi,quæ Ab-
batem minime contingebãt, præſertim cum
probatum non eſſet eos conſpiratores fuiſſe.

*Idem Epiſcopo Tuſcaneñ.* Cap. 13.

RANVTIVS de Clara duas habens *De teſt.*
filias,Alteroçcam videlicet,& Adiectam,ma *c.16.*
trem inſuper Cleram, & vxorẽ nomine Ade
laſiam; † in extremis poſitus condidit teſta- *† Adelaſiã*
mentum,Alteroccę filię puberi vltra dotem,
quam ei dederat,domum,& quendam hortũ
in eodẽ teſtamento relinquens;Adiectę vero
impuberi reliquit cetera bona ſua;adiciẽs, vt
Alterocca, & ſoboles,quã geſtebat in vtero,
cum eo tempore prægnans eſſet, eidem Ad-
iectę † ſuccederent,ſi abſq.liberis moreretur. *† Abiectæ*
Tutoribus inſuper,quos Adiectæ † impuberi
filiæ dederat,idem teſtator iniunxit,vt eandẽ *† Abiecta*
cum omnibus bonis ſuis matrimonio copu-
larent.Mortuo teſtatore tutores ipſi Adiectã
cum



cum omnibus bonis ſuis eidem relictis a pa-
tre iure Lombardo cuidam Petro nomine
tradiderunt,quæ cum per quadriennium co-
habitaſſet eidem,& ex eo filium ſuſcepiſſet;
tandem ſine liberis eſt defuncta; cuius bona
idem P.maritus eius ſuperſtes aliquanto tem
pore poſſedit in pace. qui cum alia muliere
matrimonium cõtrahens, & filios ſuſcipiens
ex eadem,diem clauſit extremum. Poſtmo-
dum vero inter Alteroccam, & filium eius
Montanellum ex vna parte, ac filios eiuſdẽ
Petri,& Rainerium tutorem eorũ ex altera,
ſuper bonis prædictis eiuſdem Adiectæ ſu-
ſcitata materia quæſtionis, cœperunt coram
Guezo iudice Tuſcañ. adinuicem litigare;co
ram quo Alterocca, & M. filius eius bona
quondã Ranutij patris eiuſdem Alteroccæ
tamquam ex cauſa fidei commiſsi, vel ſubſti
tutionis ſibi debita petierũt, Rainerio tutore
filiorum prædicti Petri ex aduerſo dicente,
quod obſtabat illis annalis præſcriptio, vſu-
capio pro dote,a longis retro temporib.ſilen
tium diuturnum.Inſuper allegabant idem tu
tores, quod de bonis illis, tam tertia Cleræ
prædicti R.teſtatoris matris,& tertia Adela-
ſiæ vxoris eiuſdem, quam etiam quarta per
Trebellianum nomine ipſius Adiectæ,erant
ante omnia deducendæ. Dictus vero iudex
vtriuſq partis allegationibus,& rationib. di-
ligenter inſpectis,ſupradictũ R. nomine pu-
pillorum in reſtitutione bonorum quondam
Rainutij condemnauit, tertia Cleræ primo
deducta,quam Adiectæ, ac viro ſuo donaue
rat,de qua in inſtitutione,quam fecit Rainu-
tius non videtur aliquatenus cogitaſſe, dedu
cta quoq.tertia Adelaſię,quam ipſi Rainerio
vendiderat ſupradicto. præcepit etiam idem
iudex de his rebus illas tertias deducendas,
de quibus deduci poterant ſecundũ Tuſcañ.
conſuetudinem ciuitatis,deduci quoq. quar-
tam per Trebellianum idem iudex iniunxit;
cũ etiam quilibet extraneus reſtitutione gra-
uatus eam deducere potuiſſet.Sed vtraq.pars
ab illa ſententia prouocauit.& infra. Cũ au-
tem propter hoc partes ad noſtram audien-
tiam acceſiſſent,dil.f.G.ſanctæ M.in porticu
Diaco.Card.illis cõceſimus auditorem; corã
quo cum fuiſſet diutius litigatum,ipſe habito
conſilio peritorum, de mandato noſtro ſen-
tẽtiam ſupradicti Guezij iudicis in eo, quod
dixit tertiam Claræ,ac tertiam Adelaſiæ in-
tegraliter deducendas,idem Card.pronuntia
uit iniuſtam, & ab ipſa legitime prouocatũ
definiens, ſi cillas tertias deducendas; vt legi-
tima portio iure naturę debita Alteroççę illi
ſalua ſit in vtraq. ad cuius reſtitutionem di-
ctũ deinde R.condemnauit.In eo vero,quod
quartam partem per Trebellianũ idem Gue
ʒius cenſuit retinendam, ſententiam confir-
mauit eiuſdem,ita videlicet, quod fructus de
bonis ipſius a tempore litis conteſtatę perce-
pti computentur in ea, qui ſi ſuffecerint ad
quartam,& fructus eius,eo nomine alia dedu
ctio nulla fiat,alioquin iuxta quantitatẽ fru-
ctuum perceptorum computationis ratio ha
beatur.Quia vero pater Adiectę ipſam in le-
gitima non potuit aggrauare, legitimam ip-
ſam eius videl.partis,quæ iamdictæ Adiectæ
debebatur,ab inteſtato deducendam cenſuit,
& etiam retinendam; ita videlicet, quod de-
ductio fiat tantummodo de his rebus,de qui
bus ſecundum Tuſcañ.conſuetudinem ciui-
tatis, fieri conſueuit. In eo vero, quod idem
Guezius condemnauit Rainerium nomine
pupillorum ſuor.ad reſtitutionem reſidui Al
teroccæ,ac eius filio faciendam, ipſius ſenten
tiam confirmauit. Nos igitur eiuſdem Card.
ſententiam, exigente iuſtitia promulgatam,
ratam habẽtes,ipſam auctoritate Apoſtolica
confirmamus.

## DE APPELLATIONIBVS. Tit. xix.

*Idem Illuſtri Regi Francorum.* Cap. 1.

NOVIT ille,qui nihil ignorat. *De app. c.43.*
& infra. Præterea dictam inter
dicti ſententiam ipſe Card. nõ
edidit, ſed potius publicauit,
nec fuit dictator ipſius, ſed ve-
rus † executor. Vnde,cum ſecundum ius ca- *† verius*
nonicum, & legale ab executorib. appellari *Greg.9*
non poſsit, niſi forſan modum excederent *forte*
exequendo; & nos litteris ſuper hoc directis *merus*
ad ipſum appellationis curauerimus obſtacu-
lum inhibere:appellationi huiuſmodi nõ fue
rat deferendũ. de ſuſpicionis autem obiectu,
licet eum tibi merito ſuſpectum non fuiſſe
credamus,nõ tamen & ſi fuiſſet,propter ap.
interpoſitã ab eo deſiſtere debuiſſet,ad quod
non proprio motu,ſed noſtro potius præce-
pto proceſsit.

*Idem.* Cap. 2.

SAEPE cõtingit,quod, cum ad noſtrã *c.44.e.*
audientiam appellatur,propter defectum par
tis alterius,neq. per ſe, neq. per reſponſalem
idoneum appellationem interpoſitam proſe
quentis, vel forſitan ex malitia reſpõſalis mã
datum procuratorium occultantis,lites, quæ
de facili poterant terminari, remaneant inde
ciſæ,cum frequenter iuris quęſtio moueatur,
cuius

cuius apud nos probationes neceſſariæ non exiſtunt, & interdum etiam facti quæſtio de leui poſſet partib. præſentibus comprobari. Vnde licet in Lateraneñ. concilio fuerit cōſtitutum; vt ſi in quocumq. negotio aliquis appellaret, & eo, qui appellatus fuerat, veniēte, qui appellauerit, venire neglexerit; competentem illi reconpenſationem faciat expenſarū; vt hoc ſaltem timore deterretus, in grauamen alterius non facile quis appellet; quia tamen propter hoc quæſtiones nihilominus prorogantur, volentes, vt finis litibus imponatur; &, ne fraus, & dolus alicui ſuffragētur de con. f. n. præſenti decreto ſtatuimus, vt ſi huiuſmodi appellatio a iudice recepta, vel a parte fuerit approbata, poſt terminum appellationi pręfixum, edicti peremptorij vires obtineat, ita videl. vt ex tunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorie vocatus ad audicium extitiſſet. Quod ſi forſan interpoſita prouocatio malitioſe recepta, vel approbata non fuerit, cum conſtiterit legitime prouocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtinere. ſaluis conſtitutionib. de prouocantib. poſt ſententiam promulgatis, quibus appellationes ſuas proſequi nō curantib. poſt terminum appellationi proſequend. pręfixum, rata manet ſententia, quę fuerat appellatione ſuſpenſa. Quidquid autem contra citationē peremptoriam poſſet ab abſente proponi, aduerſus appellationem huiuſmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appellationis præueniens, tacita veritate litteras reportarit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadet. hæc autem in litibus, ſiue iudicijs exercendis volumus obſeruari.

*Idem Lemouiceñ. & Camuriaceñ. Epiſcopis.* c.3.

c.45.c. CONSTITVTVS in præſentia noſtra dil. f. G. Archid. Claromonteñ. eccleſiæ nobis expoſuit, quod olim Claromonteñ. Decanatu vacante, Abbas, Cantor, & quidam Claromonteñ. canonici in ve. fratrem Claromonteñ. Epiſcopum tranſtulerunt vota ſua, & Epiſcopus cum quibuſdam alijs expreſſe conſentientib. in Archid. eidem contulit Decanatum, vndecim tantū canonicis prius appellantibus, ne quis aſſumeretur, præter aſſenſum omnium in Decanum, cum in electionē eius xxv. tum pro † ſe, tum Epiſcopo medio cōſentirent. Cumq. dil. f. P. tt. ſancti Marcelli presbyter Card. tunc Ap. ſe. Legatus per partes illas tranſitum faceret, nō vt appellationi ad nos interpoſitæ derogaret, ſed vt inſtructā trāſmitteret ad nos cauſam, dil. f. ſancti Illidij, & ſancti Andreæ Abbatib. examinationem delegauit ipſius, & mandauit eiſdem; vt partem contradicentem electioni Decani citarēt ad ipſum contradictionis ſuæ cauſam in eius præſentiā oſtēſurā. & infra. Intellecto igitur per aſſertionē Card. pręditi, quod ſub ea forma fuerat app. ne ſ. pręter aſſenſum omniū procederetur in electione Decani; atq. appellantes appellationem infra annum nō fuerāt proſecuti; nec erat, propter quod eis eſſet biēnium indulgendum, cum ſicut bis infra tempus legitimum ſimplicem nūtium ad ſe. Ap. deſtinarunt; ſic potuiſſent ſaltem ſemel procuratorem idoneum deſtinaſſe. ne tamen peremptorias exceptiones, ex eorum parte propoſitas videamur ſub ſilentio pręterire; f. v. per A. s. m. qua. inquiratis diligentius veritatē de his, etſi vobis cōſtiterit Archid. facto Epiſcopi, † ex quo nititur ſponte renuntiaſſe, vel prædictum Epiſcopum ad electionem ipſius prætermiſsis prædictis, ſine quibus illa tranſlatione voluntatum, ex qua Archid. nititur, actum proponitur; ne procederet, proceſiſſe, ei ſuper decanatu ipſo ſilentium imponatis; alioquin nominationem, ſeu electionem taliter factam de alio, & quidquid fuerit ſecutū ex ipſa, ſub. appellationis obſtaculo denuntietis auctoritate noſtra irritum, & inane.

† per Greg. 9

† al. Epõ

*Idem Cancell. Meteñ.* Cap. 4.

c.46.c. CONSTITVTIS in pręſentia noſtra di. f. I. Decano eccleſię ſancti Saluatoris Meteñ. & D. ſcholaſtico eiuſdem eccleſiæ tuæ procuratoribus, benignam curauimus audientiam indulgere. Fuit autem ex tua nobis parte propoſitum, ſicut etiam ve. f. n. Meteñ. Epiſcopus per ſuas etiam nobis litteras intimauit; quod ſancti Saluatoris prępoſitura vacante, die electioni præfixo, intelligens prędictus D. Epiſcopus, in duas partes fratrum vota diuiſa. & infra. Per patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum in virtute obedientiæ, ac ſub animę periculo canonicos adiurauit, vt ſecūdum Deū iuxta conſcientiam ſuam tantum vnum eligerent de duobus, in quos iam partes videbantur oculos extendiſſe, quem eccleſiæ magis idoneum, & vtilem reputarent. Decanus vero cum duob. diaconibus, & ſubdiaconib. tribus E. Cantorem maioris eccleſię cognatū ſuum in Præpoſitum nominauit. Cantor autem, qui presbyterali officio fungitur, & Cuſtos cum Scholaſtico, & magiſtro Bernardo ſacerdotibus, leuitis duobus, & ſubdiaconib. quinq. te concorditer elegerunt, cuius electionem factam, tāquam a maiori, & ſaniori parte





capituli, cum de perſonæ tuæ idoneitate cōſtaret, prædictus Epiſcopus confirmauit, & cum tibi vellet domum, & inueſtituram porrigere, vt eſt moris, Decanus ſe. Ap. appellauit contra te, inpotentiam dumtaxat allegās. licet autem Epiſcopus appellationi huiuſmodi non crederet deferendum, cum felicis recordationis Alex. PP. præ. n. in concilio Later. ſtatuerit, vt niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, & oſtenſum; ap. re. ſemper pręualeat, & ſuum conſequatur effectum, quod a maiori, & ſaniori parte capituli fuerit inſtitutum; nobis tamen humiliter deferens, & deuote, ab inueſtitura ceſſauit. Fuit autem propoſitum ex aduerſo; quod Decanus, qui maiorem locum optinet in eccleſia memorata, cum duobus antiquioribus diaconibus, & tribus ſubdiaconibus de antiquis eccleſię intelligens, quod Prępoſitus adminiſtrationem temporalium debeat exercere: ideoq. ille ad hoc vtilior, qui potentior reputetur, bono zelo prædictū E. in Præpoſitum nominauit, ſcientem eccleſiæ prouidere, ac potentem iura, & poſſeſſiones ipſius, ſi eſſet neceſſe, in forti manu, & brachio extenſo tueri. Vnde, cū pars altera, licet maior numero, auctoritate tamen inferior te in Præpoſitum nominaſſet, in partib. illis, quaſi penitus inpotentem, in quibus prępoſituræ poſſeſsiones exiſtunt, tum propter hoc, tum quia Epiſcopum habebat de iure ſuſpectū, ad ſe. Ap. appellauit addens, quod alia tibi obiceret in præſentia noſtra, quę tūc in pręſentia iudicis ſuſpecti noluit explicare; ſed Epiſcopus appellationi non deferens nominationem de te factam nihilominus confirmauit. Nos igitur auditis his, & alijs, quæ fuerant hinc inde propoſita, quia conſtitit euidenter illam appellationis cauſam rationabilem non fuiſſe, quæ fuit expoſita, & expreſſa, aliam autem tunc non oppoſuit, vel expreſsit, etſi dixerit idem Decanus, quod alia vellet obicere coram nobis; de conſilio f. n. decernimus tuæ confirmationis effectum nō debere propter ea, quę ſunt propoſita, impediri; ſiquid tamen contra te, non in modum exceptionis, ad impediendum electionis, & confirmationis effectum, ſed in modum denuntiationis, vel accuſationis duxerit proponendum, poſtquam pacificam ipſius præpoſituræ poſſeſsionem fueris aſſecutus, proponendi licentiam non negamus.

*Idem Wigornieñ. Epiſcopo.* Cap. 5.

c.47.c. EX parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod cum inter Anglicos, & Walleñ. ſint inimicitiæ manifeſtæ, & ad partes illas Anglicis periculoſus ſit tranſitus, pro viarum periculis, & guerra, quæ inter gentes illas frequens eſſe dignoſcitur, vel continua; multi de cauſæ ſuæ meritis diffidentes, te aliquando, vel tuos auctoritate litterarum noſtrarum trahere ſatagunt ad iudices in Vallia conſtitutos, vt ſic indefenſas cauſas etiam iuſtiſsimas relinquatis, vel compoſitionem ſubeatis iniuſtam pariter, & damnoſam. Cum igitur cauſas, quas committimus, ſic velimus fine debito terminari, quod neutra partium cōtra iuſtitiam aggrauetur; præſenti pagina reſpōdemus, quod cum talis excuſatio ſit honeſta, cum ad præſentiam delegatorum iudicum non poteſt ſecure venire citatus: tu, vel tui, quotiens ad illos iudices vos euocari contigerit; ad quorum præſentiam vobis periculum eſt ire, libere poteritis ſedem Ap. appellare, etiam ſi in litteris commiſsionis noſtræ appellationis remedium fuerit intercluſum, niſi iudices ipſi vobis aſsignent locum idoneum, & ſecurum.

*Idem P. Epiſcopo, & Decano, & Præcentori Herfordenſibus.* Cap. 6.

c.48.c. SIGNIFICAVIT nobis dil. fi. I. magiſter hoſpitalis Eboraceñ. quod cum P. quondam rector hoſpitalis ipſius diem clauſiſſet extremū, ve. f. n. Eboraceñ. Epiſcopus, ad quem, & prędeceſſores ſuos hoſpitalis eiuſdem ordinatio pertinuit ab antiquo, nolens ipſum ex defectu rectoris diſpendium ſuſtinere, dictum I. presbyterum eiuſdem domus a ſuis fratribus vnanimiter in rectorem electum præfecit ibidem, ſperans, quod domus ipſa per eum tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus ſuſciperet incrementum. procedente vero tempore Decanus, & capitulum Eboraceñ. eccleſiæ, tamquam ad ipſos hoſpitalis eiuſdem ordinatio pertineret, magiſtrū ipſum a ſuæ adminiſtrationis officio remouere volentes, litteras Apoſtolicas ſuper hoc ad Decanum Lincolineñ. & ſuos coniudices impetrarunt, quarum auctoritate in ius vocari fecerunt, tam Archiepiſcopum, quam rectorem. partibus igitur die ſibi peremptorie aſsignata, coram ipſis iudicib. conſtitutis, iudices vices ſuas alijs cōmiſerunt, ſola ſibi diffinitiua ſentētia reſeruata. Præterea capitulum Eboraceñ. auct. quarundā litterarū, in quarū ſigillo continebatur ſigillum capituli, ad citationes tantum, cum aliud ſigillum capitulum illud noſcatur habere; per ipſum quendam

cõſtituebat actorem, ſed licet pars allegaſſet aduerſa, quod idem occaſione litterarum illarum actor non debebat admitti,& inſuper adiunxiſſet,quod auctoritate litterarum quarundam a nobis ſuper hoc ad ve. f. n. Elieñ. Epiſcopum, & ſuos coniudices obtentarum prius erat conuenta, quare non debuit per litteras poſteriores, in quibus nulla fiebat mentio de prioribus, conueniri:iudices tamen exceptiones huiuſmodi admittere noluerunt; quapropter pars eadem vocem ad nos appellationis emiſit. Quo circa dis. v. per A. ſ. m. qua. inquiratis ſuper præmiſsis diligentius veritatem; etſi vobis conſtiterit ob dictas cauſas, vel ob earum aliquam ad veſtram fuiſſe audientiam appellatum; in irritum reuocato quidquid poſt ap.ad nos legitime interpoſitam noueritis attemptatum, partes ad veſtrã præſentiam conuocetis, & audiatis diligenter.ap.re. quę hinc inde duxerint proponẽda.

*Idem magiſtro G. Archidiacono,& W. illo Normãdo,& G.de Crethes Canonicis Sueſſioneñſib. c.7.*

c.49.c. SIGNIFICANTIBVS T.& R. fratrib. noſtro fuit Apoſtolatui declaratum, quod cum inter ipſos ex vna parte, & W. Turpem de Athochi, & ſorores eius diœceſis Sueſsioñ.ex altera ſuper quibuſdã vineis, terris arabilib. & pratis coram dilecto f. Abbate, & Priore ſancti Bartholomęi Nouieñ. iudicibus a ſe.Ap.delegatis quæſtio verteretur,ipſi T.& R.cum plures terras haberent, vt terra illa,ſuper qua quæſtio vertebatur,eis oſtenderetur, a iudicibus poſtularunt. quod cum ipſi facere denegarent, nec vtrum hoc deberet eis concedi, vellent per ſententiam diffinire;idem fratres a manifeſto grauamine ad noſtram audientiam prouocarunt. Quo circa diſ.v.per A.ſ.m.qua.ſi verum eſt, quod aſſeritur, vos reuocato in ſtatum debitum, ſi quid poſt ap. ad nos legitime interpoſitam noueritis attemptatum, audiatis cauſam, & ap.re.fine debito terminetis.

*Idẽ Albriceñ. Epiſcopo,& de Baioc. & de Mõte Morell. Abbatib. Abriceñ.diœc.* *Cap.8.*

c.50.c. EX inſinuatione dil. f. Prioris,& canonicorum ſanctæ Barbarę nobis innotuiſſe noſcatis, quod cum inter ipſos ex vna parte, & W. Camerarium de Tankaruill. Rothomageñ.diœc.ex altera, ſuper manerio de Monuill. coram iudice ordinario non ex delegatione noſtra quæſtio verteretur, & idem Camerar. ad noſtram audientiam appellauerit ab eodem,ſuę appellationi terminum aliquẽ non præfigens, idem ordinarius qui cauſam eiuſdem Camerarij fouere videbatur latenter,eo quod quidam clericus cõmenſalis ſuus iamdicti Camerarij in eadem cauſa fuerat aduocatus;deceptorie, & cõtra conſuetudinem hunc terminum appellationi pręfixit, vt ad feſtum purificationis ſanctæ Ma.vtraq. pars eſſet ab appellationis proſecutione reuerſa; licet nobis non potuerit legem imponere,vt eum teneremur infra dictum terminum expedire;cũ & ſecundũ legitimas ſanctiones lis, quæ in conſiſtoriũ Principis ſperatur inferri, abſq.damno moræ intacta permaneat,donec ipſe faciat introduci, & a proceribus dirimi iuxta morem.Interim autem nuntius Camerarij ſupradicti præueniens nuntium eorundem, nec ab ipſo vſq. ad legitimum terminũ expectato, impetrauit litteras, & receſsit. Quia vero fraus, & dolus alicui patrocinari non debent;d.v.per A.ſ.m.qua.ſi ita eſt,partibus conuocatis, & auditis hinc inde propoſitis,cauſam ſuper his ap.re.me.iuſtitia terminetis.

*Idem Roſeñ. & Londoñ.Epiſcopis.* *Cap. 9.*

BO. me.O. de Camera perſona eccleſię c.51.c. de Fauerſham. viã vniuerſæ carnis ingreſſo, dil.f.Abbas ſancti Auguſtini cuſtodiam eiuſdem eccleſię,quam ad ſe aſſerit pertinere,primo per quoſdam monachos, ſecundo per ſe ipſum poſſeſsionem ingreſſus, ad nos pluries vocem appellationis emiſit, ne quis eum ſuper poſſeſsione ipſius eccleſiæ præſumeret indebite moleſtare.Cumq. aliquamdiu prædictam eccleſiam pacifice poſſediſſet; quidam laici Cantuar. diœc. in ipſum Abbatem, & monachos infra eandem eccleſiam, vſq. ad effuſionem ſanguinis,manib. iniectis temere violentis,eos de poſſeſsione ipſius per violentiam eiecerunt.& infra.His igitur,& alijs pluribus ex parte Abbatis, & monachorum propoſitis, procurator Archidiaconi memorati propoſuit ex aduerſo, quod nec poſſeſsionis, nec dominij ratione Abbas, & monachi hãc reſtitutionem poterant poſtulare,cumq.non poſſederint eccleſiam antedictam,ratione iuris cuſtodiæ, quæ defuncta perſona eccleſiæ tantum datur,immo Archid. Cant. qui fuerunt pro tempore,tam de iure communi,quã de generali cõſuetudine Cantuar.prouinciæ, tam in illa eccleſia,quã in alijs vniuerſis eiuſdem diœc. hoc iure fuerant ſemper vſi, ſicut fuerat ſufficienter probatum; talis reſtitutio nequaquam monachis competebat,nec vtendo iure ſuo,eis iniuriam facere videbatur.Pręterea, cum præfatus O. de Camera nomine

Ar-



Archidiaconi poſsideret, vt pote, qui vnam ei procurationem, & quinq.ſolidos nomine ipſius eccleſiæ annis ſingulis exſoluebat, eodem O.ſublato de medio apud Archid.poſſeſsio animi dinoſcitur remanſiſſe, quæ non perditur, niſi Archid. ſe putaret repelli, vel niſi veniens non fuiſſet admiſſus.ſic ergo monachorum poſſeſsio potius detentio clandeſtina deberet dici, quam Archid. qui ipſam poſſeſsionem non perdidit,& ſic eam monachi non potuerunt habere,cum duo in ſolidũ quidquam poſsidere nõ poſsint. Cum igitur Archidiaconus potuerit iure ſuo poſſeſsionẽ intrare,ac tenentes de facto eicere,fortius potuit nullo ibi † exiſtente, nec vllatenus reſiſtente,ſibi ius proprium reſeruare; cum iuris † inibi executio nullã habere iniuriam dinoſcatur. ad hæc monachi poſſeſsionem Archid. non poſſunt aliquatenus auocare, etſi eos ipſam habuiſſe conſtaret,qui cum eos depoſſeſsione nequaquam eiecerit, nec hoc probatum fuerit,nec in iure confeſſum, non haberetur, quid obiciant extraneo detentori;pręſertim, cum & ipſi ſua auctoritate poſſeſsionem intrauerunt, & iniuriam alijs facientes, ius aliquod acquirere nequiuerũt,appellatio quoq. quam monachi ſe interpoſuiſſe proponunt, penitus nulla fuit,cum non,niſi a grauamine præſenti,præterito, vel futuro debeat appellari.Archidiaconus vero nec prius eos grauauerat,nec ipſos poſt app. grauauit, cum rem vacuam,cuius cuſtodiendi ius habet, immo quam ex officio cuſtodire tenetur,cuſtodiendam ſuſcepiſſe noſcatur. Deniq. appellationi monachorum non fuit vllatenus deferendum,quoniam,etſi ad eos eadem eccleſia pertineret, non debuerunt auctoritate propria ipſius poſſeſsionem intrare, præſertim cum ſciuerint,vel ſcire potius debuerint,quod cuſtodia eccleſiarum vacantium ad Archid.pertinebat, etſi tunc idem Archidiaconus præſens eſſet,eam denegaſſet eiſdẽ,& ſibi, prout ad eius ſpectabat officium,tenuiſſet.Cum autem clandeſtina fuiſſet eorum poſſeſsio,non potuerunt vere poſſeſſores haberi;cum ſuper poſſeſsione nequeat iniuria fieri clandeſtino poſſeſſori.Cũ igitur hęc,&alia multa vtrinq. propoſita fuerint coram nobis, viſis inſtrumentis,& atteſtationibus partium,& allegationib. diligentius intellectis, de communi f. n.con. Abbatem,& monachos in eundẽ ſtatum,in quo tempore appellationis ex veriſimilibus,& probabilibus cauſis ad nos legitime interpoſitę fuiſſe noſcuntur,proprietatis vtriuſlibet ſaluo iure, decreuimus reducẽdos, ac fructus medij temporis cenſuimus pariter aſsignandos eiſdem. Quocirca diſ. v.per A. ſ.m.qua.ſub.cuius.contrad.& ap.ob. in eum ſtatum, in quo tempore appellationis fuiſſe noſcuntur,præfatos Abbatem,& monachos reducatis, & faciatis eiſdem pariter reſignari fructus medij temporis vniuerſos; contradictores,ſi qui apparuerint,vel rebelles, mo. p̃. per cen.ecc.ap.poſtpoſita compeſcentes.

*Idem ſancti Auguſtini,& ſancti Gregorij Priorib. Cantuar.* *Cap. 10.*

DIL. f. I. & A.Prior,& monachi eccleſię c.52.c. Cantuarieñ.nobis humiliter retulerũt; quod cum pro cauſa, quæ inter dictos Priorem, & monachos,& ven. f. Cant. Archiepiſcopum ſuper capella deLameche vertebatur,ab ipſis Priore,& monachis mitterẽtur,ſicut eis propoſitum fuit; idem Archiepiſcopus poſt iter arreptum in eos excommunionis ſententiam promulgauit; cum autem plus ſit ad ſedem Ap.facto prouocare,quam verbo;& ipſis propter prædictam cauſam ad Rom. eccleſiam venientibus intelligatur ad ſe. Ap. prouocatum;diſ.v.per A.s.m.qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur,dictos I.& H.† ap. poſtpoſita denũtietis excommunionis vinculo non teneri. † A. forte

*Idem Epiſcopo Helieñ.* *Cap.11.*

PASTORALIS officij diligentia.& c.53.c. infra.Quæſiuiſti etiam diligenter,vtrũ, quando inhibetur appellatio in reſcripto, fruſtratoria tantum appellatio inhibita videatur;vt ab omni grauamine liceat appellare; an omnis appellatio videatur excluſa, niſi tantum in caſibus expreſsis a iure. Nos igitur attendentes,quod per appellationem fruſtratoriã, & ſi non fuiſſet inhibita, negotium non debeat † impediri,diligentiæ tuę breuiter reſpõdemus;quodquęlibet prouocatio intelligitur † at debuerat remoueri,quę a iure nõ indulgetur expreſſe, ſed ſi appellans fuerit grauatus iniuſte,grauamen huiuſmodi per ſuperiorem poterit emẽdari. Verum, quia multotiens quis ad tempus per appellationem legitimã a iudicis ſui, quo ad aliquem certum articulum eximitur poteſtate;tuæ fraternitatis nos duxit diſcretio conſulendos, vtrum ſi clericus excommunicationis ſententia innodatus, ante denuntiationem ipſius ab ea, tamquam minus rationabiliter promulgata,in eo caſu, in quo ante ſententiã appellatio vires optinuiſſe videtur, curauerit prouocare;eo quod per appellationem interpoſitã excõmunicantis videtur iuriſdictio dormitaſſe;ipſe denũtiare poſsit eũ-



dem

dem, & ad tempus eccleſiaſticis beneficicijs ſpoliare,cũ per prouocationem taliter factam ſuo effectu excõmunicatio nõ priuetur. Nos itaq.inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum,quod cum executionem excommunicatio ſecum trahat, & excõmunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipſum excommunicatum denuntiare non immerito poteſt,vt ab alijs euitetur, & illi nimirũ prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur,cui eccleſiæ communio denegatur.

*Idem Epiſcopo Pariſieñ.* *Cap.12.*

c.54.e. SOLLICITVDINEM paſtoralis officij prudenter exequeris,cum ſuper dubitationibus iuris reſponſo ſe. Apoſtolicæ poſtulas edoceri. Sane,ſicut ex tua inſinuatione recepimus, duobus coram ſuo Epiſcopo litigantibus,cum alter eorum ad ſe.Ap.appellaſſet, Epiſcopus interpoſitæ appellationi non deferens, ſed appellantem reputans contumacem,ipſum excõmunicationis vinculo innodauit; qui coram metropolitano ſuo de Epiſcopo ſibi petijt ſuper hoc iuſtitiam exhiberi aſſerens,quod poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam, ipſum excõmunicauerat,& excõmunicatum fecerat publice nuntiari,& petens ſe ad eum ſtatum, quo fuerat appellationis tempore a metropol.reduci,denuntiari videl.abſolutũ;adiciens etiam,quod appellationi nõ renuntiabat obiectę,ſed proſequi volebat eandem. Vnde tua fraternitas requiſiuit a nobis,vtrum metropolitanus de huiuſmodi conqueſtione cognoſcere valeat, etſi reperit illũ legitime prouocaſſe, an eum denuntiare debeat abſolutum; & an,ſi Epiſcopus coram Archiepiſcopo appellauerit; ne is, qui excõmunicatus fuerat, abſoluatur, appellationi ſit huiuſmodi deferendum.Nos igitur inquiſitioni t. taliter reſpondemus; quod,ſicut metropol.de appellatione ad nos interpoſita cognoſcere omnino non valet,ſic nec de his, quæ poſt appellationem ipſam fuerint innouata; dummodo de illis cognoſci non poſsit,niſi de appellatione pariter cognoſcatur, vel de ijs, quæ ad appellationis cauſam cõtingere dignoſcãtur. In quo caſu, ſi metropolitanus ad cognoſcendum ſuas partes interponere forte præſumeret,Epiſcopus vtiq. poſſet ad appellationis beneficium conuolare; nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt,pertinet prudenter corrigere,quæ contra ipſam inuenerit attemptata. Si vero notoriũ forſan exiſteret, quod mandatum Epiſcopi indiſcretum fuerat, vel iniuſtum,cui nõ tenebatur ſubditus obedire; ac per conſequentiam ei liquerat euidenter, ſubditum legitime prouocaſſe: poteſt Archiepiſcopus auctoritate metropolitica declarare ſubditum irrationabiliter extitiſſe anathematis mucrone percuſſum. Cum autem excõmunicatus,qui appellauerat,iuxta præſcriptam formam coram Archiepiſcopo deponit contra Epiſcopum quæſtionem, vt videlicet de iniuria ſibi ab Epiſcopo irrogata cognoſcat,metropol. ipſe ad cognoſcendum de cauſa poteſt interponere partes ſuas, cum ille appellationis proſecutioni renuntiare tacite videatur;ſed ſi verbo,vel facto,appellationem ſe velle proſequi proteſtatur ſicut in propoſito caſu ſuperius eſt expreſſum, non eſt tamquam aduerſa petens,& ſibi cõtrarius audiendus.

*Idem Epiſcopo Cant.& M. Archid. Treceñ.* *Cap.13.*

DILECTO f.Decano Altiſiodoreñ. c.55.e. eccleſiæ,ac magiſtro B.ve.f.n. Altiſiodoreñ. Epiſcopi procuratore in noſtra præſentia cõſtitutis, idem magiſter propoſuit coram nobis, quod cum dictus Epiſcopus R. presbyterum domus Dei,in qua prouiſionem,& diſpoſitionem plenariam obtinere dinoſcitur, detineri faceret vinculis mancipatũ, pro eo, quod bona quædã eiuſdem,quæ furtiue ſubtraxerat,reſtituere detrectabat,propter quod etiam ab eodem Epiſcopo fuerat excõmunicationis vinculo innodatus; & ſupradictus Decanus Epiſcopum monuiſſet,vt eidem reſtitueret, vel ſaltem recrederet presbyterum memoratum, quem ad iuriſdictionem ſuam ſpectare firmiter aſſerebat: Epiſcopus metuens, ne Decanus aliquid in ſuum præiudiciũ attemptaret;ſe,ac ſuos,ſtatum eccleſiæ,ac ciuitatis ſuæ protectioni metropolitani ſupponens,ad metropolitanę ſedis audientiam appellauit,feſtum ſanctæ Ma.Magdalenę proximo præteritum terminũ appellationi pręfigens.Verum Decanus poſtmodicum canonicis Altiſiodoreñ. conuocatis, interdictum huiuſmodi eis contradicentibus promulgauit, vt Epiſcopo in ciuitate præſente a diuinis in Altiſiodoreñ.eccleſia ceſſaretur. Poſtmodum vero cum die appellationi pręfixo comparuiſſent partes coram officiali curiæ Senoñ. Decanus allegans, quod appellationi ab Epiſcopo interpoſitæ ideo non duxerat deferendum, quoniam presbyter ſupradictus adhuc in vinculis tenebatur, vocem ad nos appellationis emiſit; officialis autẽ irritũ iu-



iudicauit interdictũ a Decano poſt appellationẽ Epiſcopi ad ſedẽ metropol. interpoſitã promulgatũ.& infra. His igitur,& alijs, quæ vtrimq.fuere propoſita coram nobis,intelleximus euidenter quod & ſi Epiſcopus prudẽter,& vtiliter prouidiſſet,vt recredidiſſet Decano presbyterum ſæpedictum ad omnem prorſus ſcandali materiam anputãdam; quia tamen idem Epiſcopus,ſicut præmiſſum eſt, diuerſos modos expreſsit,ſecundũ quos Decano paratus fuit ſuper captione presbyteri iuſtitiæ plenitudinem exhibere,ad metropolitanam ſedem appellans, Decanus poſt hoc nõ potuit ferre ſententiam interdicti,& ideo de communi f.n. conſilio ſententiam ipſam ab eo poſt ap.legitime promulgatam irritam decernimus, & inanem;illo nequaquam obſtante,quod Decanus ad excuſationem ſuam quaſi variando propoſuit coram nobis,quod priuſquã Epiſcopus appellaſſet, ipſe ſententiam tulerat, cuius tamen effectum ad tẽpus duxerat ſuſpẽdendum,cum interim appellatione interpoſita procedere non debuerit ad ſententiam exequendã. Officialis tamen proceſſum,qui poſt ap.ad ſe.Ap.interpoſitã,huiuſmodi ſentẽtiam interdicti decreuit irritã, & inanem,& mandauit penitus non ſeruari, temerarium iudicantes,cum ap.ad nos interpoſita nihil debuit innouari. Præterea licet excõmunionis ſententia per Epiſcopum promulgata, rite lata prima facie videretur,quoniam cum per iam dictum officialem mandatum eſſet,ne ſeruaretur in eccleſia interdictũ, & idem Decanus,ne celebraretur in eccleſia, prohibendo diuinum videretur officium perturbare;quia tamẽ per ap. ad nos interpoſitã ex parte Decani,cui etiam officialis duxerat deferendum,apoſtolos concedendo,non ſolum principale negotium, ſed acceſſoria etiã ad noſtrum referebantur examen, ſentẽtiam vt pote poſt ap.ad nos legitime interpoſitam decernimus viribus caruiſſe, ac ipſum Decanum ea non fuiſſe ligatum. Verum licet Archiepiſcopus quorundam conſilio circunuentus poſt ap. ad nos emiſſam, de qua ſibi per officialis ſui litteras innotuerat, Decanũ denuntiauerat euitandũ;Senoñ.canonicos, qui ſaniori ducti conſilio cõmunicarunt eidem, vt appellationi ad nos interpoſitæ,magis quã denuntiationi ab Archiepiſcopo factæ deferrent,inculpabiles iudicamus.

## DE CONFIRMATIONE VTILI, vel inutili. Tit.xx.

*Idem Decano Padeburgeñ.* *Cap.1.*

CVM di.in Chro fil. Abbatiſſa,& Decõfir. c.4. ſorores eccleſię de Gandeſen. ſua cuperent priuilegia renouari,nobis humiliter ſupplicarunt, qua. aliquib. perſonis ſcriberemus, vt priuilegia ipſius eccleſiæ, quæ propter viarũ diſcrimina ad noſtram pręſentiam tute deſtinari non poterant, inſpicerent diligenter,tenorem ipſorum fideliter cõſcribentes, ſigillis eorum ſignatum,noſtro conſpectui pręſentãdum. Verũ nos eorum poſtulationib. concurrentes,quattuor Epiſcopis,& Abbatib. totidem hoc iniunximus exequendum,qui Apoſtolico mandato parentes priuilegia felicis recorda. Agapeti, & Ioannis præ.noſtrorũ ſibi pręſentata ſubtiliter conſpexerunt, tenorem eorũ,ſub ſigillis ſuis nobis fideliter tranſmittentes.ve.f.n.G.Remeñ.Archiepiſcopus,tũc Epiſcopus Præneſtinus in partib.illis officiũ legationis exercens,tenorẽ priuilegior.ipſorũ ſub ſigillo proprio,noſtro fecit cõſpectui pręſentari.Nos autem tam Legato, quam inquiſitorib.ipſis fidem debitam adhibentes, licet non videremus,quare non deberent eadẽ priuilegia innouari,quia tamen C.maioris eccleſiæ, & I.ſanctæ Crucis canonici propoſuerũt Hildeſemeñ. eccleſiam in poſſeſsione ſubiectionis ipſius monaſterij per C.annos,& amplius extitiſſe,priuilegia ipſa tunc non duximus innouanda. Verum, vt tam monaſterio, quam ipſi eccleſiæ ſuã iuſtitiam ſeruaremus; dil.f. Pigaueñ. Corbieñ. & de Lapide ſancti Michaẽlis Abbatib.dedimus in mandatis,vt ad locum idoneum pariter accedentes;citatis, qui fuerant euocandi, inquirerent ſuper omnibus diligentius veritatem; & vſq. ad diffinitiuam ſententiam procedẽtes, geſta omnia ſub ſuarum teſtimonio litterarum cõſcripta, fideliter ad ſe. Ap. deſtinarent, præfigentes partib. terminum conpetentem, quo noſtro ſe conſpectui præſentarent,ſententiam recepturæ.ipſi vero mandatum Apoſtolicũ exequi cupientes,partes ad ſuam præſentiam citauerunt; & cum vellent in cauſa procedere, occaſione cuiuſdam interlocutorie,quam tulerunt,pars Hildeſemeñ. eccleſiæ ad ſe. Ap. appellauit:propter quod iudices ipſi in cauſa procedere nequiuerunt.nuper autem partib. in noſtra præſentia conſtitutis, prædicta petijt Abbatiſſa,quatenus deberemus priuilegia ſuæ eccleſiæ innouare, præſertim, cum in præſentia delegatorum iudicum pars Hildeſemeñ.eccleſiæ nihil oſtendere ſtuduerit, vel probare, quod monaſterio, vel priuilegijs

 eiuſ-

eiuſdē in aliquo derogaret. Ex aduerſo vero fuit ſollicite poſtulatum, vt cauſam ipſam diſcretis viris cōmittere dignaremur, qui teſtes reciperent, quos contra priuilegia monaſterij, & probādum præſcriptionem legitimam inducere proponebant. Nos ſiquidem diligentius attendentes, quod iure ciuili prouida ſit deliberatione ſtatutum; vt quando periculū teſtium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis caſibus ſubtraharur, & lite non conteſtata teſtes valetudinarij, & alij, de quibus ex alia rationabili cauſa timetur, ad teſtimonium admittantur eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocata; prædicta priuilegia, quaſi iam nimiā vetuſtate conſumpta fuerint, non in pergameno, ſed in papiro conſcripta, duximus innouanda. Nolentes, quod in nouatione huiuſmodi nouū ius monaſterio acquiratur, ſed vt antiquum ius, ſi quod habet, per innouatum priuilegium conſeruetur. Quia vero præfatum monaſterium ad ius, & proprietatem Apoſtolicæ ſedis per priuilegia prę.n. pertinere monſtratur, ne ius eccleſiæ Romanæ remaneat indefenſum, eandem Abbatiſſam procuratricem ipſius duximus ſtatuendam; vt cū aduerſus eccleſiam Rom. poſſeſsiones, & iura non, niſi centenaria currat præſcriptio; ipſa ſuper hoc, & alijs vice noſtra procuret, quæ corā nobis fuerant in iudicio procuranda. Nolentes igitur, quod de ſtatu eiuſdem monaſterij diutius dubitetur, per quod cauſa ipſa remaneat vlterius indeciſa; d.v. per A. ſ. m. qua. locum tutum, & cōmodum eligentes, infra ſex menſium ſpatium poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarū præſentium, recipiatis teſtes, quos ad preſcriptionem probandam Hildeſemeñ. eccleſia,

† Gandeſeñ. ſupra. vel ad interruptionē oſtendendā Guandeñ. † cœnobium dixerit producendos, et ſi legitimam prę̨ſcriptionem probauerit, vt intēdit; niſi probata fuerit interruptio ex aduerſo, ſubiectionem ipſius moneſterij adiudicetis eidem; cum conſtet ipſum in ſua diœc. conſtitutum; priuilegium, quod ipſi monaſterio innouari fecimus, corrumpentes. Alioquin eidē ſuper hoc perpetuum ſilentium inponentes, monaſteriū ipſum pronuntietis perpetua libertate gaudere, noſtro ſibi priuilegio reſignato.

*Idem Epiſcopo, & Præpoſito Uiſineeñ. Cap. 2.*

A D audientiam noſtram di. f. Præpoſito Nemauſieneñ. † ſignificante peruenit, quod quidam canonici Nemauſeñ. eccleſiæ ſuper dilapidatione, vel alijs criminibus infamati, a nobis litteras confirmationis ſuper adminiſtrationib. ſuis optinere laborant, religionis, ac profeſsionis ſuæ condicione ſuppreſſa. Cū igitur regularibus perſonis non conſueuerit Apoſtolica ſedes aliqua perſonaliter confirmare; dil. v. per A. ſ. m. qua. confirmationes ipſas, quas ab ipſis canonicis, cum regulares exiſtunt, noueritis taliter impetratas, auctoritate noſtra ſuffulti denuntietis irritas, & inanes. c. 5. e. † Nemauſeñ ſcribo

*Idem nobili viro Matthæo de Romana. Cap. 3.*

EXAMINATA cauſa, quæ vertitur inter te, ac milites Campanicos ſuper eccleſia ſancti Angeli de Romana Caſaparata, actis confeſsionibus, & atteſtationibus intellectis, inſpectis inſtrumentis, & allegationib. indagatis, perpendimus euidenter arbitrium, quod T. vicedominus Sabineñ. dicebatur ſuper eodem negotio promulgaſſe, contra formam iuris, & compromiſsi, fuiſſe dictatū. Vnde non obſtante confirmatione felicis me. C. p̄. noſtri, qui confirmauerat illud, ſicut prouide latum fuerat, & ab vtraq. parte receptum; decernimus ipſum irritum, & inane. Actionem autem, quam ſuper iure patronatus eiuſdem eccleſiæ contra præfatos milites intendebas, incongruentem cognouimus, & ineptam. Quia cum teſtes induxeris ad probandum, quod quando præfatus vicedominus eccleſiam eandem, tamquam ſequeſter accepit, tu ipſam eccleſiam poſsidebas, profecto nec rei vindicationē intendere, nec ipſius reſtitutionem poteras poſtulare. Vnde intentionem tuam in hac parte pronuntiauimus nō tenere, abſoluentes eoſdem milites ab eadem, ita tamen, quod ſi congruentem, & aptā intendere volueris actionem, reſpondere tibi nihilominus teneantur. c. 7. e. & de iudicijs. c. 15.

LIBER



# LIBER TERTIVS.

## DE VITA, ET HONEſtate Clericorum. TIT. I.

*Idem prælatis, & clericis Lombardiæ. Cap. 1.*

De vita & hon. cler. c. 5. CVM ab omni ſpecie mala præcipiat Apoſtolus abſtinere; nos, qui licet indigni conſtituti ſumus a Deo ſuper gētes, & regna, vt iuxta verbū propheticū euellamus & deſtruamus, & ędificemus etiā, & plantemus; ſūmopere debemus ſatagere, quatenus euellamus vitia, plātemus virtutes, deſtruamus iniqua, & ædificemus honeſta; ſicq. nr̄a ſollicitudine mediāte praua trāſeant in directa, & aſpera conuertantur in plana. Licet autem huius noſtrę ſollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia ſapientibus ſumus, & inſipientibus debitores: ſpecialiter tamen ad clericos, qui dormire debēt a vitijs, vt ſint pennæ columbæ deargentatæ, ne quid appareat in illis, quod obfuſcet candorem eccleſiaſticę puritatis. Sane ad audientiam Apoſtolatus noſtri multorū aſſertione peruenit, quod cum ex delegatione noſtra cauſis ſuſcipitis per tractandas more ſæcularium, ſuper decima litis, vel parte alia, pro diuerſa terrarum conſuetudine, præter expenſas victualium, cum litigantibus receptis pignoribus pro ſalario conuenitis, quod poſtmodū vſq. ad ſolutionem pecuniæ, nolentib. etiam partibus, contenditis detinere; non attendentes, quod ad hoc vobis, & alijs clericis ſunt eccleſiaſtici redditus deputati, vt ex ipſis honeſte viuere debeatis, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum igitur operā veſtra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad inſtar ſæcularium ad turpe compendium iuris occaſionem arripere, vni. v. per A. ſ. m. atq. præcipimus, qua. ab huiuſmodi exactionibus decetero abſtinentes, vigorem iudiciarium gratis ſtudeatis litigantibus impertiri, non obſtante, quod in fraudem a quibuſdam proponitur, quod idē exigatur nomine aſſeſſorum, cum nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat, & venales ſententiæ ipſis etiā ſæcularibus legibus reprobantur.

*Idē Liuoñ. Ep̄o, & eis qui cū ipſo ſunt, fratrib. c. 2.*

DEVS, qui eccleſiam ſuā noua ſemper prole fecundat, volens moderna tēpora conformare priorib. & fidem catholicam propagare, prędeceſſorib. veſtris, & vobis poſt eos piū inſpirauit affectū; vt Liuoñ. ingreſsi prouinciā, paganis euāgelizaretis nomen domini Ieſu Chriſti, eorū ſequentes exemplū, quibus in euāgelio legimus eſſe dictū. Euntes docete omnes gētes bap. eos. in. no. pa. & fi. & S. S. de quib. euāgelicus ſermo ſubiungit. Illi autē p. p̄. vbiq. Do. co. & ſermonē cō. ſe. ſig. Attēdens etenim euangelicus ille pater familias, quod meſsis eſt multa, operarij autem pauci: adhuc mittit operarios in meſſem ſuā, & in hac quaſi vndecima hora vineæ ſuæ nouos deputat vinitores, quor. laborem pariter cū primis denario recōpenſet. Vnde, cū euāgelizandi officiū, eo aſsūpſeritis inſpirāte, qui facit vtraq. vnū; oportet vos in vnitatis & caritatis ſpiritu ambulare, illorū ſequentes exemplū, de quib. legitur. Multitudinis autem credentiū erat cor vnū, & anima vna. Ne igitur, ſi diſpar in vobis obſeruātia fuerit, & diſsimiliter habitus apud eos, quib. vnū euangeliū prædicatis, ſcandalū ſuſcitetur, priuſq. diuidatur populus ille nouus, in partes, quā in vnā eccleſiā cōgregetur, cū paratus ſit adhuc inimicus homo meſsi dominicæ ſuperſeminare zizania: dis. v. mo. & exhor. in dn̄o, p A. vobis ſ. mādantes, qua. eo nō obſtāte, quod inter vos monachi ſunt, & canonici regulares, vel alij etiā regularē vitam ſub alia diſtinctione profeſsi, pariter in vnū regulare propoſitū, & honeſtum habitū, quantū ad hoc ſpectat officiū cōformetis; ne noua eccleſia Liuoñ. plantatio pię m. p̄. tui, frater Epiſcope, ſanguine rubricata, vel leue in vobis ſcandalū patiatur, per quos radicāda eſt in fide catholica, & fouenda. c. 6. e.

*Idem Lundoñ. Archiepiſcopo. Cap. 3.*

TVAE diſcretionis prudētiā. & infra. Ad illud pręterea, quod a nobis tertio requiſiſti, qualiter clerici in latrocinijs, vel alijs magnis ſcelerib. deprehēſi puniri debeāt: reſp. quod a ſuis ordinib. degradati, detrudi debeāt in artis monaſterijs ad pęnitentiam peragendām. De pœnis. c. 6.

*Idem.* *Cap.4.*

De vita & hon. c.7.&de fil. pres. c.15.&de elec. cõ- ſu. c.8. CVM decorem domus Domini. & infra. Interdum ludi fiunt in eiſdem eccleſijs theatrales,&non ſolum ludibriorum ſpectacula, introducuntur in eas monſtra laruarũ: verum etiam in tribus anni feſtiuitatib. quæ cõtinue natalem Chriſti ſequuntur, diaconi, presbyteri,ac ſubdiaconi vicisſim inſaniç ſuç ludibria exercentes,per geſticulationum ſuarum debacchationes obſcenas incõſpectu populi, decus faciunt clericale vileſcere, quem potius illo tempore deberent prædicatione mulcere.Quia igitur ex officio nobis iniuncto domus Dei nos zelus comedit, & obprobria exprobantium ei ſuper nos cadere dinoſcantur;f.v.per A.s.m.qua.ne per huiuſmodi turpitudinem eccleſiæ inquinetur honeſtas;eos,qui ſunt publice vxorati,non admittatis decetero ad eccleſiaſticas dignitates, dimisſis ab eis,quas non poſſunt ſine prauo exemplo,& graui ſcandalo retinere.Filijs quoq. canonicorum præbendas in eiſdem eccleſijs conferri non ſinatis, quarum ſunt canonici patres eorum,cum indecorum ſit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret, in quo vnigenitus filius æterno patri pro ſalute humani generis victimatur.Prç libatam vero ludribiorum conſuetudinem,vel potius corruptelam curetis ab eccleſijs veſtris taliter extirpare, quod vos diuini cultus, & ſacri comprobetis ordinis zelatores.

## DE COHABITATIONE CLERICOrum,& mulierum. Tit. ij.

*Idem Exomeñ. Epiſcopo.* *Cap.1.*

De cohab.cle. c. 8. TVA nos duxit fraternitas conſulendos, ſi de clericis publice concubinam habentibus, qui, quando conueniuntur a te, ſe eſſe concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accuſator, credendum ſit teſtimonio bonor.virorum,inter quos viuere dinoſcuntur.Nos igitur conſul.t. t. reſpondemus, quod ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt merito debeat appellari notorium,in eo caſu nec teſtes,nec accuſator eſt neceſſarius,cum huiuſmodi crimen nulla poſsit tergiuerſatione celari. Si vero publicũ eſt;non ex euidenti cauſa,ſed ex fama, in eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt; cum non ſit teſtimonijs,ſed teſtib.iudicandum; ſed ſi de clericis illis talis habeatur ſuſpicio, vt ex ea ſcandalũ generetur in populo;licet contra ipſos nõ apparuerit accuſator, tu tamen eis canonicam potes indicere purgationem;quam ſi prçſtare noluerint, vel defecerint in præſtando, eos canonica poteris animaduerſione punire.

*Idem Piſtorieñ. Epiſcopo.* *Cap.2.*

A nobis tua fraternitas requiſiuit.& infra. c.9.e. Cum clericis quoq. non permittas habitare mulierculas, niſi forte de illis perſonis exiſtant,in quibus naturale fœdus nihil permittat ſæui criminis exiſtimari. † †al.ſuſpicari.

## DE CLERICIS CONIVGATIS. tit. iij.

*Idem Archiepiſcopo Nor Wiceñ.* *Cap.1.*

DIVERSIS fallacijs homines De cler. cõiu.c.5 circunuenti, Deo, & mammonæ famulari conantur,cum tamen ſecundum euangelicam veritatem, nemo poteſt duobus dominis ſeruire,quoniam ſi vnum dilexerit,alium habebit exoſum,aut vno contempto,alium ſuſtinebit.accepimus etiam, quod quidam clerici tuæ diœc.qui ſollemniter in conſpectu eccleſiç matrimonium contraxerunt,eccleſiaſtica beneficia detinere contendunt,in quor.conuerſatione cithara cum pſalterio male cõcordat. Cũ igitur vir cogitet, quomodo placere poſsit vxori,& ideo minus,quæ Dei ſunt, valeat cogitare;cum quaſi diuiſus in duo plenã ſui non habeat poteſtatem.vt ei,a quo ſtipendium recepit,plenius famuletur.f. t. præ. auctoritate m. qua. huiuſmodi clericos beneficijs eccleſiaſticis,quç in tua diœc.ſunt adepti, auctoritate noſtra ſuffultus valeas ap.re. priuare, præſertim cum rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia ſoleat deperire per tales,niſi forte talibus ſcienter contuleris eccleſiaſtica beneficia,quibus eos non per te,ſed per ſuperiorẽ decernimus ſpoliandos.

*Idem Acheruntino Archiepiſcopo.* *Cap.2.*

CVM olim ad noſtram audientiam per- c.6.e. ueniſſet,quod canonici Anglouẽ.dil.f.Cantorem Tricariceñ. ſibi elegerãt in paſtorem; tibi dedimus in mandatis, vt examinata electione diligentius, & perſona;ſi electionem canonicam,& perſonam idoneam inuenires, electionem ipſam auctoritate Apoſtolica confirmares, ſicut metropolitanus in ceteris proceſſurus. Licet autem tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate perſonæ



perſonæ in alijs conſtitiſſet, mouit te tamen, & ad nos conſulendos induxit,quod cum pater eiuſdem Cantoris Græçus fuerit,& iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit in minoribus ordinibus cõſtitutus, Cantorem ipſum ex vxore legitima in ſacerdotio ſuſcepiſſet. Nos igitur attendentes,quod orientalis eccleſia votum continentiæ non admiſit, quin orientales in minoribus ordinibus contrahãt, & in ſuperioribus vtantur matrimonio iam cõtracto:f.t.per A.ſ.m.qua.niſi pro eo,quod inter Latinos Græci huiuſmodi conuerſantur,regionis cõſuetudo repugnet; ſi aliud nõ obſiſtat,ad confirmationem,& conſecrationem eiuſdem Cantoris ſine dubitatione procedas.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIbus præbendatis in eccleſia. Tit. iiij.

*Idem capitulo Raguſiñ.* *Cap.1.*

De cler. nõ reſid. c.9. QVALITER Archiepiſcopus veſter temeritate propria receſſit ab eccleſia Raguſiñ. nec iam vltra quadriennium expectatus redierit,& per litteras noſtras etiã reuocatus, veſtra vniuerſitas plene nouit, cũ ſæpius apud nos depoſuetitis ſuper hoc querelam, & vobis concedi poſtulaueritis licentiam eligẽdi.Nos autem expectantes diutius duximus expectandum:ſi forte reuerteretur ad cor,& ad eccleſiam ſuam,quam taliter reliquerat,remearet.Nolentes igitur,quod diutius eccleſia ipſa paſtoris maneat ſolatio deſtituta;diſ.v.per A.ſ.m.atq.præcipimus,qua. niſi forſitan iam redierit, vos poſt menſem a receptione præſentium perſonam vobis idoneam in Archiepiſcopum eligatis,& electionem veſtram nobis curetis quamcitius præſentare.

*Idem Conſtantinopolit. Patriarchæ.* *Cap.2.*

c.10.e. INTER quattuor animalia.& infra. De clericis autem, qui eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas ſine iuſta, & neceſſaria cauſa, tuo præſertim non accedente conſenſu, in hac deſerunt nouitate, hoc tibi duximus reſpondendum;quod poſtquam congruo tempore fuerint expectati, niſi redierint ad illas, poſſunt eis iuſte priuari,dummodo non ſunt iuſto impedimento detenti.

*Idem Archiepiſcopo Patraceñ.* *Cap.3.*

c.11.e. EX tuæ deuotionis inſinuatione recepimus. & infra. In eccleſijs autem eorum, qui ſe fraudulenter abſentant,nec ad ipſos valet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari, & ſi non ſic curauerint obedire,ſi vltra ſex menſes ſuas deſeruerint eccleſias,vt iuxta canonicas ſanctiones eis debeãt merito ſpoliari;contra eos quoq.ſicut ſupradictum eſt,etiam procedatur,ſ. vt ipſos poſt ſuſpenſionis, & excommunionis ſententias ad tuam obedientiam venire cõpellas. quod ſi nec ſic illorum malitia poterit emolliri,eos dil. f.B. tt. S. Suſannæ presbyter Card. Ap. ſe.L.ab ſpiritualium adminiſtratione remoueat,& quib.poſsit eccleſijs,de perſonis idoneis faciat prouideri, & in eos degradationis ſententiam non promulget, vt cum eis miſericorditer,ſi expediat,facilius agi poſsit.

*Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo.* *Cap.4.*

TVAE fratern.diſcretio poſtulauit.& c.11.e. infra. Quæſiuiſti præterea, vt cum interdum canonici, quibus ſtudiorum gratia eſt indultum,vt in abſentia ſua fructus percipiãt prçbendarum ſuarum,accepta licentia,ſe ad villas transferant,vel caſtella,in quibus nullum eſt, vel minus competens exercitium ſtudiorum;vtrum præbendarũ ſuarum fructus ſint talibus conferendi. Ad quod breuiter reſpõdemus;eis qui huiuſmodi fraudem committunt,cum fraus, & dolus nemini debeat (patrocinari impertiri,† prçfatam indulgentiam competere non debere. †patrocinium impertiri.

## DE PRAEBENDIS, ET DIGNITAtibus clericorum. Tit. v.

Greg.9

*Idem Zamoreñ. Epiſcopo.* *Cap.1.*

CVM ſecũdum Apoſtolum, qui Depræb. c.16. altario ſeruit; de altari viuere debeat, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede; patet a ſimili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti,cuius obſequio deputantur,vt ipſa nominis ratio perſuadet. cum igitur a cleros,quod eſt ſors, vel hereditas,clerici appellentur; quia in ſui ordinatione,vel aſſumuntur in hereditatẽ domini, vel aſſequuntur hereditatem in ipſo;vt vere poſſint pſallere cum Propheta: Dominus, pars hereditatis meæ; dignum eſt,vt eccleſiæ ſtipendijs ſuſtententur; inqua,& per quam diuinis obſequijs aſcribuntur.Licet autem prçdec. noſtri ordinationes eorũ, qui ſine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantiũ irritas eſſe voluerint,& inanes:nos tamen benignius agere cupiẽtes,tãdiu per ordinatores, vel ſucceſſores eorũ prouideri volumus ordinatis,donec per eos eccle. beneficia cõſequãtur,

..e forte clamores clericorum pauperũ, quos in aures domini Sabaoth credimus introire, indurata facie negligere videamur. Inde eſt, quod, cum dil.f.G.lator præſentium a G.bo. me.præ.tuo, ſicut aſſerit, in officio fuerit ſubdiaconatus, nullo præſentante promotus, f. t.m.qua.ſi eum dil.f.quibus examinationem ipſius duximus committendam, te citato legitime, vt per te ipſum, vel idoneum reſponſalem interſis, & tam ſuper idoneitate perſonæ, quam etiam ſuper quantitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat, quidquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum eſſe repererint, & eccleſiaſtico beneficio non indignum, tamdiu ei vitæ neceſſaria congrue ſubminiſtres, donec per te in Zamoreñ. eccleſia, vel alia fuerit beneficium eccleſiaſticum aſſecutus; ſciturus pro certo, quod ſi per examinationem illorũ fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mãdatum noſtrorum neglexeris prouidere; cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per diſtrictionem eccleſiaſticam compellemus; quia, ſicut nolumus iniuſta præcipere; ſic volumus, cum iuſta præcipimus, efficaciter exaudiri.

*Idem Archiepiſcopo, Præpoſito ſancti Andreæ, & ſcholaſtico ſancti Petri Colonieñ.* Cap. 2.

De rer. perm. c. 8. CVM vniuerſorum fidelium ab ipſo domino Ieſu Chriſto paſtoralis nobis ſit cura commiſſa, ſollicitudini noſtræ dinoſcitur expedire; vt ſic debeamus quoſlibet in ſuis rationib. cõfouere, quod aliquorũ iura incõſpectu eccleſię diſpendium non ſuſtineant. ſed firma, & illibata debeant permanere. Intelleximus ſiquidem dil.f.G.canonico ſancti Ioãnis in Leodio referente; quod cum ipſe, & L. clericus ducti quadam leuitate animi de permutatione præbendarum ſuarum inter ſe tractare cœpiſſent, quia vtilitatem vtriuſq. iminere credebant: tandem idem L. clericus occaſione dictæ permutationis, præbenda eiuſdem G. quam in eccleſia ſanctæ Mariæ Namureñ. habebat, cuidam conſanguineo aſsignata, præbendam ſancti Bartholomęi, quam ſæpedicto G. repromiſerat, nequaquã voluit reſignare; & ſic idem G. vt aſſerit, ſua ſpe remãſit omnino fruſtratus. Cumq. ſuper hoc in præſentia ve.f.n.Leodoñ. † Epiſcopi (*† Leodieñ. forte*) fuiſſet diutius litigatum, tandem idem L. ſe. Ap.appellauit, & cum dictus G.non ſine magno labore, & periculo acceſiſſet; idem L.nec venit, nec per ſe curauit mittere reſpõſalem. Cum igitur deceptis, & non decipientibus iura ſubueniant, fraus etiam, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri; licet ipſi per ſe de iure nõ poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare; vt tamen ſimplicitati venia tribuatur; diſ.v.per A.ſ.m. qua. ſi vobis conſtiterit prætaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, ab ipſa Namureñ. prębenda, quam diu dicitur poſſediſſe, amoto conſanguine ipſius L. vel quolibet alio illicito detentore, eandem ſubmoto ap.ob.G.faciatis reſtitui memorato, & eundem ipſius pacifica poſſeſsione gaudere.

*Idem Archiepiſcopo Senoñ.* Cap. 3.

De præ. c. 17. INTER cetera. & infra. Tibi ſiquidem ſatis credimus eſſe notum, qualiter facta reſignatione a W. quondam canonico Lauduñ. de præbenda eiuſdem eccleſiæ, quæ per commutationem præbendarũ H.tunc Siclinieñ. canonico a bo. me. Decañ. Rem. auctoritate Apoſtolica aſsignari debeat, magiſter P. de Conſtanent. per Lauduñ. Epiſcopum de prębenda fuerit inueſtitus eadem, & tã in choro, quam capitulo per Decañ. & canonicos Lauduñ. adhibitis ſollemnitatibus debitis iuxta Lauduñ. eccleſiæ conſuetudinem inueſtitus, ſuper quo cum inter magiſtrum ipſum, & dictum H. cõtrouerſia ſuborta fuiſſet. & infra. Per bo.me.C.Papam prę.n.omnia retractata fuerint, ſicq. magiſtro ipſo ſpe ſua omnino fruſtrato. & infra. Supradicto Epiſcopo diſtricte dedimus in præceptis, vt donec idem magiſter in eadem eccleſia fuerit prębendale beneficium aſſecutus, nulli alij præbendam modo quolibet aſsignare præſumat. quod ſi forte præſumpſerit, id irritum decernimus, & inane. Decet enim vt, quia præbendam ei, quam de iure nõ potuit, aſsignauit; eam, quã de iure poteſt, aſsignet, ne præbẽdam illi fraudulenter viſus ſit aſsignare.

*Idem Epiſcopo, Archidiacono, & Cantori Tornaceñ.* Cap. 4.

c.18. e. CVM iam dudum. & infra. Verum, quoniam a iamdicto R. Oruioceñ. canonico præfato I. quædam obiecta fuere, quæ non decuit ſub ſilentio præteriri, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis, & auaritiæ vitium, cui nondum finem imponens contra diſſinitionis noſtræ tenorem, & Lateraneñ. ſtatuta concilij ad obtinendum præpoſituram Siclinieñ. ſe ingerit, & ingeſsit, & quod die intruſionis ſuæ ante confirmationem ſuam præ-



ſuam præſumpſerit miniſtrare, ſicut & poſt confirmationem caſſatam, quam a Sueſioneñ. iudicibus impetrauit, per A.v.s. m. qua. ſi inueneritis prædictum I. habentem plures alias dignitates, atq. præbendas, aut aliquod aliud præmiſſorum inueneritis eſſe verum, quod ad caſſationem eius ſufficiat, ei ſuper iamdicta præpoſitura ſub. ap. ob. ſilentium imponatis ab impetitione ipſius Siclinieñ. eccleſias abſoluentes; cum multa per patientiã tolerentur; quæ, ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia non debeant tolerari.

*Idem Archiepiſcopo, & Archidiacono Senoñ.* Cap. 5.

c.19. e. DILECTVS filius T. Lingoñ. canonicus in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, quod, cum de mandato bo. me. G. Pap. præ. n. G. quondam Lingoñ. Epiſcopus quandam præbendam aſsignaret eidem in eccleſia Lingoñ. & eadem ſibi per prædictum præ. n. fuerit confirmata, quia capitulum Lingoñ. ipſum ad eandem præbendam recipere contemnebat, di.fi. Clareuall. & Lõguiuadi Abbates auctoritate præ.n.cum nollet aliquatenus a cõtradictione ceſſare, ipſum ſuppoſuerint eccleſiaſtico interdicto. Poſtmodum autem ad præſentiam noſtram accedens, ad dil.fi. Meduleneñ. & Guinciañ. Abbates optinuit ſcripta noſtra, ſed cum per eos iuſtitiam ſuam non poſſet optinere: nos ve. Remeñ. Archiepiſcopo ſanctę Rom. eccleſię Card. tunc Epiſcopo Præneſtino Ap. ſe. Legato, ſicut aſſerit, dedimus in mandatis, vt prædictam interdicti ſententiam, ſicut fuerat rationabiliter promulgata, faceret appellatione poſtpoſita firmiter obſeruari. Vnde, cum idem Archiepiſcopus negotium prorogaret, & idem poſt labores multiplices fere de promouendo ipſo negotio deſperaſſet, deficiens in expenſis ad inſtantiam Archiepiſcopi memorati, & auctoritate ipſius talis inter eundem T. ex vna parte, & ve.f.n.R. Epiſcopum, & dil.f. Canonicos Lingoñ. ex altera, compoſitio interceſsit, quod ipſo ab eodem capitulo per manus prædicti Archiepiſcopi recepto in canonicum, & in fratrem, & conceſſo ſibi ſtallo in choro, & participatione qualibet diuinorum, idem fructus præbendæ alicuius eiuſdem eccleſiæ percipere non deberet, niſi loco proximo vacaturæ. licet autem præfatũ Archiepiſcopum ſincera diligamus in domino caritate, ipſiuſq. velimus honori deferre, quia tamen in his quæ contra canonicas ſanctiones attemptari noſcuntur, ei deferre nec volumus, nec debemus, quod ab eo illicite factum eſt in hac parte, duximus irritandum, quod licite factum eſt, approbantes. Cum ergo dictum T. in canonicum recipi, & fratrem canonicis non obuiet inſtitutis, & vacaturam expectare præbendam, Lateraneñ. concilio non ſit dubium obuiare: nos illicito reprobato, quod eſt licitum, approbantes, quia videtur indignum, vt is, qui receptus eſt in canonicum, præbendæ beneficio defraudetur: di. v.per A.ſ.m. qua. dictos Epiſcopum, & canonicos Lingoñ. ſi verum eſt, quod aſſeritur, vt eidem præbendam, cum ſe facultas optulerit, non differant aſsignare, vos eos mo. pręmiſſa per cen. ec. ſub. cuius. contrad. & ap. ob. conpellentes, faciatis eidem portiones cotidianas, quæ fuerint in eccleſia memorata, ſine deminutione qualibet aſsignare, contradictores per cen. eandem appel. poſtpoſita conpeſcendo.

*Idem Epiſcopo Brixieñ.* Cap. 6.

TVAE fraternitatis deuotio. & infra. Pręterea conſuluiſti, cum ſæpe contingat, quod ad vnam præbendam duo clerici propter nimiam inportunitatem petentium eliguntur, vtrum cõfirmanda ſit talis electio, vel potius irritanda. (c. 10. e.) Nos igitur attẽdentes, quod ſi duo clerici vnam prębendam tenerent, illud eſſet contra concilium Turoñ. quod præbendarũ inhibet ſectionem, & ſi vnus illor. ipſam optineret præbendam, ſub expectatione alius, cõtra Laterañ. ſtatuta concilij remaneret. Inquiſitioni t. t. reſpõdemus, quod talis electio de rigore iuris penitus eſt caſſanda.

*Idem.* Cap. 7.

NISI eſſent viri prouidi, & honeſti tam ij, qui ordinationem fecerunt, quam illi; circa quos eſt facta ordinatio in eccleſia veſtra, ſuper prioratus negotio, ordinationem illam valde ſuſpectam propter exempli perniciem haberemus. (c. 11. e.) quod ergo poſt concertationem diutinam ordinatum eſt circa vnũ de duob. electis, vt ipſe habeat prioratum, hoc ex iuriſdictione delegata, ſecundum iuſtitiam, videtur † eſſe ſtatutum. (*† al. videatur*) Quod autem ordinatum eſt circa reliquum, vt ipſe xx. lib. de redditibus capituli, & xl. libras de prouentibus Prioratus percipiat annuatim; hoc ſecundum prouidentiam intelligitur eſſe præceptum, ex arbitraria poteſtate; cũ in delegatis fuerit cõpromiſsũ: qui auctoritatẽ ſibi retinẽdo cõmiſſam, ſe pro bono pacis, & vtilitatis,

hoc †

tat.hæc hoc † ordinaſſe fatentur.Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus eſt recepta, poſsintq. licite Prior, & capitulum de prouentibus ſuis propter cauſas prędictas,non quidem ex pactione partium,ſed ex iuſsione iudicum prouiſionem huiuſmodi exhibere; nos eam hoc habito moderamine toleramus;vt ad pręſtationem xl. librarum non dignitas prioratus, ſed perſona Prioris maneat onerata, ne forte vel circa prouentus aliqua videatur facta ſectio prioratus;ita quod ipſo Priore defuncto ſucceſſor ipſius ad pręſtationem xl.librarum minime teneatur.

† Xãtõ forte

*Idem Xandeñ. † Epiſcopo,& Abbati Baciañ.* *Cap. 8.*

c.21.e. PRO illorum prouiſione. & infra. Pro dil. f. Magiſtro P. Audoeñ. qui apud ſedem Apoſtolicam moram feciſſe dignoſcitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficiũ eccleſiaſticum aſſecutus, licet ad ipſum eſſet idoneus optinendum, ve.f.n. Burdegal. Archiepiſcopo litteris noſtris pręcipiendo mandauimus; vt ei in aliqua eccleſiarum ſuarum, vbi ei expedire cognoſceret, omni dilatione, & excuſatione poſtpoſitis, ſub.cuius. contr. & ap.ob.competens ei faceret beneficium aſſignari, præſumptionem eorum eccleſiaſtica dis. compeſcens, qui ſe ei duceret ſuper hoc temere opponendos, ipſe autem Archiepiſcopus, ſicut ſuis nobis litteris intimauit, attendens præfati magiſtri ſcientiam,& probitatem,illum cognoſcens idoneum ad tale beneficium optinendum,& poſt ſuſceptionem mandati noſtri,Decano, & capitulo Xantoñ. auctoritate noſtra mandauit, vt ipſum pro reuerentia ſe.Ap.in fratrem admitterent,& canonicum,& fraterna caritate tractarent. Cũque precibus eius, & mandatis noſtris reluctarentur canonici, ac indulgentiam de quadrageſimo canonicorum numero obtineretur,quam a ſe.Apoſtolica iactitant ſe habere, quia idem Archiepiſcopus manifeſte cognouit illos in eluſionem mandati noſtri, & ſua indulgentia conceſſa eis inreuerenter abuti, & non tantum xl. tunc eſſe canonicos in eadem eccleſia,ſed plures conſtiterit illi euidenter: magiſtrum prædictum de præbenda, & canonica Xantoñ. cum conſenſu, & voluntate tua frater Epiſcope, & prudentium virorum conſilio inueſtiuit,contradictores vinculo excommunionis aſtringens. & infra. Quia vero, quod per prædictum Archiepiſcopum de memorato magiſtro auctoritate noſtra prouide factum eſt, firmitatem debitam volumus obtinere;dis. v. per A. ſ. m. & dis.præ.qua. ſi vobis conſtiterit prędictos canonicos indulgentiam prædictam,quam habent, de certo canonicorum numero, non ſeruaſſe,& aliquem vltra conſtitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepiſſe;cum nobis legem imponere non debeant, quam ipſi negligunt obſeruare, latam in ipſos excommunicationis ſententiam a prædicto Archiepiſcopo tamdiu nuntietis auctoritate noſtra ſub. cuius contradict. & ap. ob. obſeruandam; donec ſæpedictum recipiant in canonicum,& in fratrem; & ea,quæ ad canonicum pertinent,cum ſtallo chori,& loco capituli ei ſtudeant aſsignare.

*Idem Biſuntino Archiepiſcopo.* *Cap. 9.*

TVIS quæſtionibus reſpõdemus, quod clericos in maioribus ordinibus conſtitutos de patrimonialibus bonis habentes,vnde poſſint congrue ſuſtentari,& ſi nondum fuerint eccleſiaſticum beneficium aſſecuti, aliud † canonicum non obſiſtat, ad ſuperiores poteris ordines promouere. c.13.e. †ſi aliud forte

## DE CLERICO AEGROTANTE, ET debilitato. Tit. vj.

*Idem Arelateñ. Archiepiſcopo.* *Cap. vn.*

EX parte tua fuit propoſitum coram nobis,quod cum ve.f.n. Arauſiceñ.Epiſcopus graui, & incurabili morbo fere iam per quadriennium laboraret, ita quod paſtorale officium non potuit,nec poteſt vllatenus exercere:nobilis de Bautio Princeps terræ illius Conſules, ac ciues ciuitatis eiuſdem a te poſtularũt inceſſanter, vt tam ipſis, quam Arauſiceñ. eccleſiæ, cum ſis metropolitanus eorum,ſtudeas prouidere. Verumtamen, cum prædictum Epiſcopum ad ceſſionem compellere nec poſsis, nec debeas vllomodo,nec afflicto afflictio ſit addenda,immo potius ſit ipſius miſeriæ miſerandum; eo quod ipſe vir bonus extiterit,& honeſtus;& eccleſiam ſibi commiſſam ſalubriter gubernarit:quid ſuper his agere debeas, ſed .Apoſtolicã duxiſti conſulendam. Nos igitur volentes tam præfato Epiſcopo, quam eccleſiæ ſuæ ſalubriter prouideri: f. t.t. reſpon.& per A. s. mandamus, qua. illi coadiutorem aſſocies De cler. ægr. c.5.





cies virum prouidum, & honeſtũ, per quem tam Epiſcopo, quam populo ſibi commiſſo ſalubriter conſulatur.

## DE INSTITVTIONIBVS. Tit. vij.

*Idem P. tt. ſancti Marcelli, & B. tt. ſanctæ Suſannæ preſbyteris Cardinalibus Apoſtol. ſe. Leg.* *Cap. 1.*

De inſtitut. c.5. AD decorem, & commodum tam eccleſiæ ſanctę Sophiæ,quam aliarum eccleſiarũ, quæ ſunt in vrbe Conſtantinopolit.conſtructæ,noſcitur pertinere;vt litterati viri,& morum honeſtate conſpicui, de quibuſlibet mundi partibus venientes inſtitui debeant in eiſdem.verum,ſicut noſtris auribus eſt ſuggeſtum,ve. f. n. Conſtantinopol. Patriarcha inmemor eorum, quæ ſibi ſuggeſsimus viua voce,ac poſtmodum per A.ſ.m. ſi tamen ad ipſum noſtræ litteræ peruenerint; aliarum nationum clericos ſpernẽs, Venetos tantum in ipſis eccleſijs,& pręcipue in eccleſia ſanctę Sophiæ ſatagit collocare.non attẽdens,quod in omni gente, qui facit iuſtitiam, acceptus eſt Deo; nec ſanctuarium Dei iure conuenit hereditario poſsideri.Quo circa diſ.v. per A. ſ. m. qua. eundem Patriarcham monere, ac inducere ſtudeatis, vt viros religioſos, honeſtos,& litteratos vndecumq. originem duxerint,in prædictis eccleſijs inſtituere non poſtponat,& maxime in maiori;proponentes eidem,quod ſi monitis noſtris acquieſcere forte non curauerit;indignum ſe reddet,vt vos aliarum nationum clericos ad eius obedientiam conpellatis;præſertim,cum ipſi propter hoc ad noſtram duxerint audientiam appellandum. neq. diſsimulare poteſtis, quin hoc auribus noſtris intimetis, vt ex hoc ipſo, an verum ſit, quod Venetis dicitur promiſiſſe, conicere valeamus. Si qui vero clerici per vos, vel per alterum veſtrum ſunt in prædictis eccleſijs inſtituti; ap. poſtpoſita faciatis eos pacifica poſſeſsione gaudere, amotos, ſicut iuſtum fuerit,per cen. ec. ap. re.facientes reſtitui ad eandem.

*Idem Archidiacono Exoñ.* *Cap. 2.*

Non ponitur. TVA nuper deuotio requiſiuit, vtrum fundatoribus eccleſiarum tibi clericos præſentantib.qui duas,tres, quattuor, aut etiam plures habent parochias, qui etiam in conuentualibus eccleſijs dignitates, vel canonicas ſunt ſortiti,annuere debeas: cum conſcientiam lædas huiuſmodi concedendo: cum ſponſa Chriſti cuius vni vna ſufficeret;quartam,quintam, aut etiam ſextam indigne nimis,atq. impudenter auarus vſurpet.& infra. Sane circa quęſtiones præmiſſas ambiguitatis veſtigium non relinquitur;ſi & ſtatuta canonica, tam noua, quam vetera, diligentius attẽdantur.In Lateraũ.namq.cõcilio ſic inter alia nouimus inſtitutũ;quod nõnulli modum auaritiæ nõ ponẽtes,& diuerſas eccleſiaſticas dignitates, & plures eccleſias parochiales cõtra ſacrorum canonum inſtituta nituntur adquirere; vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vindicent plurimorum; ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus;cum ergo vel eccleſia,vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſe ipſam valeat exercere.quod ſi aliter factum fuerit,& qui receperit, quod contra ſacros canones accepit, amittat; & qui dederit,largiendi poteſtate priuetur. Volentes igitur fe. re. Alexand. Pap. prę. n.veſtigijs inhærere, ſuper quæſtione præmiſſa nihil aliud,quam ipſe ſtatuerit,tibi duximus reſpondendum. De cler. nõ reſid. c. 3.

*Idem Helieñ. Epiſcopo,& Archid. Norantomæ,& magiſtro H de Gerſt.* *Cap. 3.*

CVM veniſſent ad Apoſtolicam ſe. dilect. fil. magiſter Honorius Archidiaconus Richemundiæ, & magiſter Columbus ſubdiaconus noſter, I. de Eboraco, & R. Auelnel procuratores ven. f. no. Eboraceñ. Archiepiſcopi, eos in conſiſtorio noſtro duximus audiendos. fuit autem ex parte Archiepiſcopi memorati propoſitum;quod inſtitutio perſonarum, & cuſtodia eccleſiarum vacantium ad eum in diœceſi ſua ſpectat, tam de iure communi, quam conſuetudine generali. Verum quidam prædeceſ. ipſius quibuſdam Archidiacon. Richemundiæ tam inſtitutionem, quam cuſtodiam De inſtit. c.6.

perſonaliter commiſerunt, eas ſibi aliorum tempore retinentes, & libere, ſicut ſpectabat ad eos, vtentes eiſdem, ita quod Archiepiſcopus, qui Eboraceñ. eccleſiæ modo præeſt, W. de Chimili quondam Archidiac. Richemundiæ, illas ad preces inclitæ recordationis R. Regis Anglorum, de gratia ſpeciali cõceſsit, & eo in Epiſcopum poſt electo, ſibi retinuit tamquam ſuas. & infra. Ad hęc Archidiaconus ipſe reſpondit, quod cum inclitæ recordationis primus H. Rex Angliæ apud Karleolum ſedem Epiſcopalem vellet de nouo creari, quia ex hoc Archid. Richemundiæ lędebatur, Rex ipſe a bo. me. T. Archiepiſcopo Eboraceñ. humiliter poſtulauit, vt in reconpenſatione cuiuſdam partis, quę ſubtrahebatur Archidiaconatui me. ei prædictas concederet dignitates, Archiepiſcopus autem annuit precibus poſtulantis, & tam inſtitutiones, quam cuſtódias non perſonaliter Archidiac. qui tunc erat, ſed perpetuo, de conſenſu Eboraceñ. capituli, Archidiaconatui reali, & liberali conceſsione donauit. Cum autem Archidiaconatus ipſe in continua poſſeſsione tam iſtarum, quam aliarum etiã libertatum multorum Archiepiſcoporum, Regum, & Archidiacónorum temporibus extitiſſet, & ſæpedictus Archiepiſcopus ſine contradictione qualibet conceſiſſet ipſum eidem poſt conceſsionem aſſeruit, quod ipſum cum omnibus libertatibus ſuis illi conceſſerat, inſtitutionibus, & cuſtodijs vacantium eccleſiarum exceptis. Ipſe vero timens, ne ſi negaret expreſſe, cum nondum Archidiac. eſſet poſſeſsionem adeptus, vel impediretur penitus factum eius, vel diutius differretur; reſpondit, quod non ſolum de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis faceret, quod Archiepiſcopo complaceret. & infra. Super hoc pars replicauit aduerſa, quod ſi renuntiatio, vel abiuratio Archidiaconatui non noceret, ſuper hoc tamen eſſet Archid. repetendi facultas adempta. Sed Archidiac. libertates illas ſe non repetere reſpõdebat, cum eis libere, ſicut prius, quando iter arripuit veniendi ad ſedem Ap. vteretur, & earum poſſeſsione gauderet. Sed contra hoc iterum replicabant, quod idem Archidiaconus in quadam eccleſia ſui Archidiaconatus non per Archiepiſcopum poſtulaſſet inſtitui, ſi talis inſtitutio pertinebat ad ipſum, & ipſe tunc ipſarum libertatum poſſeſsione gauderet. Ad quod Archidiaconus ipſe reſpondit, quod per Archiepiſcopũ non inſtitui, ſed confirmari potius poſtulauit; licet quod ſe ipſum inſtitueret, incongruũ videretur. Nos igitur auditis, quę fuerint hinc inde propoſita, & plenius intellectis, interlocuti fuimus, Archid. eſſe in plena libertatum eius Archidiaconatus poſſeſsione tuend. donec probatum legitime fuerit ex aduerſo, libertates ipſas Archidiac. ab Archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe conceſſas, cum in hoc caſu tam ante, quam poſt, & in ipſa etiam conceſſione Archiepiſcopus eas retinere ſic potuerit licite, tamquam ſuas, vel donec legitime probatum fuerit, eaſdem libertates Archid. abiuraſſe, ſed in hoc caſu, ſi conceſsio fuit illa realis, Archiepiſcopo nihil iuris, vel vtilitatis accedat. quia nos, vel ad petitionem Eboraceñ. eccleſiæ, vel per nos ipſos ſuper hoc Archidiaconatui conſulemus. Si ergo alterutrũ ipſorum fuerit legitime comprobatum, Archid. ſuper libertatibus ipſis, ſi neutrum, Archiepiſcopo ſilentium imponatur.

*Idem Epiſcopo Treceñ. & Archidiacono Peraſieñ.* *Cap. 4.*

CVM ad noſtram. & infra. Illud autem vos nolumus ignorare, quod poſtquam idem M. Abbas fuit effectus, prædictam cuſtodiã de iure non potuit optinere. quia, cum ratione Abbatię ad ipſum pertineat donatio tam cuſtodię, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum, in eccleſia Peroneñ. cuſtodiam ipſam nequaquam recipere potuit a ſe ipſo; cum inter dantem, & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis: ſed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet. e. 7. e.

## DE CONCESSIONE PRAEbendæ, & dignitatis, vel † eccleſiæ non vacantis. Tit. viij.

† at &

*Idem Præpoſito, & Decano, & capitulo Cameraceñ.* *Cap. 1.*

PROPOSVIT nobis dilect. f. T. presbyter, quod, cum bonæ memo. C. PP. p̃. n. poſt preces, quas vobis pro receptione ipſius in fratrẽ, & aſsignatione prębẽdæ ad donationem veſtram ſpectantis in eccleſia veſtra proximo vacaturę eidem facienda, porrexerat, mandatum vobis Apoſtolicum deſtinaſſet, & bo. me. Decanum Remeñ. executorem conceſiſſet eidem; Decanus ipſe vos in executione mandati Apoſtolici contumaces inueniens, & rebelles, ipſum de præbenda primo vacatura in eccleſia veſtra, quæ ad donationem capituli pertinent, auctoritate Apoſtolica inueſtiuit. & infra. Sed cum ipſe Decanus morte præuentus in negotio ipſo vlterius nõ potuiſſet procedere, & præbenda, quæ ad donationem veſtram ſpectabat, in eccleſia Cameraceñ. vacaſſet, eã alij aſsignaſtis. & infra. Cum autem propter hoc idem presbyter ad eiuſdẽ prædec. n. præſentiam acceſiſſet, ſicut ex litteris eius nobis innotuit; ipſe, quod ab eodem Decano factũ fuerat, ratum nolens haberi, collationem prębendæ factam a vobis penitus irritauit, & eundem de ipſa per anulum inueſtiuit. licet autem intentionis noſtræ non ſit inueſtituras de vacaturis factas cõtra canonum inſtituta, ratas habere, qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſuper his diſpenſare; attendentes tamen, quod idem presbyter non de vacatura, ſed de vacante per prædec. n. fuerat inueſtitus, vt pote quæ poſt caſſationem conceſsionis a vobis factæ intelligitur vacare; dis. v. per A. ſ. m. atq. præ. quatenus amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eã ipſi T. omni dilatione, & excuſatione, & appellatione poſtpoſitis conferatis, & permittatis ab eo pacifice poſsideri, ei ſtallum in choro, & locum in capitulo cum plenitudine honoris canonici aſsignantes.

De conceſ. præ. c. 4.



*Idem P. tt. ſanctæ M. in via Lata diacono Cardinali Ap ſe. Legato.* *Cap. 2.*

e. 5. e. QVIA diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum: ne plenitudo eccleſiaſticæ iuriſdictionis in plures diſpenſata vileſceret, ſed in vno potius collocata vigeret; Ap. ſe. dominus in beato Petro vniuerſarum eccleſiarum, & cunctorum Chriſti fidelium magiſterium contulit, & primatum; quæ retenta ſibi plenitudine poteſtatis, ad implendum laudabilius officiũ paſtorale, quod omnibus conſtituit eam debitricem, multos in partem ſollicitudinis euocauit. ſic, vt ſuum diſpenſans onus, & honorem in alios, vt nihil ſuo iuri ſubtraheret, nec iuriſdictio ſua in aliquo minoraretur. Cum autem ex ſuſceptæ auctoritatis officio, ſingulis tamquam ſingulorum mater, iuſta petentibus iuſtitiam nec poſsit, nec debeat denegare, cum iuſtitia, & iudicium ſit præparatio ſedis eius: nos, qui ad eius regimen ſumus, licet inſufficiẽtes aſſumpti, fratribus, & coepiſcopis noſtris ad nos clamantibus, non poſſumus in iuſtitia non adeſſe, aut quod iuſte poſtulauerint, nõ audire; ne ſi forte circa exhibendam eis iuſtitiam fuerimus inuenti remiſsi, ipſi quoq. negligentes inueniantur in reddendis iuribus ſubditorũ, & commiſſam noſtræ ſollicitudinis partem minus laudabiliter exequãtur; ſi quod abſit, nos viderint declinare a iure, vel non audire iuſtitiam poſtulantes. Hac autem ratione diligenter inducti, venientem ad Apoſtolicã ſed. ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopum benigne recepimus, & multiplices eius curauimus querelas audire. Conquerebatur inter cetera, quod cum ad eum in Eboraceñ. eccleſia, & in alijs eccleſijs ſuis collatio pertineat præbendarum, tempore ſuſpenſionis ipſius, & poſtmodum etiam quidam præter eius auctoritatem ſe in ipſas intruſerant, & in hoc, & in alijs iuri eius non modicum derogant. Quidam etiam in quaſdam Abbatias diœc. Eboraceñ. poſt interpoſitam ad nos appellationem irrepſerant, qui ab eo nec confirmationis munus, nec benedictionis gratiam poſtularunt. Volentes igitur eidem Archiepiſcopo per tuæ ſollicitudinis induſtriam prouideri, de f. n. conſilio, diſ. t. per A. ſ. m. quatenus eos, qui præbendas, vel dignitates Eboraceñ. eccleſiæ, vel aliarum eccleſiarum ad donationem eius ſpectantes, præter auctoritatem acceperint ipſius, ad eas reſignandas diligentius moneas, & inducas, cum eas non poſsint ſana conſcientia detinere. Quod ſi monitis tuis acquieſcere forte noluerint, eos ad id per excommunionis ſententiam, & ſubtractionem aliorum beneficiorum ſuorum, non obſtante confirmatione a ſe. Apoſtolica obtenta, ſub forma communi, quæ confirmat beneficia, & præbendas, ſicut iuſte, & pacifice poſsidentur, appel. rem. compellas, niſi forſan aliqui prębendas ipſas, vel ex ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ, vel auctoritate Lateraneñ. concilij ab Eboraceñ. capitulo ſunt adepti. Sic tamen, vt tempus ſuſpenſionis in ſex menſibus nullatenus cõputetur,

cum in Lateraneñ. concilio conſtitutio cõtra negligentes tantum, & deſides fuerit promulgata, & tunc, ſi noluerit, non tamen valuerit Archiepiſcopus ipſe in conferendis præbendis vti poteſtate propria; a qua etſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus, non tamen ad ipſum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta; ſed ad illum tempore ſuſpenſionis ipſius præbendarum donatio pertinebat, qui propter eius deſidiam, & negligentiam poterat præbendas donare, tempus etiam, quo ad Apoſtolicã ſed. acceſsit, apud illam permanſit, vel receſsit ab illa, infra ſex menſes nullatenus computetur. ſemeſtre quoq. tempus non a tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ potius ipſius Archiepiſcopi, & commonitionis ad præſentiam eius a capitulo forte, cum in priuilegio, quod a prædeceſſore noſtro idem capitulum dicitur impetraſſe, fiat mentio de commonitione canonica præmittenda, volumus conputari. illud autem omnino friuolum reputamus; ſi qui forte ſe dicant ex donatione regia quaſdam ex illis obtinuiſſe prębendas, quaſi regalis ſublimitas tempore ſuſpenſionis Archiepiſcopi præbendas ipſas ſua potuit auctoritate conferre. Abbates autem prædictos, ſi poſt appellationem legitimam interpoſitam confirmationis, & benedictionis beneficium ſuſceperunt, canonice punias, ne alij exemplo eorum contra prælatos ſuos ſupercilium elationis aſſumant.

*Idem Baſilieñ. & Belliceñ. Epiſcopis, & Abbati ſancta Maria. Cap. 3.*

e.6.c. CVM noſtris olim fuit auribus intimatum, quod præpoſitura eccleſiæ Lauſeñ. tempore tanto vacaſſet, vt ſecundum ſtatuta Lateraneñ. concilij ad nos eſſet eius donatio deuoluta: nos volentes, ve. f. n. Epiſcopo, & dil. fi. canonicis Lauſaneñ. ſpecialem gratiam exhibere, atque de noſtro eis meritum comparere, ipſis per ſcripta mandauimus, vt prępoſituram ipſam dilect. f. B. ſub. noſtro Theſaurario Lauſañ. conferre ſine qualibet difficultate curarent, & cum in Præpoſitum aſſumptus eſſet ab eis, Theſaurariam ipſius eccleſiæ, cuius ad eoſdem Epiſcopum, & canonicos aſsignatio proponebatur de iure ſpectare, perſonæ idoneæ aſsignarent. Ne autem beneficium Apoſtolicæ prouiſionis remaneret aliquatenus inperfectum, dilect. fi. Altæripæ, & fontis Andreæ Abbatibus, & Priori Vallis tranſuerſæ dedimus in mandatis; vt ſi præfati Epiſcopus, & canonici mandatum noſtrum negligerent adimplere; ipſi ſubmoto cuius. contradict. & ap. ob. ſi niterentur veritate præmiſſa, illud exequi non tardarent, eos appel. re. per diſ. ec. cohibentes, qui ſe mandato noſtro temere ducerent opponendos. Verum præfati Epiſcopus, & canonici litteris noſtris receptis prædictam præpoſituram non vacare dixerunt, quia licet ille, qui Præpoſitus fuerat, in Epiſcopum fuiſſet aſſumptus, ad ipſam tamen præpoſituram poſt conſecrationem denuo fuerat ab ipſis electus, & eam, ſicut antea, poſsidebat, quod iamdicti Abbates, & Prior dixerunt contrarium eſſe iuri, niſi hoc eis ſpecialiter ab Apoſtolica ſed. fuiſſet indultum, quia ipſam præpoſituram de iure vacantem auctoritate Apoſtolica, qua videbantur eſſe fulti; pręfato ſubdiacono noſtro aſsignarunt corporaliter poſsidendam, ipſis canonicis, niſi infra octo dies eidem, ſicut ſuo Prępoſito humiliter obedirent, eccleſiæ interdicentes ingreſſum. & infra. In cuius pręſentia cum prędicta, & alia fuiſſent per nuntium dicti ſubdiaconi noſtri relata, nuntius partis aduerſæ propoſuit, quod, poſtquam dominus ſuus Seſſueñ. † Epiſcopus, qui Præpoſitus fuerat Lauſaneñ. fuit in Epiſcopum conſecratus, Lauſañ. capitulum ei præpoſituram illam iterato contulit, & conceſsit habendam. In hoc vtilitatem eccleſiæ ſuæ, neceſſitatem, nec non & antiquam conſuetudinem attendentes: Epiſcopus Lauſañ. videns cum plurimum vtilem, & neceſſarium eccleſiæ ſuæ, quod a canonicis ſuis ſuper hoc factum fuerat, approbauit; cui tamquam Prępoſito, a canonicis, & etiam ab ipſo Theſaurario eſt honor inpenſus. Memoratus vero Theſaurarius poſtmodũ ad eccleſiam Rom. accedens, & ſupprimens omnia, quæ fuerant tam ab Epiſcopo, quam a canonicis dictis acta, nobis præpoſituram illam vacare ſuggeſit. Quare ſuper aſsignanda ſibi prępoſitura litteras impetrauit a nobis, quas multis ex cauſis proponebat eſſe per veri ſuppreſſionem, & falſi ſuggeſtionem obtentas, pro parte domini ſui Seduñ. vtilitatem, conſuetudinem, & neceſsitatem allegans, quę Theſaurarius ſuppreſſerat memoratus. & infra.

† Seduñ. poſtea

Econtra



Econtra I. partis aduerſæ nuntius proponebat, & rationibus multis præpoſituram illam vacare monſtrabat, & vacantem Theſaurario Lauſañ. auctoritate ſuperioris, ad quem fuerat, ſecundum ſtatuta Laterañ. concilij, donatio deuoluta, conceſſam, ratione etiam inſuper monſtrare multipliciter conabatur; quod dictus Seduñ. Epiſcopus ad præpoſituram Lauſañ. a qua fuerat ad regimen Epiſcopatus aſſumptus, poſt conſecrationem ſuam eligi minime potuiſſet, cum ei ſuper hoc ſacrorum canonum inſtituta repugnẽt. Dicebat etenim præpoſituram illam alia ratione vacare, eo quod illi, quorum erat donatio, aſſumpto eo in Epiſcopum, concedere præſumpſerunt, cum ſecundum ſtatuta concilij prædicti; qui receperit, debeat, quod contra ſacros canones accepit, amittere; & qui dedit, largiendi poteſtate priuari debeat; oſtendebat etiam aſſertionibus multis, quod pro ipſo Seduñ. Epiſcopo vtilitas, conſuetudo, & neceſsitas, quas nuntius eius in cauſæ ſuæ ſubſidium allegarat, minime faciebant. cum hæc potius mendicata ſuffragia, quam ſuæ cauſæ vera ſubſidia viderentur. vnde nuntius ipſe petebat, vt quod a ſupradictis iudicibus factum fuerat, dignaremur auctoritate Apoſtolica confirmare, & ab ipſa Prępoſitura Seduñ. Epiſcopum amouere. Cum igitur hæc, & multa alia ab vtraque parte in eiuſdem Cardinalis eſſent præſentia recitata, idem Cardinalis allegationibus auditis vtrimque, & munimentis eorum diligenter inſpectis, & eis nobis intimatis fideliter, poſtmodum per ſententiam de mandato noſtro decreuit; vt quod a memoratis iudicibus factum fuerat obtentu litterarum noſtrarum, eo videlicet, quod per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſsionem fuerant impetratæ, cum præpoſitura illa non vacaret de facto, quia talis poſſeſsio plus habet facti, quam iuris, haberetur irritum, & inane. Nos vero ſententiam Cardinalis eiuſdem ratam habentes, per A. ſ. v. m. qua. niſi prædictus Seduñ. Epiſcopus ſufficienter oſtenderit, quod vel ex indulgentia ſed. Apoſtolicæ ſpirituali, vel ex alia iuſta cauſa, & neceſſaria ei poſt conſecrationem ſuam præpoſitura conceſſa fuerit memorata, ipſum ad reſignationẽ ipſius, ſi ſponte noluerit, per cen. ec. ap. re. compellatis, & deinde Lauſañ. capitulum ad conferendã eam Theſaurario ſupradicto, ex parte noſtra monere diligentius, & inducere procuretis.

*Idem magiſtro Honorio Archidiacono Richemundiæ. Cap. 4.*

POST electionem, & confirmationem ve. f. n. Epiſcopi Elieñ. vacante Archid. Richemundiæ, quem tenuerat, cum id ad ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopi notitiam perueniſſet, agentis tunc in partibus ciſmarinis, eum tibi propria libertate † conceſsit, dans capitulo ſuis litteris in mandatis, vt te in Archid. ſicut mos eſt, recipere procurarent. cuius noluerunt mandato parere, propter huiuſmodi rationes, quia videlicet bo. me. C. PP. præ. n. inter alia, quæ Decano, & Capitulo Eboraceñ. ſuo priuilegio noſcitur indulſiſſe, ordinationem quoque canonicorum, ſeu perſonarum, ſicut ab ipſa fundatione loci erat hactenus obſeruatum, liberam eſſe decreuit, vt videlicet idonea, & honeſta perſona, cui Archiepiſcopus vacantem in eccleſia Eboraceñ. præbendam, vel dignitatem duceret conferendam, ſecundum antiquam ipſius eccleſiæ conſuetudinem, præſentaretur capitulo, & Decano. & infra. Et ſi quis contra conſuetudinem ipſam antiquam, & approbatam, in eccleſia ipſa eſſet per aliquem introductus, nec pro perſona, nec pro canonico haberetur. Quod ſi Epiſcopus vacantem in eccleſia ipſa prębendam, vel perſonatum infra terminum Lateraneñ. concilij, ſecundum formam canonicam pręſcriptam, canonica admonitione præmiſſa, perſonæ idoneæ non conferret, liceret Decano, & Capitulo auctoritate Apoſtolica nullius contradictionis, vel appellationis ob. illud iuxta eiuſdem concilij ſtatuta conferre. Cum igitur in litteris Archiepiſcopi directis capitulo, Decani mentio nullatenus haberetur, per cuius manum debebas in capitulo inueſtiri; eius mandato fuit merito contradictum, & infra. Iipſius igitur inſtitutione propter præmiſſas rationes, & alia a capitulo reprobata, ipſi, ne iuris ſui diſpendium ſuſtinerent, intelligentes etiam Archidiaconatus ipſius donationem ad eos, tam auctoritate Lateraneñ. concilij, quam indulti ſibi priuilegij deuolutam, habito prudenter conſilio, illum dil. fi. R. de ſancto Eadmundo vnanimiter contulerunt, inueſtientes eundem de ipſo, prout mos eſt, & ſolemniter inſtallantes. Proceſſu vero temporis e.7.e.

† libera litate forte

temporis præfatus Archiepiſcopus ab Ap.
ſe.rediens in Normandiam poſt reſignatio-
nem, & abiurationem a te factam,& receptā
ab ipſo,eidem R. Archid.contulit antedictū.
Petebat igitur ab impetitione penitus abſol-
ui, & Archidiaconatum ipſum, tam ratione
primæ,quam ſecundæ conceſsionis ſibi ratio
nabiliter aſsignatum, per ſe. Ap. confirmari.
Ad cuius obiectiones ex ordine taliter reſpō
debas,quod licet Decani mētio in litteris Ar
chiepiſcopi directis capitulo expreſſe facta
non fuerit,non tamen ob hoc excluſus videri
poterat, vel debebat, ſicut pars proponebat
aduerſa, immo cōtinebatur in capitulo,ſicut
pars cōtinetur in toto,cuius Decanus pars eſt
honorabilis.Archiepiſcopus vero caput exti-
† forte nec tit,nec † in vno contingat corpore,ſine mon
ſtruoſo prodigio,duo capita inueniri.& infra.
Adiecisti præterea, quod ſi etiam ea feciſſes,
per aduerſarium tamen tuum tibi non pote-
rat obici cū effectu,cui potius ſuper ipſo Ar-
chidiaconatu eſſet ſilentium imponendum,
& approbata inſtitutione tua tibi reſtitutio
facienda,ex confeſsione partis aduerſæ in iu-
dicio facta,& ſæpius repetita, oſtendere nite-
baris.Ipſe namq.Rogerius a nobis interroga
tus in iure,ex quo tempore Archidiaconatus
Richemundię ſibi per capitulum fuit aſsigna
tus,reſpondit,quod circa feſtum Aſcenſionis
proximum triennium compleretur. Cum igi
tur ex data litterar.noſtrarum cōſtaret, tem-
pore illo Archiepiſcopum apud ſe.Ap. con-
ſtitutum,& in eis per nos antiquum fuerit ius
declaratū,vt tempus,quo ad Ap. ſe. acceſsit,
& apud illam permanſit, vel receſsit ab ipſa,
non eſſet infra tempus ſex menſium compu
tandum,liquido conſtare dicebat,tēpus illud
Archiepiſcopo minime cōcurriſſe. ſed ſi etiā
quadrienniū effluxiſſet,ſicut prioris reſponſi
pęnitēs,vltimo propoſuit pars aduerſa,quod
ex parte tua de iure nō poſſe fieri dicebatur,
cum & tunc arripuiſſet iter ad ſedem Ap.ve-
niendi, licet illud non ſit cōtinue proſecutus,
impedimentis multiplicibus retardatus,inter
pretatio reſcripti noſtri ad tempus etiam hu
iuſmodi pertinebat,cui præterea præſcriptio
nocere non poterat in exilio conſtituto. fa-
ctum autem capituli eundem R. non poterat
excuſare,qui cum inſtitutio facta per Archi-
epiſcopum præceſiſſet, & quod ſuperior or-
dinauerat,capitulum tamquam inferius non
poterat reprobare. cum etſi contra ſtatutum
priuilegij fuiſſet admiſſus ; ipſi tamen , quia
non fuerant executores priuilegij conſtituti,
nec poterant ſimul eſſe iudices,& actores; cō
tra te præſertim abſentem,& non contuma-
cem procedere nō valebant.Si quid ergo per
ipſos erat contra factum Archiepiſcopi pro-
ponendum, huiuſmodi quæſtio ad tribunal
erat ſuperius deferenda,vt auctoritate finire-
tur ipſius, pendente perinde inſtitutione tua,
facta per illum,ad quem tam iure communi,
quā auctoritate priuilegij antedicti, propter
quod collatio perſonatuum, & præbendarū
Archiepiſcopo reſeruatur,idem R.nō debuit
locum viuētis arripere.Nos igitur auditis his,
& alijs,quæ partes in pręſentia noſtra propo
nere voluerunt,& plenius intellectis,quoniā
conſtitit nobis Archidiaconatum prędictum
tibi per Eboraceñ. Archiepiſcopū primitus
fuiſſe conceſſum , & quod inſtitutione facta
per ipſum,ſecundum iuris ordinem minime
reprobata, Archidiaconatus non vacans nec
potuit,nec debuit in alium rite trāſferri.Me-
morato R.quod contra iuſtitiæ regulā in Ar-
chidiaconatum alterius prouehi ſe conſenſit,
ſuper eo duximus ſilentium inponēdum,ſen
tentialiter decernentes,vt inſtitutio facta per
Eboraceñ.Archiepiſcopū de te ſortiatur effe
ctum.exinde vero ſi ſuper renuntiatione, vel
abiuratione,vel aliquo præmiſſorū,quis qui-
dem velit, vel valeat,aduerſus te duxerit pro
ponēdum,ordine poterit iudiciario experiri.

*Idem Claremonti Canonico Terdeñ.* *Cap.* 5.

C V M pro quæſtione Terdoueñ.pręben c. 8. e.
dæ,quæ vertebatur inter te ex vna parte, &
ve.f.n.Epiſcopum,& di.filios canonicos Ter
doñ.ex alia,tu & procuratores partis alterius
in noſtra eſſetis pręſentia conſtituti,vobis di.
f.Hug.tt.ſancti Martini presbyterum Card.
cōceſsimus auditorem,coram quo pro te fuit
taliter allegatum,quod cum bo.me. O. Ter-
doñ.Epiſcopus patruus tuus ab Ap.ſe. reuer
ſus Terdoñ. canonicos attentius rogauiſſet,
vt te reciperēt in fratrem,& canonicum, ipſi
eius precibus minime annuentes, te hilariter
receperunt,nulla primæ, vel ſecundæ habita
mentione, qui ab illo tempore vſq. nunc lo-
cum in choro, & in capitulo, ſicut alij cano-
nici habuiſti,lectiones legiſti in eccleſia,& re-
ſponſoria cantaſti,ac per prædictum Epiſco-
pum tibi fuerant domus in ipſa canonica aſ-
ſignatæ,quas tu poſſediſti, ac poſsides in qui
ete. & cum in eadem eccleſia Terdoñ.ex illis
canonicis , qui præbendam in ea non poſsi-
dent, tu primo inſtitutus fueris, & receptus,
& nunc vacet beneficium in eadem, humili-
tęr poſtulabas a nobis, vt Terdoñ. canonicis





dare dignaremur diſtrictius in mādatis,quod
vacans beneficium tibi, omni dilatione poſt-
poſita,aſsignarent & facerent pacifica poſſeſ
ſione gaudere,procuratores vero partis alte-
rius econtrario reſpondebant ; quod cum in
Terdoñ. eccleſia certus ſit numerus canoni-
corum inſtitutus,& ſcriptis Romanor. Pon-
tificum confirmatus,ac canonicam conſtitu-
tionem ipſam obſeruare teneantur præſtito
iuramento, nos eis noſtris litteris dedimus in
mandatis,vt dil.f.B.ſubdi. & capellanum no
ſtrum in canonicum reciperent,& in fratrem,
ac ei præbendam,ſicut vni ex alijs canonicis
aſsignarent. Verum, quia ſtatutus numerus
canonicorum tunc in eadem eccleſia erat
† plen⁹ Greg. 9 plenius,† mandatum noſtrum non poterant
executioni mandare. poſt nō modicum vero
temporis prædictus O. quondam Epiſcopus
minis , ac terroribus inſtitit apud canonicos
Terdoñ.vt te reciperent in canonicū ad prę-
bendam proximo vacaturam, eis conſtanter
promittens,quod eos tam a petitione ciuium
Terdoñ. quam executione mandati Apoſto
lici, quod ipſi pro eiuſdem ſubd. noſtri rece-
ptione receperant, liberaret; ac ſic eos circum
ueniens fraudulenter, te recipi fecit ad prębē
dam proximo vacaturam. Nos igitur ex ijs,
quę fuerunt hinc inde propoſita,certiores ef-
fecti per Card.pręd ictum, conceſsionem pię
fato ſubdiacono noſtro a prædictis canonicis
factam de præbenda pręd icta,de fratrum no
ſtrorum conſilio,ratam habentes,eam ei au-
ctoritate Ap.duximus confirmandam. Verū,
cum tam aſſertione tua,quam confeſsione cō
ſtet partis alterius, te in fratrem , & canonicū
Terdoñ. eccleſiæ fuiſſe receptum, licet rece-
ptionem tuam factam contra Lateraneñ.con
cilium pars aduerſa proponat, quia probatū
† al. parte altera non extitit ( perte alterius † pęnitus hoc ne-
gante , nec ipſi canonici videbantur tibi op-
ponere poſſe de iure , qui ſe fatentur contra
ſtatuta præfati concilij recepiſſe; ſententiādo
decernimus , vt tibi quācito ſe facultas optu-
lerit, præbendale beneficium in Terdoñ. ec-
cleſia conferatur. Cum ex quo receptus es in
canonicum,non debeas carere præbenda.

*Idem Epiſcopo, & magiſtro H. canonico Hilde-ſemeñ.* *Cap.* 6.

c. 9. e. LITTERAS veſtras accepimus, per
quas nobis ſignificare curaſtis,quod cum pro
dil.f.Daniele clerico vobis ſcriberemus, vt eū
de pręb enda ſancti Willealdi Bremeñ.quam
dicebat ad donationē noſtram fuiſſe iuxta
Lateraā. ſtatuta cōcilij deuolutam, curaretis
auctoritate Ap. inueſtire,ſi canonici, quibus
ſuper hoc ſcribebamus, id exequi non cura-
rent,Herberto Præpoſito,& quibuſdam ca-
nonicis eiuſdem eccleſiæ cum ipſo Daniele,
& magiſtro B. Canonico ipſius eccleſię in ve
ſtra propter hoc præſentia conſtitutis,ſic fuit
de facto propoſitum coram vobis, quod idē
Herbertus Prępoſitus quondam eiuſdem ec
cleſiæ ſimplex canonicus, de ipſa eccleſia in
maioris eccleſiæ Præpoſitum canonice eſt ele
ctus, & poſt modum vnius anni, vel anni &
dimidij ſpatio euoluto,in ipſa eccleſia ſancti
Willebaldi in Præpoſitū eſt aſſumptus, prio
rem præbendam nihilominus detinens, quā
in ipſa eccleſia tunc habebat , & ſuper hoc
partes cōſentiebant adinuicem, hoc ita fuiſſe
dicentes;fuit etiam ab vna parte propoſitum,
quod ipſe Pręp oſitus præter præbendam illā
aliam præbendam habebat præpoſituræ an-
nexam, quam idem Præpoſitus , & fautores
ipſius infitiati ſunt eſſe præbēdam.Præterea
fuit allegatū de iure,quod ex quo idem Præ-
poſitus de minori eccleſia vocatus fuerat ad
maiorem, prima præbenda inceperat de iure
vacare,iuxta canon.inſtituta. Deinde fuit ex
parte clerici allegatum,primam fuiſſe ordina
tionem eiuſdem eccleſiæ,vt in ea eſſent xiij.
perſonæ;Præpoſitus ſ.cum xij.fratribus,quę
nullatenus ſeruaretur,niſi diceretur illa præ-
benda vacare.ſed Præpoſitus allegabat ecō-
tra, quod erat fere ex conſuetudine generali,
quod vnus in eadem eccleſia plures pręben-
das haberet. adiectum eſt pręb endam illam
ratione alia non vacare:quia,cum Archiepi-
ſcopus Bremeñ.Pręp oſitum ipſum de pręp o
ſitura in plena ſynodo inueſtiret,tam pręp o-
ſituram,quam pręb endam eidem de canoni-
corum cōfirmauit aſſenſu;eos, qui ſuper hoc
inquietarent eundem , vinculo excōmunio-
nis aſtringens. Vnde obiciebatur clerico me-
morato, quod propter hoc excommunionis
ſententiam incurriſſet, ſed ipſe talem confir-
mationem interueniſſe negabat,quę ſi etiam
interuenit,aſſerebat eam non tenere de iure,
quoniam nemini res illa rationabiliter pote-
rat confirmari, quæ de iure optineri non po-
teſt : dicebat enim ſe propter hoc excōmu-
nionis ſententia non fuiſſe ligatum : cum ſu
per his experiretur auctoritate maioris. Vn-
de cum vobis dubium videretur, vtrum cum
aliquis de vna pręb enda eligatur ad aliam,
ſtatim prior vacare incipiebat , aut per ſen-
tentiam debeat iudicari eidem,an propter cō
firmationem huiuſmodi , quæ ſuperius eſt

expreſſa, præbenda illa dici debeat non vacare: nos conſulere voluiſti, prius quam velletis ſuper hoc aliquid diffinire. Cum igitur ſi eſt ita, prębenda illa, etſi non de facto, de iure tamen vacare noſcatur, dis. v. per A. ſ. m. qua. iamdictum Præpoſitum, vt præbendam illã ſine difficultate reſignet, mo. prę. per. cen. ec. ap. re. cogatis, quam cum de facto vacauerit, clerico me. auctoritate noſtra ſuffulti ſub. ap. ob. conferre curetis, eum in corporalem poſſeſsionem inducentes ipſius, & defendentes inductum; eos autem, qui ſe temere duxerint opponendos, per diſtric. ap. re. ec. cõpeſcatis.

*Idem Epiſcopo, & Archipreſbytero Papieñ. c. 7.*

c. 10. e. EX parte Aſteñ. eccleſię noſtris eſt auribus intimatum; quod, cum quædam præbendæ in ipſa per quattuor annos, & amplius vacauiſſent, ve. f. n. Aſteñ. Epiſcopus canonicos ipſos monuit diligenter, vt eccleſiam ordinarent. Quibus non admittentib. monitionem ipſius, Epiſcopus quoſdam in eccleſia inſtituit, credens hoc ſibi ex concilio Lateraň. licere. inſtituti autem ſentientes nõ eſſe firmã inſtitutionem huiuſmodi, ad ve. f. n. Mediol. Archiepiſcopum recurrerunt; qui eoſdem in canonicos Aſteñ. eccleſię ordinauit, & in corporalem præbendarum poſſeſsionem induxit, capitulo eiuſdem eccleſiæ prębente aſſenſum, tribus tantum exceptis, quibus contra inſtitutionem illam proponere in præſentia noſtra volentibus, & eccleſiam ipſam defenſare paratis, dil. fi. n. G. ſancti Vitalis presbyterum Card. dedimus auditorẽ. In cuius præſentia tres illi dicebant electionẽ debere caſſari, quia nec Epiſcopus, nec Archiepiſcopus ſupradictus de conceſsione Lateraneñ. concilij tunc in ordinatione illa potuerant præfatam eccleſiam ordinare. Cum vterq. circa tẽpus eis indultũ a canone, in ordinatione illa negligens fuerit, & remiſſus. Pars vero altera dicebat econtra, quod licet inſtitutio Epiſcopi non valeret, Archiepiſcopi tamen ordinatio de iure valebat, quia tempus indultum a canone, niſi a tempore, quo illi declaratum fuerat, non currebat; ad quod probandum, multas induxit rationes. his autem vtrimq. propoſitis, tandem vtraq. pars concorditer eſt confeſſa, quod in prædicta eccleſia nõ erãt diſtinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus. Nos igitur his, & alijs, quę fuerant vtrimq. propoſita, diligenter auditis, intelleximus euidenter, ſtatuta Lateraň. concilij de beneficijs vltra ſex menſes vacantib. locum in hoc articulo nullatenus habuiſſe; cum & forſan Aſteñ. eccleſia canonicorum pateretur defectum, nullæ tamen in ea præbendæ vacabant; cum in illa nec ſint diſtinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus diffinitus. vnde inſtitutio per Epiſcopum, vel per Archiepiſcopum facta occaſione concilij memorati, carere debet robore firmitatis; quia vero totum capitulum, tribus tamẽ exceptis, prædictorum receptionem approbat, & affectat; nec ab illis tribus aliquid rationabile cõtra ipſos obiectum eſt, & oſtenſum: dis. v. per A. s. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi Aſteñ. eccleſiæ ſuppetunt facultates, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, prædictos clericos ſub. cuius. contrad. & ap. obſta. pro canonicis faciatis haberi.

*Idem Epiſcopo, & Capitulo Laudeñ. Cap. 8.*

CONSTITVTVS in præſentia noſtra dilectus filius H. ſubdiac. noſter, eccleſiæ veſtræ canonicus nobis humiliter intimauit, quod tu frater Epiſcope poteſtatem ipſi dediſti ſacerdotalem conferendi præbendam, quæ primo eſſet in veſtra eccleſia vacatura, & bo. me. W. Archiepiſcopus Remeñ. tunc Ap. ſe. Le. vobis fili capitulum, auctoritate noſtra diſtricte pręcepit, ſicut per litteras ſuas ad nos directas apparet, quę coram nobis lectæ fuerunt; vt, cum ſacerdotalis præbenda in eccleſia veſtra vacaret, perſonam illam, cui pręfatus ſubdiaconus vellet eam conferre, reciperetis ad eam ſine interpoſitione alterius perſonæ, & eandem perſonam curaretis de illa ſine difficultate qualibet inueſtire. aſſeruit etiam idem ſubdiaconus, quod cũ eſſet ad ſedem Ap. acceſſurus, ipſe præcautus appellauit, ne tu frater Epiſcope, ſi forte interim aliquem ſacerdotalem contigerit vacare prębendam, eam vlli conferres, nec vos fili capitulum, reciperetis aliquem præſentatũ ad illam, niſi quem duxerit pręfatus ſubd. pręſentandum. Quo circa dis. v. per A. ſ. m. qua. perſonam illam, cui me. ſubd. ſacerdotalem prębendam, cum contigerit illam vacare, duxerit conferendam, canonice ſine contradictione qualibet admittatis, tibi frater Epiſcope firmiter inhibentes, ne interim aliquam ſacerdotalem prębẽdam alicui contra formam conceſsionis tuę conferre pręſumas, alioquin noueritis nos dil. fi. Cancellario, & Helim. & A. canonicis Pariſieñ. in mandatis dediſſe, vt vos ad hoc per cen. ec. ap. re. compellant, in irritum reducentes, ſi quid poſt ap. a pręfato ſubdiacono ad nos legitime interpoſitam cõtra conceſsionem ſibi factam de ſacerdotali prę-

c. 11. e.



prębenda nouerint attemptatum. Quia vero conceſsiones huiuſmodi, ſi trahantur ad conſequentiam, fieri poſſent in fraudem canonicæ ſanctionis, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia cõcedi, ſiue promitti, antequã vacent, nolumus, quod huius occaſione mandati, quod gratiam cõtinet perſonalem, fraudem adhibere volentibus licentia cõcedatur.

*Idem Gerantiñ. capitulo. Cap. 9.*

c. 12. e. DILECTVS fi. magiſter W. canonicus veſter olim Apoſtolatui noſtro ſuggeſsit, quod bo. me. Epiſcopo veſtro viam vniuerſę carnis ingreſſo, maior, & ſanior pars veſtri cõuenerat in eundem, & ipſum eligere in Epiſcopum proponebat, ſed impediente viro nobili Comite Cutronæ non fuit electio celebrata; poſtmodũ autem idem Comes de ipſo Epiſcopatu Madium capellanum ſuum inueſtiens, vobis iniunxit, vt vel a terra recederetis ipſius, vel eligeretis eundem M. in paſtorem, quod cum ve. f. n. Archiepiſcopus ſanctę Seuerinæ tunc electus audiſſet, prædictũ W. ad ſuam præſentiam accerſiuit, & aſſerens, quod propter negligẽtiam veſtram ad ipſum erat eligendi auctoritas deuoluta, ipſum induxit, vt electioni de ſe faciendæ præberet aſſenſum; qui ſuis monitis acquieſcẽs electus extitit ab eodem, ſuffraganeorum interueniente cõniuentia, & conſenſu, & infra. Nos igitur attendentes, quod canon Lateraneñ. concilij contra negligentes editus, ad Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus non ſolet extendi, ſed ad perſonatus alios, & maiora eccleſiaſtica beneficia coartari, electionem eiuſdem W. qui ab Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius fuit, ad quos electio non ſpectabat, electus, iuſtitia caſſauimus exigente.

*Idem Priori Oſeñ. & ſubpriori ſanctæ Fredeſiunda. Cap. 10.*

c. 13. e. EX tenore veſtrarum litterarum intelleximus euidenter; quod, cum cauſa, quæ inter I. clericum ex parte vna, & Abbatem, & conuentum de Bello ex altera ſuper reditu x. marcharum, vel xv. quas idem exigebat ab ipſis, eo videlicet, qui eidem, quam cito ſe facultas offerret, interim ſe promiſerant prouiſuros, nec promiſsionem ſuam curauerant adimplere, noſcitur agitari, vobis duximus cõmittendam, dictus clericus poſt litem conteſtatam chartam quandam monachorũ ipſorum continentem expreſſe, quod ei primam eccleſiam ad donationem ſuam ſpectantem, valentem x. marchas, vel xv. aſsignare promiſerant, exhibuit corã nobis, nihilominus per idoneos teſtes probauit, ipſos poſt promiſsionem huiuſmodi, licet potuerint, nolle ſibi, quamquam ſuper hoc admoniti fuerunt, prouidiſſe. quare dictũ Abbatem, & monachos ad aſsignandum ſibi redditum x. marcharum ad minus cogi cum inſtantia poſtulabat. Ad hæc autem fuit ex aduerſo reſponſum, quod ratione promiſsionis, vtpote factę contra Lateraneñ. ſtatuta cõcilij, quæ probari per chartam exhibitã videbatur, eos nõ poterat cõuenire; præſertim cũ nõ de aliqua eccleſia, ſed de promiſsione tantũ in litteris veſtris mentio haberetur. Cum igitur alijs ipſos poſſe conueniri aſſerentibus, alijs vero in contrarium ſentientibus, ſuper hoc fuiſſet hincinde corã vobis diutius diſputatum, vos, quid iuris ſit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipſo vlterius procedere noluiſtis; donec ſuper hoc reciperetis noſtræ beneplacitum voluntatis; nobis humiliter ſupplicantes, vt quid ſit in hac parte agendum, vos dignaremur per noſtras litteras reddere certiores. Nos igitur attendentes, quod promiſsio prædicta non tenet, vtpote contra ſtatuta præfati concilij attẽptata, dis. v. per A. ſ. m. qua. memorato clerico ſuper hoc ſilentium inponentes, ab impetitione ipſius dictos Abbatem, & monachos abſoluatis.

## NE VACANTE SEDE ALIQVID innouetur. Tit. ix.

*Idem Priori, & conuentui Caſtomeñ.† Cap. vn.* †Glaſto men.

NOVIT ille, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorũ, quod licet bo. me. C. Papa prædeceſſor noſter eccleſiam veſtrã erexerit cathedralẽ, ipſam Bartholomeñ. eccleſiæ vniendo, vt idem eſſet Epiſcopus vtriuſq. ſuam conſtitutionem, & non ſolum per priuilegium, verum etiam per alia ſcripta multa curauerit confirmare; quia tamen hæc vnio a vobis aſſerebatur eſſe confuſio, conquerentibus eam in graue præiudicium Glaſtomeñ. † eccleſiæ redundare, cum per ipſam diſſolueretur religio, eleemoſyna fraudaretur, & hoſpitalitas; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ad releuandum eccleſiæ veſtrę ſtatum, intendere cœpimus, quantum decuit diligenter. & quoniam abſonum videbatur, vt ſubito prædeceſſoris noſtri euacuaremus in hac parte ſtatutum; cum ei, quantũ cum Deo poſſumus, deferre velimus, ſicut & volumus; quod quantum cum Deo potuerint, noſtri nobis deferant ſucceſſores; vnione manente, ſic de ceteris diſpoſuimus, quantũ cũq.

Ne ſede vac. c. u

† Caſto men.

cũq.bo.m.Sauerico Bartholomeñ. Epiſcopo diſpliceret, frequenter ob hoc ad ſe.Ap.laboranti, quod ſtatus eccleſiæ veſtræ videbatur in melius releuatus. Vnde poſt diuerſos tractatus, & deliberationes multiplices, quod per viros prouidos, & honeſtos, auctoritate mandati noſtri ſuper hoc extitit ordinatum, ad petitionem eiuſdem Epiſcopi, poſtquam aliud a nobis non potuit optinere, Apoſtolico tandem curauimus munimine roborare. Vos autem poſt obitum præfati Bartholomeñ. Epiſcopi, ad noſtram præſentiam recurrentes, humiliter poſtulaſtis, quia tempus aduenerat, quo ſine ſcandalo; eccleſiæ veſtrę ruina poterat in ſtatum priſtinum releuari; cum & Bartholomeñ. eccleſia, & Welleñ. ipſum pariter poſtularet; Rex quoq. cum regni magnatib. & quidam Epiſcopi cum multis Abbatibus depoſcerent illud idem; vnione penitus diſſoluta, monaſterium veſtrum reduceremus in ſtatum antiquum ſub Abbatis regimine gubernandum. Nos vero diligentius attendentes, quod Epiſcopali ſede vacante non decet ſuper hoc aliquid innouari; cum nõ ſit, qui ius Epiſcopale tueatur; præſertim, ne plus cauiſſe perſonæ, quam eccleſiæ videremur, ſi quod eo viuente conceſſimus, poſt obitũ eius ſubito mutaremus; petitionem veſtram ex toto abſq. damno cõſcientię, ac periculo famæ nequiuimus exaudire. Vt autem ſolito more, quem & vobis vtilem, & nobis honorabilem eſtis experti, gradatim ab imo procedatur ad ſummum, auct. vobis præſentium indulgemus; vt cum Batonieñ. eccleſia de prę ſule fuerit ordinata, ſi oſtendere volueritis, quod eccleſiæ veſtrę nondum ſit ad detrimentum, vel præiudicium euitandũ plene prouiſum; ius veſtrũ apud ſe.Ap. proſequẽdi liberam facultatem habeatis. Interim autem ſub cura Prioris idem monaſterium gubernetur.

## VT ECCLESIASTICA BENEFICIA ſine deminutione conferantur. Tit. x.

*Idem Mediolaneñ. Archiepiſcopo.* *Cap. vn.*

Vt eccl. bẽ.c.vn. & de ap. a.56.

VT noſtrũ prodeat de Dei vultu iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem, via regia debemus incedere, nec ad ſiniſtram omnino, neq. ad dexteram declinare, ita magnum iudicantes, vt paruum, quia nõ eſt perſonarum acceptio apud Deum. & infra. Quia poſt interdictum noſtrum eis præſumpſiſti tradere bullam, cũ traditionem ſaltem debuiſſes differre, donec noſtrum conſuleres beneplacitum; dil. fil. Archid. & O. Lento canonico Mediolañ. dedimus in mandatis; vt ſi etiam poſt ſecundum mandatum, per quod totius cognitionem negotij ad noſtrum iudicium reuocauimus, id † ipſum cognoſcerent attemptatum, traditionem ſigilli decernerent irritam, & inanem, inhibentes H. ne quomodolibet eo vti præſumeret, cum plus ſit Romanum Põtificem ad ſe aliquod euocare negotium; quam quemquam ad eum ſuper aliquo negotio prouocare. & infra. Prętere a proponebat, quod, cum nullus debeat ſine accuſatione damnari, ne aliquid circa negotium illud actum ſit in forma iudicij, depoſitiones teſtium non poterant ſibi præiudicium generare. Quia vero per hanc vltimam allegationem, perſonam noſtram tangere videbatur; dignum duximus cauſam commiſſę inquiſitionis, & ordinem plenius explicare; ne quis quomodolibet ſuſpicetur; quod nos in hoc negotio perperam proceſſerimus, pręſertim, cũ ratio aſsignanda debeat eſſe poſteris profutura. Cum enim iuris ſit explorati, quod actore non probante is, qui conuenitur, etſi nihil præſtiterit, debet abſolui; videri poterat, quod nos tibi, qui a nobis cõueniebaris, malitioſe vel indiſcrete on⁹ probationis ſuper trib. pręmiſsis articulis impoſuimus; videlicet, vt oſtenderes, quod pręd ictam cancellariam perſonæ idoneę modo canonico, & tempore ſibi conpetente, donaſſes. Porro, cũ donatio fuiſſet occulta, & ideo ſuſpicione non careret, & elapſo iam anno, nullus omnino Cancellarius appareret, non immerito credebamus, quod ſecundum Laterañ. ſtatuta concilij, ad nos eſſet ipſius cãcellariæ donatio deuoluta, & ideo ſine culpa potuiſſemus ipſam cõferre, quoniam etſi locum Dei tenemus in terris, non tamen de occultis poſſumus diuinare. Quod ergo contra illud prima facie iuſte pręſumebatur pro nobis, præſertim cum reſpondens prima vice, quod cancellariam alicui nõ contuleras, facultatem tibi pro te probandi conceſsimus; non fuit grauamen, ſed gratia, nec ex malitia, ſed ex benignitate proceſsit; quia etiam de modo canonico fidem nobis fieri mãdauimus; tu cauſã † præſtiti mãdati, (quod ſępe nobis per litteras intimaſti, & tandẽ probaſti per teſtes; quod retentis tibi prouentib. officium conceſſeras memoratum; ex quo non inmerito contra talem cõceſsionem fuimus ſuſpicati; cũ & proponeretur a parte altera, quod illud ei perſonæ commiſeras, cui ſecundum conſuetudinem Mediol. eccleſiæ non debuerat aliquo modo committi: quia, cum nos non tam ex plenitudine poteſtatis, quam ex officij debito, quod † poſſumus, & debemus, de ſubditorum exceſsibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime cauſam, & occaſionem præſtante, inquiſitionem commiſimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, quæcumq. fuerint in noſtro auditorio proponenda, deliberauimus cum fratribus noſtris, & ipſa deliberatione te in tribus præcipue comperimus fuiſſe culpabilem; circa contrarietatem reſponſi, quia non ſolũ nobis, qui licet inmeriti locũ Ieſu Chriſti tenemus, ſed nec cuiquam debuiſſes ex certa conſcientia contraria reſpondere; circa carnalitatem animi, quia non affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti eccleſiaſticum officium & beneficium in perſona magis idonea diſpenſare; & circa inhoneſtatem facti, quia non licuit ex pactione, vel ex conuentione quacũq. ſub modo, vel tenore præſcripto concedere nudum officium & tibi retinere prouentus. cum & in Lateraneñ. concilio ſit prohibitum, ne quis conferendo eccleſiaſticum beneficium partem prouentuum ſuis vſibus retinere præſumat; & alibi cautũ reperiatur in canone; quod eccleſiaſtica beneficia debent ſine deminutione conferri. vnde credimus diſtinguendum, vtrum, qui dat ſpirituale beneficium, prouentus ipſius ante donationem percipiat, nam ſi prouentus ante donationem nõ percepit ipſe, ſed alius, & ex donatione cõſequitur; vt ipſe prouentus percipiat; non eſt dubium intercedere ſimoniacam prauitatem. Si vero ante donationem perceperit ipſe prouentus; credimus etiam diſtinguendum, vtrum, ante donationem cõſtituat, vt ipſi prouentus retineantur ad tempus pro cauſa iuſta, & neceſſaria; an conueniat cum eo, qui accepit beneficium, ſeu cum mediatore quocumq. vt officio illo conceſſo retineat ipſe ſibi prouentus, primum enim membrum credimus eſſe licitum, ſecundum autem dicimus nõ licere, ne viam aperiamus ijs, qui prauitatem ſuam ſatagunt palliare.

† ad

† præſtiti tiſti mã dato Greg.9



† al. qua

## DE HIS, QVAE CONCEDVNTVR ab Epiſcopo ſine conſenſu capituli. Tit. xj.

*Idem Archipreſbytero, Magiſtro ſcholarum, & P. de Vico ſancti Aue. Regis Al. Bituric.* *Cap.1.*

De ijs, quę fiũt a præl. c. 7.

CVM Apoſtolica ſedes, cui licet inmeriti præſidemus, vniuerſis per orbem eccleſijs non humana, ſed diuina ſit inſtitutione prælata; iuſtum eſt, & conueniens, vt ad eam, tamquam ad magiſtram, & matrem ſuper diuerſis iuris articulis referantur dubiæ quæſtiones, quatenus quæ iura conſtituit, eadem quoq. iura diſtinguat; ne quę diuerſa cernuntur, videantur aduerſa. Sane, ſicut ex litteris veſtris accepimus, cum ex vna parte capitulum ſancti Stephani, & capitulum de Sal. & ex altera monachi de Pratea ſuper decima quadam, quam a monachis ipſis petebant, in veſtrum compromiſiſſent arbitriũ; & vos partibus conuocatis cognoſceretis de cauſa, monachi proponebant donationem ipſius decimæ, ſibi a quodam milite factam, & a ve.f.n. Bituriceñ. Archiepiſcopo diœceſani eius accedente conſenſu confirmatam fuiſſe, ſeq. auctoritate Hieronymi munitos exiſtere, qui ſcribens ad Damaſum ait. Si aliquando fuerint a laicis male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, Epiſcopo tamen loci illius præbente conſenſum, conſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. Econtrario pars allegabat aduerſa cõſenſum Epiſcopi ſine conſenſu cleri non ſufficere, auctoritate Leonis Papæ dicentis, ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare, vel conmutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquod horum faciat, vt vel meliora proſpiciat, & cum totius cleri conſenſu, atq. tractatu id eligat, quod non ſit dubiũ eccleſiæ profuturum. Quia vero ſuper his auctoritatibus dubitantes ſedem Ap. conſulere voluiſtis, humiliter inquirentes; vtrum, quando decima poſsidetur a laico, ſi conferatur eccleſiæ, ad confirmandam donationem conſenſus Epiſcopi ſine cleri conſenſu ſufficiat. Nos deuotioni veſtræ taliter reſpondemus, quod monendus eſt laicus, qui decimam detinet, vt eã reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat. Quod ſi forte induci nequiuerit, & eam diœceſani cõſenſu alteri eccleſiæ aſsignauerit, præſertim religioſo conuentui, conſtabit ipſa donatio perpetua firmitate ſubnixa. auctoritates pręmiſſæ, licet diuerſæ, non ſint tamen aduerſę, cũ aliud ſit alienare, quod ab eccleſia poſsidetur, & aliud, quod detinetur a laico, ad vſum eccleſiaſticum reuocare. In alienatione vero iuxta Leonis Papæ decretũ, conſenſus Epiſcopi ſine clericor. cõſenſu nõ ſufficit, in reuocatione autẽ iuxta reſcriptũ Hieronymi, ſufficit cõſenſus Epiſcopi, cum per vtrumq. vtilitati eccleſiæ conſulatur. Nam in Later. con. eſt inhibitum, ne quęlibet religioſa perſona,

ſona,eccleſias, & decimas de manibus laicor. ſine conſenſu Epiſcoporũ recipiat,per quod directe datur intelligi, quod ſufficit conſenſus Epiſcopi,vt licitum ſit eccleſiæ decimam de manu recipere laicorum. hęc autem de ijs decimis intelligimus, quę perpetuo ſunt in feudum conceſſæ.

*Idem Meteñ. Archidiacono. Cap. 2.*

c. 8. e. TVA nuper a nobis. & infra. Adieciſti etiam, vtrum Epiſcopo, vel electo cum ſolo Archid.præter aſſenſum maioris eccleſiæ,cũ & ab ipſa eligatur Epiſcopus,& Archid.aſſumatur de ipſis cœnobijs,vel eccleſijs conuentualibus, ad quas pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo vacantes eccleſias baptiſmales. & infra.Etiam alterius quæſtionis ſolutio ad exemplar Leonis PP. colligitur euidenter,in qua legitur conſtitutũ,ne quis Epiſcopus de reb.eccleſię quidquam donare,vel commutare,vel vendere audeat,niſi forte aliquod horum faciat, vt meliora proſpiciat, & totius cleri tractatu, atq. conſenſu id eligat; quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum. Irrita enim Epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticę erit,abſq.conniuentia, & ſubſcriptione clericorum.per hoc enim noueris ſolutam ſecundo loco propoſitam quæſtionem, cum conceſsiones eccleſiarum perpetuas ad alienationem non ſit dubium pertinere.

*Idem Epiſcopo Helieñ. Cap. 3.*

c. 9. e. PASTORALIS officij diligẽtia. & infra. Sollicite præterea quæſiuiſti, cum auctoritate Dionyſij fuerint parochiæ limitatæ, quatenus ſingularum parochiarum prouentus in vſus eccleſiæ cederent neceſſarios, & ſtipẽdia miniſtrorum,ſi Epiſcopo liceat ſine auctoritate ſummi Pont.vel ſaltem abſq.capituli ſui voluntate, viris religioſis conferre obuentiones alicuius parochialis eccleſiæ,ſuſtentatione vicarij reſeruata. Et cum Lateranenſis concili ſtatuta prohibeant eccleſijs nouam imponi,vel augeri veterem penſionem; poſtulas edoceri, an Epiſcopus valeat locis religioſis conſentiente patrono totam eccleſiam, vel de nouo conferre aliquam portionem. Ad quod breuiter reſpondemus, quod ſalua conſtitutione canonica de concedenda pijs locis quinquageſima portione, neq. primum, neq. ſecundum facere poteſt Epiſcopus,niſi de licentia Rom.Pont.præter ſui capituli voluntatem.

## DE HIS, QVAE A MAIORI PARte capituli. Tit. xij.

*Idem Auguſteñ. Præpoſito Cap. vn.*

EX ore ſedentis. & infra. Inde ſiquidem fuit,quod accedentibus ad præſentiam noſtram te,ac dil. f. noſtro B. Auguſteñ. canonico pro quæſtione,quæ inter vos ſuper præpoſitura Auguſteñ.eccleſię vertebatur:nos ve.f.noſtrum Oſtieñ. Epiſcopum,& dil. f. G. ſanctorũ Coſmæ, & Damiani diac. Cardinalem vobis conceſimus auditores; in quorum præſentia fuit ex prædicti B. parte propoſitum, quod cum dil. fi. E. Auguſteñ. Prępoſitus fuiſſet in Epiſcopum Brixieñ.electus,rogauit capitulũ Auguſteñ. ne aliquem ſibi prius eligerent in Prępoſitum,antequam eius eſſet electio confirmata, cumq. ipſi eius precibus annuiſſent, & idem electus electionis ſuæ confirmatione per ſuum metropolitanum optenta veniens Tibur, fuiſſet de regalibus inueſtitus, B. miles pater ipſius B. ad Ap.ſe.accedens,a bo.me.C.PP.præ.n.ad dilect. fil. Decanum, & capitulum Auguſteñ. litteras optinuit deſtinari; vt dictum B. filiũ eius infra ſpatium menſis vnius,ſub. ap. ob. eligerent,& aſſumerent in Præpoſitum Auguſteñ. in ſignum inueſtituræ anulo ei aureo deſtinato, ve. f. noſtris Frigingeñ. & Ciſteñ. Epiſcopis,& di.f.maiori Spireneñ.Prępoſito mandati Apoſtolici executoribus cõſtitutis. Decanus autem, & capitulum memoratum, cum audiſſent, quod dictus electus fuiſſet in Epiſcopum confirmatus, licet dictas litteras ſuſcepiſſent, in contemptum tamen earum aſsignato prius termino, infra quem ipſi deberent ſuper mandato Ap.reſpondere; tunc Auguſteñ. Decanum in Præpoſitum elegerunt.& infra.Cum ergo Epiſcopus, & Card. prædicti hæc, & alia, quæ fuerant hinc inde propoſita,nobis, & fratribus noſtris fideliter retuliſſent;atteſtationibus, allegationibus,& rationibus vtriuſq. partis plenius auditis, & cognitis, quia nobis legitime conſtitit, quod præfatus B. de præpoſitura ipſa non fuit aliquatenus inueſtitus, etſi mandatum fuit, vt de ea inueſtiretur, de qua etiam ſi inueſtitus fuiſſet,inueſtitura eius per prædeceſſorem noſtrum ſemel, & ſecundo certa fuerit ratione caſſata; quæ ſi nec etiam caſſata fuiſſet, per hoc,quod ſæpedicto H.reuerẽtiam exhibuit, quæ debetur Præpoſito,iuri ſuo renuntiaſſe videtur; nos attendentes,ſibi non potuiſſe de iure competere, vt per appellationem ob id interpoſitam,communem eccleſiæ ordinem impediret,intelligẽtes etiam te a maiori parte

De ijs, quæ fiũt a ma. par. ca. c. 3.





tam dignitate,quam numero eorum,quos eligendi poteſtatem conſtabat habere, electum fuiſſe canonice in Præpoſitum,de communi f.n.con.electionem ipſam auctoritate Ap. cõfirmamus,præfato B.ſuper ipſa Præpoſitura ſilentium imponentes.

## DE REBVS ECCLESIAE ALIEnandis,vel non. Tit. xiij.

*Idem Archiepiſcopo Montiſregalis. Cap. 1.*

De reb. ecc.c.10. POSSESSIONES ad menſam tuam, vel capituli pertinẽtes alienare non debes, aut eccleſias, in quibus cõſueuerunt monachi miniſtrare, clericis, & laicis aſsignare perſonis.

*Idem Epiſcopo Maurieñ. Præpoſito Vltieñ. & Decano Hectorieñ. Turonen. & Maurien. diœc. c. 2.*

c. 11. e. AD noſtram noueritis audientiam perueniſſe,quod, cum Tuſieñ. monaſterium depreſſum eſſet onere maximo debitorum, dil. f. Abbas,& conuentus eiuſdem, villam, quæ Ianueñ.appellatur vulgariter,neceſsitate coacti Boneuardo laico conceſſerunt in feudum, tali condicione appoſita, quod idem laicus octoginta libras perſolueret,pro quibus eadẽ villa extiterat obligata;quod idem non diſtulit effectui mancipare. Verum quia præfatũ monaſterium eſt, ſicut dicunt, enormiter in hoc læſum,eo quod de redditibus villæ præfatæ conuentus ſingulis diebus vnum ferculum,& in feſtis xij.† lectionũ piſces,vel aliud æquipollens percipere conſueuit;nobis humiliter ſupplicauerint,vt feudum prædictum faceremus ad vtilitatem monaſterij reuocare; præſertim cum idem laicus primo anno de ipſius prouentibus vltra ſummam perceperit prætaxatam, & per multos poſtmodum annos ſuppreſsit eius fructus. Nos ergo ſic nolentes grauaminibus præfati monaſterij prouidere,quod alij videamur iniuriam irrogare, diſ.v.per A.ſ.m.qua.inquiſita plenius veritate, ſi prædictum monaſterium propter hoc inueneritis enorme diſpendium incurriſſe; ſæpedictum laicum, vt pecunia, quam pro exoneratione prædicti feudi,ſeu etiã pro vtilitate ipſius monaſterij noſcitur expendiſſe; ab eodem Abbate,& conuentu recepta,cum ſibi fructus percepti hactenus ſufficere debeant pro labore, præfatum feudum eidem monaſterio dimittat liberũ,& quietũ, mo. † per cen.ec.ap.re.compellatis.

† ix. *forte*

† *mo. pr. forte*

## DE EMPTORE. Tit. xiiij.

*Idem Epiſcopo Pollion. Cap. 1.*

AD noſtram noueris audientiam perueniſſe;quod,cum R.laicus ab M.mutuũ recipere voluiſſet, creditor Ternen.† diœc.ne per canonem contra vſurarios editum poſſet in poſterum conueniri, domos, & oliuas ipſius recepit ab eodem titulo emptionis; cũ reuera contractus vſurarius ageretur; quod patet ex eo,quod creditor,ſicut publicum cõtinet inſtrumentum,debitori promiſit,quod quandocumq. a ſeptennio † vſq. ad nouennium † daret ſexaginta vncias tarenorũ, qui vix dimidiam iuſti pretij contingebant, domos ei reſtitueret,& oliuas. Quia igitur fraus, & dolus cuiquam patrocinari non debent; f. t.per A.ſ.m.qua.ſi res ita ſe habet,inſtrumento venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra vſurarios non obſtante; prædictum M.ad reſtituendas domos, & oliuas prædictas ei,ad quem debent hereditario iure deuolui, cum debitor viam ſit vniuerſæ carnis ingreſſus,per pœnam in Lat.con.contra vſurarios promulgatam,ap.re. conpellas.

De ẽpt. & vend. c. 5.

† *al. Tranen.*

† *Septẽbrio forte*

† *Nouẽbrem forte*

*Idem Epiſcopo, & Archidiacono Vrbiueter. c. 2.*

CVM cauſa, quæ inter œconomum monaſterij ſancti M.de mõte Viterbien.ex parte vna,ac F.& R. ciues Viterbieñ. ex altera ſuper accaſamentis quõdam Tornampartis, & terris Denſiare, ac ſalicis, & molendino, vbi facta eſt Galcheria, vertebatur coram nobis, fuiſſet aliquamdiu ventilata:nos intellectis rationibus vtriuſq. partis, atteſtationibus diligenter inſpectis, cum conſtitiſſet nobis monaſterium ipſum in prędictarum rerum venditione vltra dimidiam iuſti pretij fuiſſe deceptum,ſententiando decreuimus;vt præfati ciues, aut recepto pretio reſtituerent poſſeſſiones memoratas, aut ſupplerent, quantum conſtaret legitime venditionis tempore iuſto pretio defuiſſe. Cum igitur Abbas, & fratres eiuſdem loci probare per teſtes intendant, quanti pretij venditionis tempore poſſeſsiones fuere prædictæ, pręſentium vobis auctoritate m. qua. infra trium menſium ſpatium recipientes ap.re.teſtes, quos alterutra partiũ duxerit producẽdos,audiatis cauſam,& eandem remittentes ad nos ſufficienter inſtructam, præfigatis partibus terminum conpetentem,in quo noſtro ſe conſpectui repręſentent ſententiam recepturæ. Si vero pars monaſterij ad hunc probandum articulum,eoſdem teſtes produxerit,quos ad alium probandum produxit;vos nihilominus, eos recipere procuretis;quoniam aliud eſt probaſſe dece-

c. 6. e. & c. 42. de teſti.

ptionis exceſſum,& aliud probare quantita-
tem valoris.

## DE RERVM PERMVTA-tione. Tit. xv.

*Idem Senon. Archiepiſcopo. Cap. vn.*

De rer. perm. c. 7. & de off. del. c. 33.

CVM olim ad noſtram audien-
tiam perueniſſet,quod dilectus f.
magiſter S. & B. Archidiacona-
tum,& præpoſituram adinuicem
permutaſſent, magiſtri eiuſdem
obtẽtu cauſam ſuper hoc bonæ me. Maſceñ.
Epiſcopo duximus delegãdam. Cumq. idem
B. ad noſtram poſtmodum pręſentiam acce-
ſiſſet, vt negotium ſine ſuſpicione procede-
ret,obtentu ipſius,di. f. Abbatem Cluniaceñ.
eidem Epiſcopo duximus adiungendũ. Ve-
rum , cum propter Abbatis abſentiam non
fuiſſet a delegatis ipſis pariter in cauſa proceſ
ſum,vtraq. partium noſtro ſe conſpectui prę
ſentauit , & audientiam obtinuit corã nobis.
quod licet prędictus magiſter ab initio ſpõte
fuit de permutatione confeſſus, idem tamen
B. eam infitiabatur omnino,aſſertiue propo-
nens,quod & ipſe præpoſituram ſine contra
dictione qualibet reſignarat, & poſt liberam
reſignationem prædicti magiſtri Archidiac.
fuerat aſſecutus,licet magiſter ipſe propone-
ret ex aduerſo, ipſum ſecum diutius de per-
† al. deeſt mutatione tractaſſe, & cõpleuiſſe eandem †
in manibus ve. f. n. Eduen. Epiſcopi , quod
tractarant. Verum ſæpedictus B. delegatis
noſtris non deferens, immo verius deleganti,
ſigilla violauit illorum, & ſcripta, quæ nobis
fuerant præſentanda , non erubuit aperire.
Ceterum conſtitutus in præſentia noſtra,ad-
uerſario ſuo præſente, in excuſationem pro-
priam propoſuit coram nobis, quod iudices
perperam proceſſerant contra ipſum, cũ acta
in ſcriptis minus fideliter redegiſſent. vnde ti
mens,ne litteras portaret Vrię;ſcripta illorũ
aperuit,&quod ſuſpicatus fuerat; adinuenit.
Sane ſi quid expediret , melius notaſſet , vel
non recepiſſet ſcripta ſuſcepta,vel recepta no
bis fideliter præſentaſſet, & oſtendiſſet cau-
ſam ſuſpicionis propoſitæ coram nobis. Præ-
terea cum non cõquereretur de iudice,quem
ei proprio motu conceſimus , ſed de illo po-
tius,quem ipſe duxerat eligendum, & iudices
ſui nobis per eum litteras deſtinaſſent,de ipſo
conquerentes,verbis ipſius fidem non duxi-
mus adhibendam. ſed, vt in eo ſaltem puni-
retur, in quo peccarat, contra acta iudicum,
quæ temere violauerat , ipſum ſicut nec de-
buimus,ſic noluimus exaudire, ne videretur
dolus ſuus ei patrocinium attuliſſe. Cũ ergo
nobis tum per publicam famam,tum per va-
lidam præſumptionem,& probationem etiã
manifeſtam conſtaret,quod ſuum præſtiterit
permutationi conſenſum , prædictus autem
magiſter ſuum publice fateretur errorem, &
hunc præpoſitura, & illum Archidiaconatu
curauimus ſpoliare ; ſuper hoc diffinitiuam
contra eos ſententiam proferentes.

## DE FEVDIS. Tit. xvj.

*Idem Maurieñ. Epiſcopo. Cap. I.*

INSINVATIONE præſen De feud. c. 1.
tium declaramus, quod Gageria,
quam tu apud Argentinam a Nã
telino dinoſceris reperiſſe,Gaude
fredi fratris eius accedente conſenſu, a te po-
teſt libere retineri, fructibus non conputatis
in ſortem, ita videlicet , vt quamdiu fructus
illos perceperis,in ſorte minime cõputandos,
idem Nantelinus a ſeruitio,in quo tibi,& ec-
cleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit
immunis.

*Idem Archiepiſcopo Mediol. ſanctæ Rom. eccle-ſiæ Cardinali. Cap. 2.*

EX parte tua noſtro eſt Apoſtolatui re- c. 1. e.
ſeratum,quod ſæpius dubitaſti, vtrum, cum
contingit vaſſallum tuum decedere, & ad te
feudum ipſius redire , feudum eius alij liceat
tibi dare ; quamuis iuramento tenearis aſtri-
ctus, non infeudare de nouo Rom. Pont. in
conſulto. Adhuc ſi vaſſallum tuum feudum
alienare contingat;an ipſius filium,vel cõſan
guineum conſortem eiuſdem feudi de ipſo
valeas inueſtire. Alia quoq. tua dubitatio cõ-
tinebat,vt cum feudum alienatum repereris,
quod per te facile recuperare non potes;vtrũ
poſsis alicui laico in feudum illud cõcedere,
quod & illud recuperet, & in feudum eccle-
ſiam recognoſcat. Nos igitur ſuper his de mẽ
te tua ſcrupulum volentes dubitationis au-
ferre,præ. tibi m. qua. ſi quando præfati caſus
emerſerint, in primo feudum decedentis libe
re,ſi videris expedire,concedas,ac in ſecundo
filium, vel conſanguineum alienantis inue-
ſtiens,in tertio feudum alienatum ei poteris
licenter concedere , per quem ipſum eccleſia
valeat rehabere.

## DE PIGNORIBVS. Tit. xvij.

*Idem Gallando ſubdiacono noſtro, & B Vitali ca-nonicis Piſanis. Cap. 1.*

ILLO



De pig. c. 4.

ILLO vos credimus ſcientię do
no vigere, quod ſuper eo, de quo
nos conſulere voluiſtis,quid iuris
ſit,liquido cognoſcatis. Quia ta-
men noſtro poſtulaſtis edoceri reſponſo, ne
ſub ipſius expectatione reſponſi , deciſio ne-
gotij prorogetur, præſentibus vobis litteris
duximus reſpondendum. ſane per veſtras no
bis litteras intimaſtis, quod, cum cauſa, quæ
vertitur inter H. & dil. f. Guido. de Coſa, G.
filiam Teberti,& heredes ipſius ſuper quibuſ
dam vineis præfatis perſonis pro xxvj. libris
pignori obligãtis;vobis duximus committen
das,dantes vobis per noſtras litteras in man-
datis, vt ipſam G. & heredes ipſius ad reſti-
tuendas vineas,& quidquid vltra ſortem per
ceperant , eiſdem reſtituerent conquerentib.
per pœnam in Lateraneñ. cõcilio contra vſu
rarios promulgatam,cogere curaretis. vos, vt
iuxta mandatum noſtrũ procederetis in ne-
gotio me. partes citare curaſtis; cumq. in veſtra
eſſent præſentia cõſtitutæ,ex parte prædictæ
G. & heredum ipſius fuit propoſitum coram
vobis,terras,vineas,quas idem H. & B. repe-
tebant ab eis non eſſe pignori obligatas, ſed
pure venditas,ſicut in inſtrumento confecto
exinde plenius continetur;præfatus vero H.
pro ſe, ac fratre ſuo firmiter aſſerebat, terras
non eſſe pure venditas;ſed pignori obligatas,
cum venditionis prædictæ talis fuit adiecta
condicio, vt ſi a tempore contractus vſq. ad
duos proximos annos præfato T. emptio di-
ſpliceret, G. pater H. ab inde vſq. ad annum
xxvj. libras, perceptis fructibus computatis
in ipſis, dare debuerit, ſicut in eodem inſtru-
mento aſſerebat firmiter contineri. Verum,
quia ſicut in eiſdem litteris continetur,ambi-
gitis,vtrum pura ſit, & abſoluta venditio, an
præfatus contractus, pignus debeat iudicari,
per noſtras poſtulaſti litteras edoceri. Nos au
tem conſultationi v. t. reſpondemus ; quod
qualiſcumq. fuerit intentio contrahentium,
ex forma contractus , venditio non apparet
condicionalis,ſed pura;quamuis poſsit per cõ
dicionem reſolui. ex duobus tamen, quæ in
pacto fuerunt expreſſa , videlicet quod fru-
ctus percepti debent in ſoluenda pecunia nu
merari, & quod vltra ſummam receptam xl.
ſolidi debent perſolui,contra ipſum empto-
rem præſumitur vehementer,pręſertim cum
vſuras conſueuerit exercere.

*Idem Epiſcopo Aquinati. Cap. 2.*

c. 5. e. EX litteris tuæ fraternitatis accepimus,
quod,cum cauſa,quæ vertitur inter R. ſancti
Georgij,& R. mulierem ſancti Germani, tibi
duximus committendam,cum fere per bien-
nium ſtuduiſſes , vt eadem cauſa concordia
finiretur,partibus non acquieſcentibus,aſci-
tis viris prudentibus,prædictæ cauſæ meritis
diligentius examinatis, idem negotium , de
prudentum conſilio,ad noſtram duxiſti præ
ſentiam remittendum , ea maxime ratione,
qua videbatur hoc ad regium iudicium ſpe-
cialiter pertinere. ſi quidem probatũ eſt eui-
denter,quod facinore,a marito prædictę mu
lieris commiſſo,eo fugam petente,tam frater
mariti,præfatus videlicet R. quã ipſa mulier,
licet minus iuſte ab R. Comite Caſertoñ. tũc
regio iudiciario † capti fuerint , & de ipſius † al. iuſtitiario
mandato omnium bonor. delinquentis facta
diſtractio , & ſoluta pecunia mercatori, qui
a marito dictæ mulieris vulneratus fuerat,&
rebus proprijs ſpoliatus. per prædictum autẽ
R. illorum bonorum venditio facta fuit , de
mãdato iuſtitiarij antedicti,ſed quædam poſ-
ſeſsiones penes eundem R. mulieris ſororiũ
remanſerunt,quas idem R. de mandato curię
retinuit , ſoluta pro eis pecunia mercatori.
quia emptor alius,ſicut dicit;propter poſſeſ-
ſionum minutias non extabat. Pars vero mu-
lieris firmiter allegabat,quod cum dos omni
bus creditorib. pręferatur,& omnia bona ma
riti eidem mulieri propter dotem fuerint obli
gata,cum mulier in hoc non fuiſſet culpabi-
lis;dotem ſuam amittere non debebat: pro-
pter quod æſtimationem eius inſtantius pe-
tebat ſibi confirmari,vel in poſſeſsiones,quæ
mariti fuerant,ex officio delegationis induci,
aſſerens culpam viri ſui nequaquã ei de iure
debere nocere. Pars autem viri econtrario re
ſpondebat ſe nõ debere ſuper his aliquo mo
do reſpondere ; quia nihil voluntate, vel au-
ctoritate ſua diſtractum fuerat de bonis ma-
riti mulieris ipſius : ſed fiſcus ea capi fecerat,
& mandauerat diſtrahenda,quod & teſtium
aſſertione probauit. Sane cum pars mulieris
diceret de poſſeſsionibus viri ſui aliqua remã
ſiſſe,quæ diſtracta non fuerant , & ex eis ſibi
ſatisfieri poſtulabat: ab ea ſtudioſius inquiſi-
ſti,quanta fuiſſet pecunia, quæ ſoluta fuerat
mercatori,& ex confeſsione tibi cõſtitit vtri-
uſq. quod de immobilibus vſq. ad xxiiij. vn-
cias auri alienatum extiterat, ſed pręſcriptus
R. ſe xviij. vel xxiiij. dicebat addidiſſe, & qua
draginta duarum vnciarum auri cõpleuiſſe
numerum mercatori. Allegabat quoq. prædi
ctus R. quod cum quinq. filij eſſent vnius pa
tris, & omnes in bonis paternis ſuccederent;

facta ęſtimatione totius hereditatis, nō perueniebat ad maritum mulieris ipſius de hereditate paterna, quod vltra xxiiij. vncias valeret. Quia vero ad nos eadem cauſa remiſſa, non fuit ſufficienter inſtructa; nec nobis cōſtitit, vtrum x. libras tarenorum, quas petebat mulier, dediſſet in dotem, aut quod R. aliquid poſsidebat de bonis pertinētibus ad fratrem ſuum virum mulieris prædictæ, nec potuiſſemus examinationi cauſæ inſiſtere, tum quia in præſentia tua renuntiatum fuerit allegationibus, & probationibus, ſicut dicis; tum quia idonei, & ſufficientes ad noſtram pręſentiam non venerant reſponſales: eandem cauſam tuo duximus examini remittendam, per A. ſ. præ. mandantes, qua. ſi tibi conſtiterit ex ijs, quæ in præſentia tua fuere propoſita, & probata; quod mulier dicit viro dediſſe in dotem; & prædictum R. de bonis fratris aliqua poſsidere; cum mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur; & cautum ſit etiam in iure, quod propter maleficium viri mulier remanere nō debeat indotata; cū, & bona viri mulieri pro dote tacite obligata cum ſuo onere tranſierunt ad quemlibet poſſidentem, prædictum R. eidem mulieri ad reſtitutionem dotis eatenus ap. re. condemnes, quatenus de bonis fratris ſui præfati noſcitur poſsidere.

*Idem L. de monte Fortino. Cap. 3.*

c.6.c. CVM contra nobilem virū G. Deenten ciuem Anagninum ſuper quibuſdam poſſeſſionibus, quas quondam pater tuus Laudun̄. de Salis pro certa pecunię quantitate obligarat, & creditoris heredes prædicto G. pignorarant, mouiſſes in noſtra præſentia quæſtionem; tibi, & ei dil. f. P. de Saxon. ſubd. & capellanum noſtrum conceſimus auditorem. conſtitutus igitur in noſtra præſentia legitime probauiſti, quod poſſeſsiones ipſę pignoris titulo fuerunt obligatæ, ac ex earum prouentibus tantum fuerat tunc ab eodem G. & ab alijs, qui eas tenuerant, a tempore, quo fuerant obligatæ, perceptum; quod fructus ſorti poterant adæquari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in ſolutione ſortis accedat; cum ſecundum canonicas ſanctiones fructus reſtitui, & in ſortem debeant conputari, conſiderantes etiam, quod poſſeſsiones ipſæ iam extenuaſſent penitus tuum onus, & debitum annullaſſent de con. f. n. ipſas tibi reſtituendas eſſe decernimus; & per nūtium noſtrum in poſſeſsionem induci fecimus corporalem.

## DE DONATIONIBVS. Tit. xviij.

*Idem Archiepiſcopo Glamonen̄. & Epiſcopo Migdon̄. & Abbati Renan. Cap. 1.*

DILECTI filij canonici ſanctę M. de Lino grauem propoſuerūt in noſtro auditorio quæſtionem; quod cū terra Ballimedogſortan̄. ex donatione quondam Olieuar. Regis de Heriel adepti fuiſſent; & eam tam ante, quam poſtquam Anglici venerunt in partes illas, longo tēpore poſsiderent in pace, H. de Sai miles Armacan̄. dioec. eandem terram ex donatione H. de Lacij contra iuſtitiā occupauit; & licet dil. f. n. I. tt. ſancti Stephani in Coeliomonte presbyter Card. ſe. Ap. Le. eidem H. ne terram illam reciperet, vel teneret, ſub interminatione anathematis inhibuerit, eam nihilominus detinet, & reddere contradicit, allegans legem ab Anglicis introductam; quod videlicet donatio per quemquam Hibernicum religioſæ domui facta non valeat; poſtquam rem, quæ donatur, alicui Anglico Rex Anglorum concedit; etiam ſi tempore, quo per Hibernicum donatio ipſa domui religioſæ confertur; & is, qui facit donationem, in plenarei donatę poſſeſsione fuiſſe noſcatur, & eam poſsideret ab antiquo. Cū igitur talis lex, nec naturalis, nec ſcripti iuris contineat ęquitatem, d. v. per A. ſ. m. qua. inquiſita ſuper his diligentius veritate, non obſtante prædicta lege, ap. re. quod iuſtum fuerit, ſtatuatis. Non ponitur.

*Idem Epiſcopo Florentino. Cap. 2.*

PER tuas nobis litteras proponere curaſti, quod cum Floren̄. nobiles, & potentes prompti ad ſeruitiū, & deuoti tempore ſchiſmatis bo. me. I. Florent. Epiſcopi in domo ſua tenuerint contra Imperatorem, ſuorumque fautorum inſultus, idem Epiſcopus ſedata ſchiſmatis tempeſtate, de mandato ſe. re. Alexandri PP. præ. n. quattuor modios terræ in feudum conceſsit eiſdem; & eo poſtmodum viam vniuerſæ carnis ingreſſo, bo. me. B. ſucceſſor ipſius, prout moris eſt, de recto feudo præfatos nobiles inueſtiuit. Verū, cum ipſi aſsignatam terram ſibi aſsignari feciſſent; non niſi duos modios inuenerunt; vnde ab anteceſſore tuo, vt ipſis feudum integraret cum inſtantia poſtularūt; qui licet hoc aliquando ſe facturum promiſerit; effectui tamen minime mancipauit. Ipſi autem, vt tu præfatum feudum ipſis adimpleas, aſsidue po- De donat. c.ſ1.



poſtulant, & inſtanter; at tu aliquantulū dubitas, eo quod nō ſunt in poſſeſsione ipſius, ne de nouo illud videaris conferre, licet tibi fidelitatem curauerint exhibere, & de quattuor modijs fuerint inueſtiti; antequam eorū petitioni duceres annuendum, ſe. duxiſti Ap. conſulendam. Nos igitur attendentes, quod eccleſiam in actibus ſuis fraudem, vel dolum non decet aliquem adhibere: f. t. t. reſpondemus, quod feudū ipſum ſecure potes eiſdem nobilibus integrare; cum terra illa quattuor modiorum ipſis fuerat aſsignata, & iam dictus Epiſcopus quattuor promiſerit ſe daturum.

*Idem R. Cedeburgen̄. & G. Briburgen̄. Abbatibus, & magiſtro L. rectori eccleſiæ de Bilchale. Cap. 3.*

c.6.c. CVM dilect. fil. Abbas, & monachi de Melros propoſuerūt coram nobis, quod vir Alanus quaſdam terras ab W. quondam patre ipſius eorum eccleſiæ de Machelm in eleemoſynam aſsignatas, violenter redigere cupiens in foreſtā, eos ſuper his indebite moleſtaret; vobis dediſſe recolimus in mandatis, vt ipſum ab ipſorum ſuper illis terris indebita moleſtatione deſiſtere per cen. ec. ap. poſt. cogeretis. Verum cum ſuper ipſa cauſa mandatum Apoſtolicum impleretis, diligentius procedentes in cauſa, partibus in præſentia veſtra conſtitutis, teſtes recepiſtis hinc inde, & ſuper atteſtationem illorum, & inſtrumentis diu diſputantibus, ac diſceptationibus habitis in cauſa ipſa, vſq. ad ſententiæ calculum proceſsiſtis, cauſam ipſam ſufficienter inſtructam ad noſtram audientiam remittentes. vt autē per diligentiam veſtram finis cauſæ imponatur eidem, inſtrumentorum tenorem, depoſitiones teſtium, allegationes etiam, prout ea receperamus, ſigillorum veſtrorum munimine conſignata, vobis ſub ſigillo noſtro remittimus intercluſa, per A. v. ſ. m. præ. qua. auctoritate noſtra ſuffulti, ad ſententiam pro ipſo monaſterio proferendam, non obſtante contrad. vel ap. cuiuſlibet, procedatis, contradictores per cen. ec. cogētes, & facientes, quod iudicaueritis, auctoritate noſtra firmiter obſeruari; cum ex tenore inſtrumenti euidenter appareat, quod hæc fuit mens, & intentio donatoris, vt clauſulam de foreſta, quæ in fine ponitur inſtrumenti, non ad ſuperiorem donationem, quæ tam libera, & pura fuit, vt immunis eſſet a vexatione, & conſuetudine ſæculari, ſed hoc ad inferiorem conceſsionem, quæ penſionem, & determinationem habet inſertam, iuxta ſanum referri debeat intellectum, quia in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs quoque pleniſsima eſt interpratatio adhibenda.

*Idem Epiſcopo Helien̄. Cap. 4.*

PASTORALIS officij diligentia. c.7.c. & infra. Tua nos inſuper duxit diſcretio conſulendos, ſi Epiſcopus conſentiente patrono viris religioſis aliquam eccleſiam concedendo, hac vtatur ſimplicitate verborum; concedimus vobis illam eccleſiam, vtrum eo ipſo videatur eccleſia illa in eorum vſus fuiſſe cōceſſa, vel ius tantummodo patronatus. Nos autem inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum; quod ſi Epiſcopus eccleſiam illis conferat de conſenſu patroni, profecto patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur, ius videl. patronatus, & Epiſcopus confert illud, quod ipſe optinet temporaliter in eadē, vt ſi fructuum eiuſdem eccleſię aliquam percipiat portionem, in eorum vſus illa portio conuertatur. Quod ſi ex ipſius prouentibus nullam debet Epiſcopus portionem habere, omnes prouentus, præter cathedraticum, in eorum vſus credimus conuertendos, ſed vt Epiſcopi donatio ſit legitima, conſenſus eſt ſui capituli requirendus.

*Idem Floren̄. & Faeſulan̄. Epiſcopis, & Archipreſbytero Piſtorien̄. Cap. 5.*

INTER di. f. hoſpitalarios ſancti Sepulchri de Piſis hoſpitalis Hieroſolymitani ex vna parte, ac fratres hoſpitalis ſancti Allucij Lucanæ dioec. ex altera ſuper eodem hoſpitali ſancti Allucij quęſtione ſuborta, cū idem hoſpitalarij ſuper poſſeſſorio, quod ſemel, & iterum ex cauſis tamen diſsimilibus intentarunt, contrariam reportaſſent ſententiam, deinde ad petitorium recurrentes, per procuratorem ſuum, coram dil. f. H. ſubd. & capellano noſtro, quem ſibi, & procuratori partis alterius auditorem conceſsimus, proponere curauerunt, quod cum B. quondam rector, & fratres, ac patroni eiuſdem hoſpital. ſancti Allucij habito communi tractatu deliberaſſent hoſpitale ipſum hoſpitalarijs ſupponere ſupradictis, compromiſerunt in hoc trib. procuratoribus vices ſuas communiter ſtatuentes; vt quod per ipſos ſuper hoc fieret, acce- c.8.c.

ptarent. qui poſtmodum ad prędictos hoſpitalarios accedentes, cum eiſdem taliter ſtatuerunt, vt ad ipſum hoſpitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine reciperent aſsignationem ipſius. cum autem fratres M. & B. illuc propter hoc tranſmiſiſſent, in camera prædicti rectoris donationem, & aſsignationem hoſpitalis prædicti, tam a præfato magiſtro, quam ſupradictis procuratoribus, & alijs eiuſdem domus fratribus receperunt. & infra. Procurator autem partis alterius ex aduerſo reſpondit, quod prædicta donatio debeat non immerito retractari, quoniam multis ex fratribus inconſultis, a prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis, nihilominus, ac periuris de re litigioſa, & in fraudem Plebani de Piſcia, qui ſuper eodē hoſpitali mouerat quæſtionem, fuerat celebrata, & hæc omnia proponebat ſufficienter eſſe probata per depoſitiones teſtiū productorum. Ad hæc vero parte altera multipliciter reſpondente, hinc inde fuit aliquamdiu diſputatum. Nos igitur his, & alijs intellectis, quæ coram capellano prædicto partes proponere curauerunt, & ipſarum atteſtationibus diligenter inſpectis, attendentes, quod fratres, & patroni ſancti Allucij pro ſe, immo potius contra ſe ſuam turpitudinem allegabant; videlicet periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtiq. contra ipſos, ſed ab ipſis commiſſam; & intelligentes donationem ab eis præfatis hoſpitalarijs factam, puram, ac ſimplicem extitiſſe, quia non deceptoribus, ſed deceptis iura ſubueniūt. Vnde per ea, quæ ſuperius ſunt propoſita, ſe contra factum proprium legitime defendere non valebant; cum & quædam ex ipſis non fuerunt conprobata, de con. f. n. hoſpitale prędictum ſancti Allucij cum pertinentijs ſuis hoſpitalarijs ſancti Sepulcri adiudicare curauimus, ita quod per hanc noſtræ diffinitionis ſententiam diœceſano Epiſcopo, & Plebano de Piſcia nullum præiudicium generetur; cum res inter alios acta, non debeat alijs pręiudicium generare.

*Idem Epiſcopo ſancti Andreæ. Cap. 6.*

c. 9. e. APOSTOLICAE ſedis oraculo. & infra. Cum plerumq. contingat, quod Epiſcopi ſucceſiue locis religioſis de redditibus, qui pertinent ad eoſdem, vltra quinquageſimam conferant portionem; ita quod interdū vſq. ad tertiam partem, vel quartam; interdū vero plus, minuſue huiuſmodi redditus minuantur. tua fraternitas nos cōſuluit, vtrū ſucceſſoribus eorundem ea, quæ taliter fuerint vltra quinquageſimam portionem conceſſa, liceat aliquatenus reuocare. Nos igitur inquiſitioni t. t. reſpondemus; quod licet ſit in canone diffinitum, vt ſi quis Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium forte conſtruere voluerit, & hoc de rebus eccleſiæ, cui præſidet, ipſe ditare, non amplius ibidem, quam quinquageſimam, eccleſiæ vero quam monaſticis regulis informare, vel pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui prę-eſt, debeat elargiri. Quia tamen in eodem canone conſequenter adiungitur; vt hæc temperamenti æquitas obſeruetur; quod, cui tribuit, competens ſubſidium conferat; & cui tollit, grauia damna non infligat; ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerationem aſſumat, hoc ſemper eſt obſeruandum; quod Vnus Epiſcopus, vel alius non ſolum debet amplius, ſed nec tantū, nec minus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento conferre, ſiue ſimul, & ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſsiue eidem, vel diuerſis eccleſijs cōferendo. Vnde cum graue detrimentum, ſiue de poſſeſsionibus, ſiue de prouentibus, vel ad Epiſcopalem menſam, vel cathedralem eccleſiam pertinentibus, in quantalibet portione conſtiterit eſſe collatum; poterit legitime reuocari, niſi præſcriptione, vel alia exceptione legitima huiuſmodi actio excludatur. Nam etſi prima facie præſumatur, quod collatio quinquageſimæ, vel centeſimæ partis graue non inferat detrimentum; quia tamen, ſi non ſolum ſæpe, ſed etiam ſemel id fiat, ex varijs circūſtantijs deprehendi poteſt interdum eſſe valde damnoſum; quod quidem magis poteſt ex oſtenſione ipſius facti, quam expreſsione alicuius ſtatuti cognoſci. nec quinquageſima, vel centeſima ſemel, ac ſucceſsiue debet cū graui damno conferri: ſi vero in tantum (hoc vndet † Epiſcopus, vt ſine damno eccleſiæ ſuæ poſsit amplius, quā in quinquageſimam, vel centeſimam partem, neceſsitati alterius eccleſiæ ſubuenire, quamuis per ſe non debeat ſummam excedere a canone præfinitam, per quā incaute largiri volentib. eſt occurſum. de ſuperioris tamen auctoritate poteſt etiam in maiori ſumma inopiæ alterius prouideri.

† abundet Greg. 9

DE



## DE TESTAMENTIS. Tit. xix.

*Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo. Cap. 1.*

Decr. ſt. c. 13. CVM tibi de benignitate. & infra. In ſecūda vero dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius diſpenſatione committit, non videtur decedere inteſtatus.

*Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina preſbytero Card. Ap. ſe. Legato. Cap. 2.*

OFFICIVM & infra. Secundo quæ-
e. 14. e. ſiſti, cum quis in teſtamento relinquit Epiſcopo propriam portionem, & alia multa monaſterijs, vel eccleſijs, alijſq. dimittit; vtrum Epiſcopus ex illis legitimā petere poſsit portionem, adiciens autem, cum quis ex teſtamētο in fraudem modicum conſtituerit mortuarium; & alia dimiſerit pro anima ſua plura; nihilominus poſsit Epiſcopus exigere portionem de alijs a canone conſtitutam. Nos autē ſuper his conſul. t. t. reſpōdemus, quod ſi portionem illam cum condicione legauit Epiſcopo, vt eſſet ea ſola contentus, & eam Epiſcopus acceptauit; quia per hoc alijs renuntiaſſe videtur, de ceteris non poterit exigere portionem. quod ſi eam ipſi abſolute relinquit, portionem ſibi debitam poterit nihilominus de ceteris vindicare. Si vero conſtiterit, quod in fraudem modicum conſtituit mortuarium, vt in ceteris Epiſcopus portione debita fraudaretur; quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, Epiſcopus portionem ex illis poterit exigere a canone conſtitutam, ſaluis indulgentijs Pontificū Rom. quæ quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

*Idem. Cap. 3.*

REQVISISTI de ijs, quæ teſtator
e. 15. e. pro anima ſua legat in vltima voluntate, qualiter ſint inter Epiſcopum, & eccleſias diuidenda; & quidem regulariter verū eſt, quod Epiſcopus debet de his ſecundum diuerſas conſuetudines tertiam, vel quartam portionem habere. ſed conſiderandum eſt diligenter, vtrum teſtatus leget hoc modo, relinquo (inquit) iſtud Epiſcopo, aut relinquo iſtud eccleſiæ, vel relinquo iſtud Epiſcopo, & eccleſiæ, aut relinquo iſtud Epiſcopo, & relinquo illud eccleſiæ. In primo caſu diſtinguendum eſt, vtrum relinquatur illud Epiſcopo ab extraneo, an a propinquo; ſi ab extraneo, generaliter verum eſt, quod præſumitur eſſe relictum intuitu eccleſiæ, non perſonæ. vnde cathedral. eccleſia canonicam de illo poteſt petere portionem, quemadmodū Epiſcopo competit ſua portio, ſi aliquid ipſi eccleſiæ relinquatur; & hoc vtiq. verum eſt, niſi teſtator exprimat, quod velit illud eſſe tantum Epiſcopi, non eccleſiæ. in quo caſu ſeruanda diſpoſitio teſtatoris. ſecus autem, ſi exprimat, quod velit illud eſſe tantum eccleſiæ, non Epiſcopi: quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis immutare: nec eſt contrarium, quod in canone legitur, videl. quod Pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum eccleſia, aut ſequeſtratū dimittitur, aut donatur; quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis probatur offerre, non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ, inter facultates eccleſiæ conputabit, quoniam hoc eſt verum, cum teſtator ita ſequeſtratum legat illud Epiſcopo, quod non exprimit, vtrum velit ad Epiſcopum tantum, & non ad eccleſiam pertinere. Si vero relinquatur illud Epiſcopo a propinquo, præſumitur eſſe relictum, non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ; niſi forte contrariū probaretur, & de iſto nihil poteſt eccleſia petere in vita eius. Quod ſi relinquitur Epiſcopo, & eccleſiæ; de illo canonica inter ipſos eſt diuiſio facienda. Si vero iſtud Epiſcopo, & iſtud eccleſiæ relinquatur, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint relicta; reducenda ſunt ad diuiſionem canonicam faciendam inter Epiſcopum, & eccleſiam cathedralem, niſi ambo velint eſſe teſtatoris diſpoſitione contenti; quam propter vltimæ voluntatis fauorem, ſatis decens eſt obſeruare, vbi neque fraus interuenit, neque dolus, nec quiſquam nimium defraudatur debita portione. Secus eſt autem, ſi aliquid legetur Epiſcopo, & aliquid capel. vel monaſterijs, aut alijs pijs locis: nam in hoc caſu, quod legatur Epiſcopo, eius eſt præcipuum, cum eccleſia cathedrali; quemadmodum ſi cuilibet alij legaretur, & de (illis quę hi † legantur, portionem canonicam nihilominus optinebit; quoniam non eſt tanta cōmunio inter Epiſcopū, & capellas, vel monaſteria, ſeu alia pia loca,

† al. iis, qua



quanta

quanta eſt inter ipſum, & eccleſiam cathedralem, cui eſt ſpirituali coniugio copulatus. Vnde, quæ acquirit Epiſcopus, non illis, ſed iſti tantum acquirit. Illud autem eſt generaliter obſeruandum circa eum, qui poteſt propriam poſsidere prçlationem, vel adminiſtrationem eccleſiæ non habentem, quod ſi ei aliquid ſpecialiter relinquatur, non ſolum a propinquo, verum etiam ab extraneo; intelligitur eſſe relictum non intuitu eccleſiæ, ſed perſonç; niſi probatio in contrarium appareret. & idcirco de illo non Epiſcopus, nec eccleſia poteſt in vita eius ſibi aliquid vindicare, & hoc intelligitur eſſe verum, cum fraus minime procuratur, quç ſi detecta fuerit, patrocinari non debet.

## DE SVCCESSIONIBVS AB INteſtatis. Tit. xx.

*Idem Niuerñ. Epiſcopo.* *Cap. 1.*

De ſucceſ. ab int. c.3. CVM dil. f. Abbas de Bruxeria ad noſtram præſentiam acceſſiſſet, & pro cauſa, quam aduerſus ve. f. n. Epiſcopū Eduñ. habebat, ibidem diutius expectaſſet, tandem nuntius eiuſdem Epiſcopi ſuperuenit, quibus volentibus ad inuicem litigare, ve. f. n. I. Viterbieñ. Epiſcopum ſancti Clementis Card. conceſimus auditorem. Ipſis igitur in eius præſentia conſtitutis, Abbas propoſuit antedictus, quod cum Archipresbyter de Alerio ſe, & ſua ad participationem orationum, monaſterio de Bruxeria pietatis intuitu optuliſſet, quibuſdam rebus ſuis vſui ſuo ſimplici reſeruatis; de manu cuiuſdam fratris eiuſdem cœnobij augmentationem coronæ in ſignum oblationis illius accepit; & quod hanc conceſsionem hoc modo feciſſet, & nō ſuo nomine, ſed monaſterij poſsideret, & monaſterio, quidquid acquirebat, acquireret, ſçpe fuit in communi capitulo proteſtatus. In hoc etiam publice per xx. annos fere idem Archipresbyter nullo contradicente, vel reclamente permanſit, ita quod per publicam famam id omnibus notum erat. nam Abbas de Bruxeria, qui pro tempore fuerat, & ipſi monachi rebus illius non ſecus, quā alijs reb. proprij monaſterij ſciente Epiſcopo Eduñ. qui pro tempore erat, & in nullo penitus reclamante publice vtebatur. id autem, quod mente compoti dictus Archipresbyter fecerat inter viuos, in vltima voluntate mente ſanus, licet çger corpore confirmauit. Cumque idem Abbas, & monachi res ſic legitime datas, & alias quas ipſi Archipresbytero conceſſerat ad vtendum, ad ſuum monaſterium reducere vellent, prçdictus Epiſcopus eis violentiam inferens, non ſolum res Archipresbyteri, ſed etiam res ipſius monaſterij, occupauit; quas cum in bona pace repeterēt, ipſe, vt rebus illis ei poſſet graſſandi materia plenius indulgeri, ſed. Apoſtolic. appellauit, in octauis beati Martini proximo præteriti ſuç terminum appellationi præfigens. Econtra prædictus nuntius Epiſcopi allegauit, quod ante, quam donatio illa facta fuit, Archipresbyter erat poſitus extra mentem; ita quod, cū interrogatus fuiſſet a monachis, vis tu habitum ſuſcipere monachalem? & reſpondiſſet volo; ſtatim interrogatus ab alio: vis tu eſſe aſinus? reſpondit ſimiliter volo; ſicque prædicti monachi eum ad ſuum monaſteriū deportarunt; quod idem nuntius ſe obtulit probaturum. & infra. Quibus auditis, & cognitis ſufficienter intelleximus eſſe probatum; quod dictus Archipresbyter agens in extremis, velut vltimam exprimens voluntatem aſſeruit, ſe, & ſua monaſterio de Bruxeria contuliſſe. Vnde, cum requiſitus eſſet, vt conderet teſtamentum, reſpondit ſe non poſſe teſtari; quia ſe, & ſua contulerat monaſterio ſæpedicto. & licet vnus ſolus teſtis dixerit, ſe audiſſe quando præfatus Archipresbyter, ſe, & ſua optulit monaſterio; quia tamen alij teſtes dixerint ſe audiſſe ipſum Archipresbyterum in Abbatis præſentia confitentem, & quod prædictum eſt, atteſtantem; non tamquam ſufficienter probantes, ſed tamquam vehemenrer adminiculantes aſſertionem Abbatis plurimum adiuuabāt. Quia vero pars Epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quod dictus Archipresbyter in extremis laborans, tamquam phreneticus, alienatus erat a mente, vnde non valuit, quod expreſſit; nos tamen ſuper his, & alijs, quæ fuerūt hinc inde propoſita, cum fratribus noſtris habita diligenti deliberatione, cauſam ipſam vobis ſub hac forma duximus committendam; quod niſi præfatus Epiſcopus legitime probauerit, ſæpedictum Archipresbyterum ſuæ mentis compotem non fuiſſe, cū vltimā voluntatē expreſsit; ſuper impetitione monaſterij perpetuū ſilentiū imponatur, & cōpellatur reſtituere monaſterio, quæcumque de

bonis



bonis ipſius Archipresbyteri, vel etiam monaſterij occupauit. Si vero legitime conprobauerit prædictum Archipresbyterum, quæ ſuper vltima voluntate præmiſſa ſunt, alienata mente dixiſſe; ad faciendam ei nomine parochialis eccleſiæ, cuius adminiſtrationem geſſerat, dum vixiſſet, reſtitutionem bonorū, quæ ipſius Archipresbyteri fuerant, monaſterium condemnetur; cum idem Archipresbyter ab inteſtato deceſſerit, ipſiq. monaſterio ſuper impetitione Epiſcopi ſilentium imponatur.

## DE SEPVLTVRIS. Tit. xxj.

*Idem Epiſcopo Claremont. & Abbati Maurieñ.* *Cap. 1.*

De ſepul c. 10. IN noſtra præſentia cōſtitutis dil. fi. Priore eccleſiç montis Ferrādi, B. procuratore hoſpitalariorum Claremōt. diœc. ve. f. n. Sabinen. Epiſcopum conceſimus auditorem. coram quo idem Prior propoſuit, quod prçdicti hoſpitalarij parochianos ſuos admittunt ad eccleſiaſtica ſacramenta, & tam excommunicatos, quam interdictos, & quoſdam alios, videl. W. de Macerijs, & filium I. de Ventador. infra annos legitimos conſtitutos receperunt ad eccleſiaſticam ſepulturam. propterea eccleſia eadem damnum ſuſtinuit, pluſquam v. millium ſolidorum. quare idem Prior humiliter ſupplicauit, vt ipſis hoſpitalarijs interdiceremus; ne de cetero talia in eius prçiudiciū attemptarent, & ad reſarcienda damna, quæ exinde ſuſtinuit, eos compellere dignaremur. E contra prædictus propoſuit procurator; quod tam ex priuilegio, quam ex indulgentia ſpeciali, licet hoſpitalarijs omnes paſsim, præter excōmunicatos, & interdictos ad eccleſiaſticam recipere ſepulturā, qui apud illos elegerint ſepeliri, fidei quoq. cōmiſſa vltima voluntate relicta poſſunt licenter accipere. Soluta tantummodo quarta parochiali eccleſiæ, de cuius parochia mortuorum corpora aſſumuntur, præter quam de equis, & armis, quæ indulta ſunt ipſis in ſubſidium terrç ſanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur. Cum igitur hæc, & alia, quæ coram ipſo fuere propoſita, idē nobis fideliter retuliſſet; auditis, & intellectis atteſtationibus, & allegationib. vniuerſis, de cōſilio fratrū noſtrorū talem duximus ſententiam proferendam; quod prædicti hoſpitalarij decetero non recipiant parochianos eccleſiæ ſupradictæ ad eccleſiaſticam ſepulturam, niſi apud eos elegerint ſepeliri; & tunc parochialis eccleſia de oblationibus, lectis, & alijs, quæ defunctus pro anima ſua in vltima diſpoſitione reliquit, præter quam de equis, & armis recipiat quartam partem, hoſpitalarij reſiduum habeant; niſi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad diſpoſitionem huiuſmodi faciendam. nihilominus ipſis hoſpitalarijs iniungentes, vt de quarta parte quinq. milium ſolidorum Priori ſatisfaciant memorato, cum conſtet a parochianis Prioris illos ſolidos recepiſſe, nec ſit ſufficienter oſtenſum, quod eorum oblati, vel cōmiſsi fuiſſent eiſdem. Præterea duximus iniungendum, quod niſi probauerint, quod W. Gauſtaſall. qui fuit interfectus in campis, apud ipſos elegerit ſepulturam; vniuerſa, quæ ipſius intuitu receperunt, Priori reſtituant me. alioquin quartam partem ſolummodo reſtituere teneantur, pro filio W. de Macerijs, & filio W. de Ventador, quos conſtat infra annos legitimos deceſiſſe, eiſdem iniunximus, vt quæ ſepulturç eorum gratia receperunt, reſtituant vniuerſa.

*Idem Archiepiſcopo Tureñ.* *Cap. 2.*

EX parte parentum Nuethæ quondam iuuenculæ noſtris eſt auribus intimatum, c.u.c. quod cum in crepuſculo noctis nobilis vir N. dominus de inſula Bucardi Turoñ. diœc. eidem iuuenculæ poſuiſſet inſidias, volens eā opprimere, quam ſollicitauerat ſæpç de ſtupro, & ipſa Gartionibus, qui eam rapere nitebantur, ſuper quendam pontem occurreret, tādem ipſa fugiens manus illorum, in amnem de ponte cecidit, & fuit caſu ſubmerſa. Ipſa vero extracta de amne, dubitauerunt capellani eiuſdem loci corpus tradere ſepulturæ; & tu etiam requiſitus duxiſti ſuper hoc reſponſum Apoſtolicum requirendum. Quocirca fraternitati tuæ per A. ſ. m. qua. cum illa iuuencula non ſponte præcipitauerit ſe de ponte, ſed fugiens manus illorum, qui eam, ſicut ſuperius eſt expreſſum, rapere nitebantur, caſu cecidit, corpus eius tradi facias eccleſiaſticæ ſepulturæ, præſertim cum ex honeſta cauſa fugiſſe noſcatur, & cui communicabatur viuenti, communicandum ſit iam defunctæ.

*Idem Indroſieñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 3.*

SA-